



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Concertationis, Hvivs Secvli Sapientivm Ac
Theologorum, super erroribus moderni temporis**

Bundere, Jan van den

Venetijs, 1548

urn:nbn:de:hbz:466:1-36077



Th. 1871.

Th. III

Ag.

Memoria nom. 2. de Audis. V. Mar. sup. Ead. Nihil e.
Oportet intelligi in huius seculi ultimus ma-
gis inter pellat & tempestates fluctuare, quod
in terram amouere: ne auertat oculos a
fulgore huius sideris, si non uis obui procellis.
Si insurgant uenti tentationum, si inturba-
rentur pailos tribulationum: respice stellam, uice Ma-
rie et per riam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis
illecebra nauiculam concusserit mentis, respice
ad Mariam. Si criminum immunitate turbatus,
Conscientia fuditate confusus, iudicij horrore
perterritus, barathrum incipias absorbere
tristitia, desperis abysso: Cogita Mariam. In
periculis, in angustiis, in rebus dubijs, Mariam
Cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore
non recedat a corde. Sicut impetras eius ora-
tionis suffragium, non desinas conuersatio-
nis exemplum. Iram, sequemur, non demas: ip-
sam iram, non desinas: Iram, Cogitas,
non erras. Ipa tenente non corruis, ip-
sa protegente non metuis, ipsa duce non
despergas, ipsa propitia peruenis, Ipsi
in tempeste ceteris, quam merito desum-
sit, Et nomen Virginis Maria

Fuit ergo B. Virgo Maria fortis in
proposito, temperata in silentio, prudens in
interrogatione, iuxta in confessione.
Bern. ser. 9. ex p. 1.

COMPENDIVM CON-
CERTATIONIS, HVIVS SE-
CVLI SAPIENTIVM AC

Theologorum, super erroribus
moderni temporis,

EDITVM AC RECOGNITVM, AVGMEN-

tatumq; per F. Io. Bunderium à Gandauo, prædicatorij or-

dinis, hereticæ prauitatis inquisitorem, ex sacre scri-

pturæ fonte, ex inconvulsa illibatorum concilio-

rum autoritate, necnō ex uetustissimis, scien-

tia pariter & sanctitate clarissimis docto-

ribus, uidelicet Dionysio Areopa. Igna-

tio, Polycar. Iren. Tertul. Cypria.

Chrysosto. Basilio, Hyla. Hiero.

Ambro. August. Gregorio, ac

alijs, qui legenti ma-

liber manifesti erunt
Collegij Societ. Jesu Paderbornæ. 1548.
spes eius: & non respexit



Beatus vir, cuius est Dominus

in uanitates, & insanas falsas

Venetijs ad signum spei. 1548.


TITVLI PRAESEN-
TIS OPERIS.

De originali peccato, Ti. 1	De Eucharistia, siue sacra- mento altaris, ti. 20
De paruulorum baptismo non iterando. ti. 2	De sumptione Euchari. sub utraq; uel altera specie, t. 21
De iustificatione hoīs, ti. 3	De missae sacrificio, ti. 22
De fide & operibus, ti. 4	De inuocatione sāctorū, t. 23
De spe & fiducia bonorū operum, ti. 5	De ueneratione sanct. ti. 24
De merito, ti. 6	De templorū ornatu, ti. 25
De gratia, & libe. arb. ti. 7	De festis Sanctorum, ti. 26
De legis obligatione, ti. 8	De ceremonijs eccle. ti. 27
De manda. & stat. hu. ti. 9	De cantu ecclesiastico, ti. 28
De sacramen. ecclesiae, ti. 10	De imaginum cultu, ti. 29
De sacramento ordinis, & sacerdotio, ti. 11	De peregrinationibus, ti. 30
De coelibatu, & coniugio sacerdotum, ti. 12	De primatu Petri, & Ro- mae ecclesiae, ti. 31
De poenitentia, ti. 13	De sacrae scripturae interpre- tatione, titu. 32
De contritione, ti. 14	De haeresi & hereti. ti. 33
De confessione, ti. 15	De institutis & uotis mo- nasticis, ti. 34
De satisfactione, ti. 16	De delect. cibo. et ieiun. ti. 35
De indulgentijs, ti. 17	De Christi incarnat. ti. 36
De purgatorio, ti. 18	De resurrectione mortuo- rum, titulo. 37
De sepulturis, exequijs, & anniuersarijs, &c. ti. 19	

REVERENDO PATRI D. GERARDO ABBATI

D. Petri Blandiniensis, Flandriæ primati, Comitiqu;

de Hernes F. Ioannes à Gandano · S.



ON semel, neque modica animum meum
perculit admiratio, abba digniss. ob tantam
mortalium unitatem, leuitatē incōstantiāq;
quos ad tenuem auræ Lutheranae impulsū
à paternis institutis, à S. matris ecclesiæ ca-
tholicæ ritibus, atq; dogmatibus (ne dicam si
de) quæ à teneris unguibus, & cum ipso pro-
pmodum materno lacte hauserunt, tam facile deflecti uidemus.
Quid, queso, coloris habet Lutherus? quid pretextus quo sic huma-
nos animos dementat? Et prisca quidē heretici, quamuis argumen-
tis ubique inferiores: specie tamen quadam sanctitatis, ac pietatis,
fidē sibi conciliarunt. Iste uerò nihil sanctimonie præ se ferens, non
tā nouarum institutor, quā ueterum heresum instaurator: ubique
sibi inuenit applausores, & sectatores. At humani cordis cōditio per
specta, admirationem aliquatenus minuit, dum sensum & cogita-
tionem humani cordis sentiamus prona esse ad malum ab adolescē-
tia sua. Quāobrem plures mali, quā boni sectatores comperimus,
Mendacium plures habere defensores, quā ueritatē conspiciamus.
Eam quoque plus serpētis, quā domini uerbis credulam legimus.
Huius premonitos nos esse uoluit Paulus, dum ait Timotheo. Erit
tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt: sed ad sua desideria
conceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et à ueritate qui-
dem auditum auertent: ad fabulas autem conuertētur. Tu uerò ui-
gila. Petrus quoque & hoc silentio præterire noluit. Ait. n. Chariss.
frater noster Paulus secundum datam sibi sapiētiam scripsit uobis,
sicut & in omnibus epistolis loquens: in quibus sunt quedam diffi-
cilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cete-
ras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Enimuero usus est ille
uersipellis Lutherus, ea lenocinandi calliditate, qua Mahumetus
suos pellexit ac fascinauit, carnis libertatem, corporisq; delicias se-

E P I S T O L A.

Etandas nimia indulgentia concedens. Nam eis quos uotorum poenitet liberam facit potestatem resiliendi. Sardanapalicos homines, eosque qui sunt de Epicuri grege demulcet, quod hos omnibus ieiuniorum & abstinentie legibus eximit, quorumlibet esum, quouis tempore sine delectu indulgens. Veneri seruiantibus matrimonia coelibatui aequat (ne dicam antepone) Ecclesiasticorum amulis, ut eorum auctoritatem non eleuet modo: uerum etiam in totum conuellat, praetatos uti fortasse nonnunquam ueris: ita saepius falsis traducit criminibus. Sunt praeterea euulgati quidam blando ueneno simplicium animos perimentes libelli, inter quos praecipui sunt Ioannis Oecolampadij, & Martini Bucheri, articulos Germanorum defensorum: quibus sub libertatis Christianae uelamine, bona opera, quasi super uacanea atque inutilia praedicantur: homines ad operandum in uinea domini segnes redduntur: ceremoniae Ecclesiae ridentur: uindicta Dei iustitia obliteratur, eiusque timor depellitur, sola uero diuinae misericordiae fiducia suco quodam euangelico commendatur. His, quosdam hallucinatos dolui: quos, ut hoc manu opusculo, uelut Ruth post terga metentium spicis collectis, seu ex alieno manipulo quandoque euulsis, auocarem, charitas impulit: Praedicatorum institutioni professio permonuit: Zelus pro ueritate coegit, ratioque persuasit.

In hoc quoque libello tale temperamentum seruandum putauimus, ut sine dente liuido, sine suco Rhetorico, dialogo inducerem Rhetorem, simpliciter dogma aliquod Oecolampadij, Bucheri, seu alicuius ceterorum eiusdem farinae referentem: Theologum uero e regione ueritatem catholicam defensantem: idque ex sacrae scripturae fonte, aut inconvulsa Conciliorum, orthodoxorumue patrum auctoritate, comnostrantemque cum quibus praeursorum haereticorum erroribus ipsum Lutheri dogma coincidat. Hoc quoque Enchiridion Prae-

sul praestantissime, tuo nomini placuit dicare, cui per otium
plura, magnaque huius disputationis uolumina, legere non uacat: quique ex his paucis, maiora elicere nouit. Quod si haec nostra exigua
tibi non displiceant: futurum spero, quia placebunt pluribus. Vale.



INDEX PRÆSENTIS OPUSCULI

Docet per titulos, articulos, atq; literas alphabeti in longioribus articulis quo in loco singula inuenies.

A

- A**bsolui quis debet uel non debet in cōfessione, titulo. 8. articulo. primo, titu. 15. artic. 2
- A**bsolutio est diuinum beneficium pariter & iudiciū, titu. 15. articu. 2
- I**n absolute non tam fides quā absolutio operatur, tit. 15. art. 6. ti. 19. ar. 6
- A**bstinentia, et corporis afflictio non sunt inutiles cultus, sed Deo grati, titu. 35. articu. 5. 12
- A**bstinēt christiani à quibusdam cibis nō tanquam malis, sed &c. titu. 35. articu. 3
- A**bstinentia melior est sumptione ciborum cū gratiarum actione, ibidem. a. 4
- A**bstinentia gratiam ostendit & exegit Deus sub omni lege, ibidem
- A**bstinentia priscorum monachorum, titu. 34. artic. 5
- A**bstinentia adducit longam uitam, titu. 35. artic. 17
- A**bstinentia differt à ieiunio, titu. 35. articu. 10
- A**bstinendum est à quibusdā tempore ieiunij, ti. 35. ar. 12
- A**ctus dicitur bonus nō quia præceptus à domino, sed quia conformis est legi diuinæ, & rectæ rationi, tit. 9. ar. 1. titu. 34. articu. 22
- A**git deus multa per causas secundas, titu. 23. articu. 12
- A**doratio quid propriè importat, titu. 24. articu. 2
- A**dorantur deus & creaturæ, sed diuersimodè, titu. 24. articu. 2
- A**doratio latriæ, duliæ, & hyperduliæ, ibidem
- A**ltercatio Iudæorum et Romanorum super redēptione generis hūani, ti. 3. ar. 9
- A**nimæ exutæ corporibus, rapiuntur quædam ad cœ-

I N D E X

22. articu. 3. 4
Communio Eucharistiæ, etc. Confessio est necessaria, et iuris diuini, titu. 8. articu. 1. titu. 15. articu. 1. 9
uide infra Eucharistia
Communio laica quæ est, titu. 21. articu. 4 Confessionem nedum publicam, sed & auricularem
Concilijs generalibus credendum est, titu. 17. artic. 1 semper habuit ecclesia primitiua, titu. 15. articu. 5
Concilia generalia celebrari non possunt, sine Papæ assensu, ti. 31. ar. 13. ti. 32. ar. 8 Confiteri non sufficit Deo, ibidem, articu. 10
Cōcilia prouincialia ualēt ad corrigendum, non ad definiendum aut statuendum generaliter, ibidem Confitenda sunt omnia moralia quæ occurrere ualent titu. 15. articu. 3
Cōcilia generalia decernunt de dubijs in fide, titu. 32. articu. 8 Confirmando sunt etiam male cogitationes, ibidem, ar. 4
Concilia etiam generalia miserunt acta sua discutienda & corroboranda per Papam, titu. 31. articu. 16. tit. 32. articu. 7. 8 Cōfirmatio est sacramentū, titu. 10. articu. 2
Concupiscentia quare manet post baptisma, titu. 1. art. 7 Confirmatio per solos episcopos datur, ibidem
Concupiscentiam pati nō est peccatum, sed ab ea uinci, titu. 1. articu. 4. 6. 7 Cōfirmatio à Christo est instituta, ibidem, articu. 3
Concupiscentia quare uocatur peccatum si non sit peccatum, titu. 1. arti. 8 Cōditionaliter deus promittit & cōminatur, tit. 14. articu. 4. titu. 5. articu. 2
Constantini pœnitentia ante baptisma suscipiendum indita, titu. 35. arti. 8. in fi.
Consilia euangelica sunt grata Deo, titu. 34. articu. 23
Cōsiliij euangelici sunt opera monastica, ti. 34. articu. 18

I N D E X

- los, quædã ad inferos mox descendunt, & nõ post diẽ iudicij tantum, ti. 18. artic. 1
- Animæ defunctorum iuuantur quatuor modis, titu. 18. arti. 5. Vide infra in uerbo defuncti
- Appellatur ad sedem Romanã ex toto orbe, ti. 31. ar. 15
- Aquam benedictam quidam spreuerunt, tit. 30. articu. 5
- Aquã hanc quis instituit, & cuius est efficaciæ, ibidem
- Arrij error de filio in diuinis, ti. 24. art. 3. ti. 33. ar. 4
- Arrij dolus & interitus, titu. 33. articu. 4
- B
- B**aptizandi sunt etiam paruuli, titu. 1. artic. 1
- Baptizandos paruulos quidã negant, ti. 2. art. 1
- Baptizantur paruuli non solum ut recipiantur in gratiam adoptiõis filiorũ dei, sed etiam pro deletione originalis peccati, titu. 1. art. 1
- Ante baptismum indicebatur adultis poenitentia, titu. 35. articu. 8. in fi.
- Post baptismum manet concupiscentia, sed non imputatur, titu. 1. articu. 4
- Baptisma quare non auferit corporis molestias, concupiscentiam, & mortem, ti. 1. articulo. 7
- Ante baptismum mortui damnantur, titu. 2. articu. 3
- Baptisma est unicum, & nõ iterandum, titu. 2. arti. 4. 5
- Circa baptismum iteradum, error Cypriani, ti. 2. arti. 5
- In baptismo puerum leuantes, sunt fideiussores pro puero, titu. 2. articu. 1
- Et quomodo eos erudire debent pueros, ibidem
- Bigamus quis dicitur, tit. 12. articu. 6. 7
- Bigami, sacerdotes esse non debent, ibidem
- Bonitas actus humani, in quo consistit, titu. 9. arti. 1
- Boni non sunt quidam, non quia nõ ualẽt esse, sed quia nolunt, titu. 12. articu. 3
- C
- C**APVT ecclesiæ est Christus, caput dicia

- tur & Petrus, titu. 31. art. 5
 Cantus quō introductus est
 in ecclesia, titu. 28. arti. 1. 2
 Charitas est cōsummatio uir-
 tutum, titu. 3. articu. 10
 Castitatem docuit Christus
 uerbo et exēplo, tit. 33. ar. 1
 Castitatē uouere nō est prae-
 sumptuosum, titu. 34. ar. 12
 Castitas seu coelibatus nō pa-
 ruit scandala, tit. 12. arti. 5
 Coelibatum quibus indicare
 uoluit synodus Nicæ. ibi-
 dem, artic. 6
 Cephas interpretatur caput,
 titu. 31. articu. 1
 Cereos accendere non est su-
 perstitiosum, tit. 24. art. 7
 Cereonia quid est, titu.
 27. articu. 1
 Cereoniæ utiles sunt, &
 non contemnendæ, ibidem
 Cereoniæ ablatæ sunt Iu-
 daicæ, quia umbræ futuro-
 rum, titu. 35. artic. 2
 Cereonias non dānat Pau-
 lus, titu. 9. artic. 2
 Certitudo fidei, tit. 14. art. 7
 Cibus nullus est uetitus ex
 euangelio, titu. 35. articu. 2
 Lex humana uetuit quos-
 dam cibos, similiter & ue-
 tus, ibidem, artic. 5
 Circa cibum triplex error,
 titu. 35. articu. 1
 Cibus nullus suapte natura
 est malus, sed prohibitus
 est, uel propter mysteriū,
 uel pro afflictione corpo-
 ris, ibidem, articu. 3
 Cibus per se non coinquinat
 animā, sed relatus in deū,
 uel contra eum, tit. 35. ar. 7
 Cibus omnis licet christia-
 no, sed pro loco & tempo-
 re, articu. 12
 Cyprianus credidit baptis-
 ma schismaticorum nullum
 esse, titu. 2. articu. 5
 Error eius martyrio dilu-
 tus est, quia non pertinax,
 titu. 2. articu. 5
 Clauēs ecclesiæ remittūt par-
 tem poenarum purgatorij,
 titu. 16. artic. 7
 Clauēs datæ sunt in ædifica-
 tionem, nō in destructionē
 ecclesiæ, titu. 31. arti. 18
 Clericis debetur stipendium
 uictus, titu. 19. articu. 1. tit.

- Consilia euangelica ordinan-
 tur ad charitatem quæ est
 perfectio legis euangelicæ,
 titu. 34. articu. 19
 Consuluit dominus castitatē
 obedientiam, & paupertate
 tem, titu. 34. artic. 1
 Consulendus est superior in
 ambiguis, tit. 35. arti. 12. 17
 Consuetudines ecclesiæ uni-
 uersales ab Apostolis dima-
 nauerunt, titu. 2. articu. 1. ti-
 tu. 32. articu. 6. ti. 35. arti. 12
 Contritio quid est, titu. 1. 4.
 articu. 1. 2
 Contritio differt ab attritio-
 ne, titu. 14. articu. 2
 Corpus Christi uerum est in
 Eucharistia, & non in fi-
 gura tantum, titu. 20. arti-
 cu. 1. infrà Eucharistia
 Corporis molestias quare
 non aufert baptisma, titu. 1.
 articu. 7
 Corpora sanctorum mortua
 non sunt immunda, titulo
 24. articu. 6
 Coronat Deus in nobis, titu.
 7. articu. 3
 Christus fuit ab æterno, titu
- lo. 36. articu. 7
 Christum in carne uenisse quæ-
 dam negant, titu. 36. artic. 1
 Christus humanam naturam
 ex Maria uirgine assum-
 psit, titu. 36. artic. 4. 5
 Christus dicitur ca. ecclesiæ,
 et aliter Petrus, ti. 31. a. 2. 5
 Christus plus profuit huma-
 no generi quàm Adam no-
 cuit, titu. 1. artic. 17
 Christus solus, meruit alte-
 ri, titu. 17. articu. 5
 Christi meritum & passio
 dant efficaciam nostris ope-
 ribus, titu. 9. artic. 3
 Credere debemus plura, quàm
 scriptura sacra explicat, ti-
 tu. 32. articu. 6
 Aliud est credere simplici-
 ter, aliud fructuose, titu. 4.
 articu. 7
 Cultus sanctorum non est su-
 perfluous aut superstitiosus,
 titu. 24. articu. 1
- D
- D**ebitum congruum
 & condignum, ti-
 tu. 6. artic. 5
 Decreta summorum pontifi

I N D E X

- cum sine multorum consilio non fiunt, tit. 31. arti. 14
- Defunctorum quidam mox euolant ad superos, & qui dam ad inferos detruduntur, titu. 18. articu. 1
- Defuncti quatuor modis sol uuntur, titu. 18. articu. 5. titu. 16. articu. 6
- Defuncti meruerunt in uita ut sibi prodesse suffragia post mortem, tit. 18. ar. 5. 6
- Defunctos priuās suffragijs delinquit & punitur, titu. 18. articu. 5
- Defunctis prosunt Missæ sacrificia, ibidem
- Desperans blasphemus est, titu. 5. arti. 5
- Desperationi quomodo est obuiandum, ibidem, arti. 6
- Deus neminem cogit ad bonum, titu. 7. artic. 3
- Dies omnes æquales in natura, sed non in exercitio, titu. 26. articu. 1
- Dies domini, & dies hominis qui sunt, titu. 18. artic. 8
- Dies festus, infra festum
- Diaconi fuerunt in primitiua ecclesia instituti, & eorum officium, titu. 11. art. 1. 8
- Diligere quid sit, tit. 8. art. 5
- Diligitur deus aliquando naturaliter super omnia appreciatuè, sed non affectuè, titu. 8. articu. 5
- Dilectio Dei super oīa qualis esse debet, titu. 8. artic. 8
- Distinctiōes necessariae sunt ad intellectū scrip. t. 3. ar. 2
- Distinctiōes fundamentum habent in scripturis, titulo 3. articu. 3
- Docendus est populus nō sequendus, titu. 24. articu. 7
- Doctiores aliquando in errores labuntur, titu. 2. artic. 5
- Doctrinæ hominū quæ sunt inutiles cultus, titu. 30. articu. 4. titu. 9. articu. 1
- Doctrinas demoniorum qui docet, ti. 9. a. 4. 5. ti. 35. a. 4
- Dominiorum exordia, titu. 9. articu. 5
- Dubitare quomodo licet de remissione peccatorum, titu. 5. articu. 4
- In dubijs ad superiorem recurrēdū est, ti. 35. a. 12. a. 17

E

Ecclesia quid est, ti. 31.
ar. 17.

Ecclesia accipitur mul-
tipliciter i scrip. ti. 31. ar. 17

Ecclesia una & uniuersalis
multas habet particulares,
ti. 13. ar. 17. ti. 33. ar. 14.

Ecclesia quod uniuersaliter
tenet, aut ab apostolis, aut
à concilijs generalibus cre-
ditur dimanasse, ti. 2. ar. 1.

Eccle. authoritas in definien-
do, tit. 17. d. 1. t. 31. d. 14. ti.
32. d. 7.

Ecclesiarum ministri habent
potestatem in ædificatio-
nem, non in destructionem
ecclesie, ti. 17. art. 13. ti. 9.
ar. 5. ti. 31. ar. 18

Ecclesie caput est Christus,
& quomodo caput dicitur
Petrus, ti. 31. ar. 2. 5

Ecclesia Romana princeps
est aliarum ecclesiarum, ibi.
arti. 9.

Ecclesie sue adest Christus,
eam dirigens & gubernās,
ti. 31. ar. 4. ti. 35. ar. 9.

Ecclesia Romana conuocat

concilia generalia fidei &
alia maiora negocia decer-
nit, à nemine iudicatur, &
ad eam undecunque appel-
latur, ti. 31. ar. 12. 13. 14. 15.

Ecclesia Roma. nunquam
errauit in fide, tit. 17. art.
1. tit. 31. ar. 15, 16. ti. 35. ar.
9. tit. 32. ar. 7.

Eccle. una est, extra quā non
est salus, ti. 31. ar. 17. ti. 20.
ar. 4.

Ecclesia Romana dicitur ca-
tholica & uniuersalis, titu.
31. arti. 17. titu. 32. arti. 6.

Ecclesie Roma. non consen-
tiens, est extra ecclesiam,
titu. 31. arti. 17.

Ecclesie Roma. miserunt fi-
dem suam examinandam,
titu. 32. ar. 7. tit. 31. ar. 16

Ecclesia primitiua multa or-
dinare non ualuit, quæ ta-
men postea constituta sunt
ti. 12. ar. 1.

Ecclesie diutina consuetudo
ti. 2. ar. 1. 6. ti. 32. ar. 6. tit.
18. d. 10. ti. 35. ar. 12.

Eleemosyna non præfertur
uirtuti religiōis, ti. 25. ar. 2

I N D E X

- Eleemosynæ quando fiant** laici sub altera tantū specie
 de uasis ecclesiæ, ibidem ti. 21. a. 3. Sub utraque spe-
Episcopi fuerunt in princi- cie continetur uerum cor-
 pio ecclesiæ, ti. 11. ar. 1 pus & uerus sanguis Chri-
Episcopi semper fuerunt di- sti, ibidem. ar. 11. 5
 stincti à presbyteris, ti. 11. Eucharistia semper seruanda
 ar. 4 peregrinis, aut incolis, ti.
Episcopi succedunt Aposto- 11. arti. 1
 lis, à quibus constitui de-
 bent, ti. 11. a. 4 **Explicatio huius.** Hoc est
Error differt ab hæresi, ti. opus dei, ut credatis in il-
 33. ar. 1. lum, &c. ti. 4. a. 7
Errare in nullo, paucorum **Explicatio huius.** Adim-
 est, ti. 2. ar. 5 pleo ea quæ desunt passio.
Errauit ecclesia Romana nū Chri. &c. ti. 17. a. 2. 3.
 quam in fide, ti. 31. ar. 15. **Explicatio huius.** Sine cau-
 16. ti. 35. arti. 9. ti. 32. ar. 7 sa colunt me docentes do-
Eucharistia continet uerum ctrinas & mandata homi-
 Christi corpus, & non fi- num, ti. 30. ar. 4. ti. 9. ar. 1.
 gura tantū, ti. 20. art. 13 **Expositio huius.** Centuplū
In Eucharistia non manet accipiet in hoc tempore,
 substantia panis cum cor- & in futuro, &c. ti. 34.
 pore Christi, ti. 30. ar. 3. ar. 1
Christus non solū spiritua **Expositio huius.** Vidue nu-
 liter fide, sed & realiter bentes primam fidem irri-
 manducari debet, ti. 21. ar. 1 tam fecerūt, ti. 34. ar. 8. 9.
Quomodo homo se proba- **Expositio huius.** Qui se nō
 bit ante Eucharistiæ sum- continet nubat, ti. 34. ar. 11
 ptionem, ti. 21. a. 2 **Expositio huius.** Regnū dei
Eucharistiam quare sumunt non est esca & potus, ti.
 35. ar. 7

- Expositio huius. Esca nos
non commendat deo, ibi-
dem
- Exponitur. Fides sine ope-
ribus mortua est, ti. 3. ar. 3
- Exponitur. Cū feceritis
quæ præcepta sunt, dicite
serui inutiles &c. ti. 6. ar. 1
- Expositio huius. Quasi pā-
nus menstruata iustitiæ no-
stræ, ibidem, ar. 2. 3
- Exponitur. Iusto non est lex
posita, ti. 8. ar. 2
- Expositio huius. Si spiritu
ducimini, non estis sub le-
ge, ti. 8. arti. 3
- Expositio huius. Oē quod
non est ex fide, peccatum
est, ti. 8. ar. 6
- Exponitur. Vidua eligatur
lx. annorum, unius uiri
uxor, &c. 12. ar. 7
- Exponitur. Nescit homo
utrum amore uel odio di-
gnus sit ti. 14. ar. 5
- Expositio huius. Nihil mihi
consciū sum, &c. ti. 14.
ar. 6.
- Exponitur. Primus homo
de terra terrenus, secundus
homo de cœlo cœlestis. ti.
36. ar. 6.
- Exponitur. Seminatur cor-
pus animale, surget spiri-
tuale, ti. 37. ar. 4
- Expositio huius præcepti.
Diliges dominum deum
tuum ex tota anima, &c.
ti. 8. ar. 8
- Explanatio huius præcepti.
Non cōcupisces. ti. 8. ar. 9
- F
- F**estus dies colendus,
& quid faciendum eo
die, tit. 26. arti. 1
- Festa sanctorum quare insti-
tuta & celebranda sunt.
Ibidem arti. 2
- Fides quid sit, ti. 3. ar. 1. ti. 4.
ar. 1.
- Fides est principium omniū
bonorum operum, aut me-
ritorum, ti. 3. ar. 10.
- Fides stat cum peccato mor-
tali, ti. 3. ar. 2. 3. ti. 4. ar. 2.
- Fides duplex, formata & in-
formis Ibidem ti. 4. ar. 2
- Fides sola non iustificat. Ibi-
dem ar. 4. 7. 8. & infra
- De fide uariè & uasfrè lo-

I N D E X

quuntur Lutherani, ti. 4

Fidei quare magis attribui-
tur iustificatio quam alteri
uirtuti, ti. 3. ar. 10

Fides sine operibus nihil
prodest, ti. 4. ar. 2. 13

Fides informis est uera fides,
licet inutilis, tit. 4. art. 2. 13

Fides quæ dicitur fructuosa,
tit. 4. art. 7.

Fidei dubie determinat Pa-
pa, ti. 31. art. 16.

Fidem suam Orientales, Hie-
ronymus. & alij miserunt ad
Papam ut ipse de ea decer-
neret, ti. 31. art. 16. ti. 32. ar.
7. tit. 22. a. 1

Formidare debet quilibet de
operibus suis, ti. 5. ar. 3. tit.
14. ar. 5, 6, 7

Fundamentum Ecclesiæ est
Christus, fundamenta etiã
dicuntur Petrus, Apostoli,
& prophetæ, ti. 31. ar. 5.

G

Gentes naturaliter ea
quæ legis sunt faciunt,
ti. 8. a. 4

Gratia præcedit omne meri-
tum, ti. 4. ar. 6

Ex gratia est nostrum meri-
tum, ti. 6. ar. 9

Gratia quomodo præuenit
opera nostra, ti. 7. ar. 2

Gratiæ, & gloriæ, quedam
est proportio, ti. 6. ar. 7

Gratiæ singulorū sacramen-
torum, ti. 10. ar. 1

Gratis sumus redempti & sal-
uati, tit. 3. ar. 6. 8. 9

H

Hæresis mala est, tit.
33. ar. 7

Hæresis in quo dif-
fert ab errore, ibid. ar. 1

Hæretici uerba scripturæ pæ-
uertunt, ti. 30. ar. 4. ti. 33. a. 5

Hæretici uerba sua ambiguè
& uersutè proferunt, ti. 26
ar. 1. ti. 4. ar. 12.

Hæretici plerunque ex ama-
bitu labuntur, ti. 33. ar. 6

Hæreticorum doli, t. 33. ar. 4

Hæretici dicunt differentiam
esse dogmatum, nō rerum,
ti. 33. ar. 2.

Hæretici dicunt orthodoxos
nimis abundare superfluita-
tibus questionum, quas re-
secari cupiunt ut lateant, tit.

33. ar. 4. do primitiui patres ieiuna-
 Heretici quos decipiunt, tit. uerunt, ibidem
33. ar. 5. Ieiunia ecclesia non instituit,
 Heretici quomodo puniendi sed ad certos dies sub spe=
 sunt cum misericordia, tit. ciali mo do reduxit, ibidem
33. art. 8. art. 9
 Heretici redeuntes quomo= Ieiuniū quadragesimale, ibi=
 do recipientur, ti. 33. ar. 10 dem, ar. 9
- Heretici suspecti quomodo Ieiunium si licet prætergre=
 se purgabunt & abiura= di, ibidem
 bunt heresim, ti. 33. ar. 11 Ieiunium differt ab abstinere
- Hieronymus præposuit tuni tia, ti. 35. ar. 10
 cam Pauli Anachoritæ re= Ieiunium unicam admittit re=
 gum purpuris, ti. 35. ar. 14 sectionem, ibidem, & tit.
- Homo quomodo immortalis 34. ar. 5
 factus est, ti. 1. ar. 2 Ieiunij tempore crapula non
 Homo hominem quomodo est utendum, ne perdat fru=
 potest obligare ad pecca- ctum, ibidem, ar. 11
 tum, ti. 10. ar. 9 Ieiunij tempore à quibus est
- Honor sanctis exhibitus, in abstinendum, ibidem, a. 12
 Deū redūdat, ti. 24. ar. 1. 6 Ieiunium soluere possunt in=
 I firmi de licentia sacerdot.
 I ti. 35. a. 13
 Ieiunij uirtus, tit 35. ar. 8
 Ieiunium saluator conse= Imagines delere conati sunt
 crauit, docuit, eiusq; utili aliquando Leo imperator,
 tatem ostendit, ibidem Seruius episcopus, Marfi=
 Ieiunio detrahunt heretici, lien. & c. ti. 29. ar. 1
 tit. 35. ar. 8 Imaginum utilitas, ti. 29. ar. 2
 Ieiunabatur aliquādo feria se Imagines quare, & quando
 xta & sabbato, & quomo uetuit fieri Deus, ibidem

I N D E X

- Imaginum institutio, ibidem
 Imagines in se non adorantur, sed honor earum ad prototypum refertur.
 Impossibile Deus non precipit, t. 8. a. 7. a. 2. 8. ti. 15. a. 3
 Indulgentiae etsi non probentur evidenter ex scripturis, eas tamen negare non est pij Christiani, ti. 17. ar. 1
 Indulgentiae probantur ex concilijs generalibus, ibidem. ar. 1
 Indulgentiae probantur per scripturae testimonia, ibidem ar. 2
 Indulgentiae respiciunt non merita, sed satisfactiones, tit. 17 ar. 5
 Indulgentiae quid sunt, ibidem, ar. 8, 10
 Indulgentiae non sunt pigrorum satisfactiones, ibidem art. 11
 Indulgentiae aliquibus minus valent, ibidem. ar. 12
 Ad indulgentias consequendas quid requiritur, tit. 17. art. 13
 Interpretationem recipit scriptura, ti. 32. ar. 2
 Qui interpretentur scripturas, ti. 32. ar. 7, 8
 Iudeorum & gentium contentio, ti. 3. ar. 9
 Ante iudicii diem quaedam animae ad coelos rapiuntur, & aliae ad inferos descendunt, ti. 18. ar. 1
 Iustus quis dicitur in scriptura, tit. 8. ar. 7
 Iustitia originalis quid est, ti. 1. ar. 2
 Iustificanti multa, tit. 3. ar. 3, 4
 Iustificatio duplex, tit. 3. ar. 5
 Opera bona quomodo iustificanti, tit. 3. ar. 7. tit. 4. ar. 17. tit. 9. ar. 4. 5
 In iustificatione impij quatuor concurrunt, tit. 3. ar. 7
 Quomodo iustificabitur homo gratis, tit. 3. ar. 6. 8
 Iustificare hominem non potuit per se lex, aut opera nostra sine Christo, tit. 4. art. 5 tit. 9. art. 2. ti. 8. art. 1
 Circa incarnationem Christi haereses, tit. 36. ar. 1
 Latria

L

- L** Atria quid sit, tit. 24. art. 2. debet gratia in bono, tit. 7. ar. 3.
- Lex nequiuit iustificare hominem, ti. 4. ar. 5. tit. 8. art. 1. tit. 9. ar. 2. Liberum arbitrium cooperatur gratiae, & sine ea nihil ualet, tit. 3. art. 8.
- Lex quasdam abolere nouit irregularitates corporales, tit. 8. ar. 1. Ligandi & soluendi potestatem soli habent presbyteri, ti. 15. ar. 8. ti. 31. ar. 1.
- Lex humana obligat ad limites rationis, tit. 8. art. 1. tit. 35. art. 17. Haec potestas data est in edificationem, non ad uoluntatem, ti. 31. ar. 18.
- Legem humanam quando licet praetergredi, ibidem.
- Lex quomodo iusto non est posita, ti. 8. ar. 2.
- Lex duplicem habet potestatem, directiuam & coercitiuam, ti. 8. ar. 2.
- Lex Dei & interna & externa opera praecipit, t. 8. a. 4.
- Libri aliquando non recepti, iā ab ecclesia sunt recepti, tit. 32. art. 2. tit. 18. art. 11.
- Liberauit nos Christus, a qua seruitute, ti. 8. ar. 1.
- Circa liberum arbitrium multi errauerunt, ti. 7. ar. 1.
- Liberum arbitrium quid ualet, ibidem.
- Mariam solum hominis matrem quidam asserunt, ti. 36. ar. 1.
- Maria materiam ministrat filio Dei, quapropter Dei mater dicitur, tit. 36. art. 1. 4. 5.
- Machabæorum libros recepit ecclesia, tit. 18. ar. 11.
- Malitiam impedire hominem à dignitate quidam dicunt, tit. 11. art. 7.
- Mandata hominum non sunt inutiles cultus, tit. 30. ar. 4. ti. 9. art. 1. tit. 34. art. 22.
- Mandatis hominum iustus paretur necessitate, tit. 9. ar. 7.

B

I N D E X

- Martyrium comparatur baptismo,** titu. 2. art. 3. ar. 21
Matrimonium dicunt quidam illicitum, ti. 35. ar. 4. Merita nostra ex quibus constant, & unde eorum efficacia, ti. 34. ar. 22
Mercedem sperari licet laborum, ti. 6. ar. 10. Meritum & gratia stant firmiter, tit. 6. ar. 6
Meritum est aliquod nostrum apud Deum, ti. 6. ar. 4. Merita nostra sunt dona dei, ibidem, ar. 6. 7. 9. 10
Meritum nostrum ex Dei gratia, titu. 4. art. 6. Mereri aliud est quam alteri suffragari, titu. 23. ar. 9
Merito quomodo utendum est aut de eo sperandum, ti. 5. artic. 8. Ministros expedit habere paucos bonos, quam multos malos, ti. 11. ar. 1
Meritum digni & congrui, ti. 6. ar. 5. Ministris debetur sustentatio, ti. 19. ar. 1. ti. 22. ar. 3. 4
Meritum ex quo constat, ti. 17. ar. 5. Miracula sanctorum circa reliquias, sepulturas, &c. ti. 23. ar. 10. titu. 24. ar. 6
Merentur quidam in hac uita, ut post mortem subleventur a poena, ti. 18. ar. 5. 6. Missa ualet defunctis, tit. 18. arti. 5. 11
Meritum in quo differat a satisfactione, ti. 17. ar. 7. In missa offertur Christus sicut in cruce oblatus fuit, ibidem
Meritum personam non transiit, nisi meritum Christi, Ibidem, ar. 5. 7. ti. 34. ar. 21. Missa instituit Iacobus, &c. titu. 22. art. 2
Meritum inuitur iustitiae, ti. 23. ar. 9. Missa priuata bona est, ideo frequenter iteranda, ibidem
Meritum non communicamus alteri, sed orationem & satisfactionem, ti. 34. Sub missa quid faciet eam aliquid diens, ibi. ar. 1. 2. Missa est sacrificium, tit. 22.

ar. 1. 4
 Opus operatum in Missa, ti.
 22. ar. 6
 Missa remittit peccata, &
 dat gratiam, ibid. art. 7
 Monachatus substantia, tit.
 34. ar. 1
 Monachatus non est res fa-
 ctitia aut nouitia, ibidem
 ar. 1. 3
 Monachatus quas habuit cæ-
 remonias tempore aposto.
 ibid. ar. 3
 Monachatus qualis fuit tem-
 pore Hieronymi, ibidem
 art. 5
 Monachi sunt in triplici dif-
 ferentia, ti. 34. ar. 5
 Moniales uelabantur sub uo-
 to castitat. à tēpore aposto.
 tit. 34. art. 9
 Monachorum priscorum ab-
 stinentia, ti. 34. ar. 5
 Mors est multiplex, titulo 3.
 art. 3
 Mors pro bono uirtutis per
 pessa expiat omnem pœ-
 nam, tit. 18. art. 2
 Morientes quidā mox adēūt
 cælos, tit. 10. art. 2

Mulieribus sacerdotium con-
 uenire nō potest, ti. 11. ar. 6
 Mulieri non admittitur lo-
 qui, aut docere in Ecclesia,
 ibidem

N

Nubere non licet ha-
 bent uotum castita-
 tatis, ti. 34. ar. 11

Nubere prohibent quidā hæ-
 retici, ti. 35. art. 5

Numerus mysteriū continet,
 tit. 24. art. 5

O

Obedientiæ uirtus, ti.
 34. art. 1

Obedien. Chr. & a-
 po. ad modū monachismi,
 ti. 34. ar. 1

Obediendū est ecclesiæ præ-
 ceptis, ti. 35. ar. 6

Obediendum est maioribus,
 ti. 9. ar. 8. 9

Obedientia debetur officio,
 non personæ, ti. 9. ar. 10

Obligant præcepta ad pecca-
 tum, ti. 9. ar. 8. 9

Opera bona sunt trifaria, ti.
 3. ar. 6

Opera nostra efficaciam suā

I N D E X

- | | |
|--|---|
| habent ex gratia & passio
ne Christi, ti. 9. ar. 3 | minus, tit. 3. ar. 8 |
| Opera nostra quomodo pla-
cant dominum, tit. 9. art. 3. | Opera aliquorum abundant
in esse satisfactorio, sed nō
meritorio, tit. 17. ar. 4. 5 |
| tit. 4. ar. 9 | Oratio quedam est publica,
alia priuata, ti. 28. ar. 3 |
| Opera bona quomodo iusti-
ficant, tit. 34. art. 17. tit. 4. | Oratio gravior est quæ sit
per sanctorum interpella-
tionem, ti. 23. ar. 12 |
| art. 13 | Orationes fiunt pro defuna-
ctis, ti. 18. ar. 11. ti. 23. ar. 4 |
| Opera nostra bona præuenit
Dei gratia, ti. 7. ar. 2 | Orant sancti pro nobis, ti. 23
ar. 4. 5 |
| Operibus quomodo fidere li-
cet, ti. 5. ar. 8. ti. 6. ar. 6 | Quare apostoli sanctos nō
inuocauerunt, ti. 23. ar. 12 |
| Opera sunt necessaria haben-
ti opportunitatem operan-
di, ti. 4. ar. 13 | Originalis iustitia quid sit,
ti. 1. ar. 2 |
| Opera nostra sunt Deo gra-
ta & non spernenda, tit. 5. | Originale peccatum, titu. 1. |
| art. 7 | ar. 4 |
| Operari licet spe mercedis,
ti. 6. ar. 10 | Originale peccatum quomo-
do Celestius textit, titu. 33. |
| Opera nostra unde habet bo-
nitatem, ti. 34. ar. 22 | ar. 4 |
| Opera bona spem, & ma. de
sperationem gent. ti. 1. ar. 5 | De originali peccato plura
infra in uerbo peccatum. |
| ti. 6. ar. 6. ti. 19. ar. 3 | Ordo est sacrament. ti. 11. a. 2 |
| Opera nostra quomodo for-
midare debemus. t. 5. a. 4. 5 | Omnes ordines fuerūt in ec-
pri. ti. 11. ar. 3 |
| Opera humana non sunt inu-
tiles cultus, ti. 34. ar. 22 | Ad ordines promouentes
indignos, delinquunt, ti. 12. |
| Opera nostra operatur do- | arti. 5 |

Ornatus templorum prouo- 4.5.ti.17.ar.7.ti.18. ar.1
eat deuotionem, ideo admit-
tendus, t. 25. ar. 4

P

Papa potestatem habet

Petri, ti. 31. ar. 9

Papa dicitur episcopus
uniuersalis, ti. 31. ar. 9

Papa à nemine iudicatur, ti.
31. ar. 12

Papa conuocat concilia, &
eis robur tribuit, ibid. ar. 13

Papæ iudicium non errat in
his quæ sunt fidei & pro-
borum morum, ti. 31. a. 14.
ti. 32. ar. 7

Papæ est interpretari scriptu-
ras, tit. 32. ar. 7

Participationū literæ ad quid
ualent, ti. 34. ar. 12

Paruuli ex alieno peccato pe-
reunt, ex aliena fide aut cō-
fessione credunt & saluan-
tur, ti. 2. ar. 2

Passio Christi satisfacit pro
peccatis omnium hominū
sufficienter, sed nō efficien-
ter, ti. 16. ar. 2. ti. 17. ar. 6. 7

Passio Christi cōmunicatur
nobis finite, ti. 16. ar. ar. 1.

Patrini siue patres spiritua-
les leuantes puerum in ba-
ptismo, quid spōdent aut fa-
ciunt, tit. 2. ar. 1

Pauperibus bona aut uasa ec-
clesiæ, quando sunt erogan-
da, ti. 25. ar. 3

Paupertatem docuit & con-
mendauit Christus, tit. 34.
art. 1

Paupertatis præmium, ibi-
dem

Paupertatem qualem tenue-
runt discipuli primitiui, ibi-
dem

Circa paupertatē errores,
tit. 34. ar. 2

Paupertas religiosorum con-
formis est paupertati Chri-
sti & discipulorum, ti. 34.
art. 1. 2

Paupertas euāgelica quæ est,
ti. 34. ar. 23

Peccatum accipitur multipli-
citer, ti. 3. ar. 3

Peccatū originale negāt Pela-
giani, Armeni, &c. ti. 1. a. 1

Peccatum homines cōtraxif
se originale, probatur, titu

I N D E X

- lo 1. articu. 1 in fine
- Peccatum origi. quid sit, titu. 1. arti. 4. 5. Pecca. actua 35. articu. 8
- le quid est, titu. 1. arti. 5 Poenitentia uera nunquam se
- Peccatum originale quomo= ra, titu. 5. articu. 6. titu. 13.
- do traducitur, tit 1. artic. 9 articu. 1
- Peccata dimittit deus: dimit= Peregrinationes sunt grate
- tit & homo per sacramen Deo, titu. 23 articu. 11. titu.
- ta, titu. 15. articu. 7 30. articu. 4
- Peccatum compl. titur diui Perfectio legis euāgelicæ cō
- nam offensam & reatu, tit. sistit in charitate, titu. 34.
16. articu. 1 articu. 29. 23. titu. 35. art. 16
- Peccatum aliud est ueniale, Ad eam perfectionem con
- & aliud mortale, titulo. 1. ducunt præcepta & consi
- articu. 7 lia legis, titu. 34. artic. 19.
- Peccatorum remissio quomo 23. Perfectus quis sit, titu. 8
- do est certa, titu. 5. artic. 4 articu. 7
- Pœnalitates non omnes de= Que perfectio præcipitur
- bentur originali peccato, ti in lege. titu. 8. arti. 7. 9
- tu. 17. articu. 9 Aliud est esse perfectum, &
- Pœnitentia est necessaria, ti= aliud est esse in statu perfe=
- tu. 4. articu. 13 ctionis, titu. 3. 4. articu. 20
- Pœnitentia quid sit. Non sat Petri & ecclesie Roma. pri
- est pœnitentie abstinere à matum quidam negant, ti=
- malis, titu. 13. articu. 2. 3. ti tu. 31. articu. 1
- tu. 14. articu. 3. Pœniten= Petrus accepit potestatem or
- tiam si licet recusare, titu. dinis, ligandi quoq; & ab=
16. articu. 13 solueudi cum alijs, titu. 31.
- Pœnitentia indicebatur ba= articu. 1
- ptizandis, titu. 35. articu. 8 Primatum autem ei Christus

- spondit, et dedit, ibidem tu 15 articu. 3
 Petrus petra dicitur, titu. 31. Alia sunt praecepta, et alia
 articu. 2. 3. 7. Petri prima= consilia, titu. 17. arti. 4
 tus ostenditur, titu. 31. arti= Praecepta omnia non debent
 cu. 2. 3 perfici in gratia, titu. 6. ar=
 Petri successor fuit Clemens, ticu. 3
 non Linus aut Cletus, titu. Praeceptum dilectionis dei su
 31 articu. 9 per omnia, titu. 8. ar. 8
 Petrus dictus est caput eccle Praeceptum, Non concupi=
 sie, & fundamentum, titu. sces, titu. 8. articu. 9
 31. artic. 2. 5. 14. Praecepti transgressio nō est
 Placatur deus etiam nostris sine peccato, titu. 8. artic. 9
 operibus, titu. 4. artic. 9. ti Praelatorum potestas est in
 tu. 9. artic. 3. ti. 16. art. 4. 7 aedificationem, non in de=
 Potestatem praelatis nec dat, structionem ecclesiae, titu.
 nec aufert bonitas uitae aut 9. artic. 6. titu. 17. ar. 13
 malitia, titu. 9. artic. 11 Praelati obligant ad observa
 Potestas praelatorum est tionem suae constitutionis,
 in aedificationem, non in de titu. 9. arti. 5. 6. 8. 9
 structionem ecclesiae, titu. Presbyteri fuerunt in primi
 17. articu. 13. titu. 9. artic. 5 tiua ecclesia, ti. 11. arti. 1
 Populus docendus est, non se Presbyteri differunt ab epi=
 quendus, titu. 23. articu. 11 scopis, ti. 11. arti. 4
 Praeceptum obligat ad sui ob Probare seipsum debet ho=
 servantiam, titu. 9 articu. mo, ante Eucharistiae sum=
 7. 8. 9 ptionem, ti. 21. ar. 3
 Praecepta nimis multiplican Professio religionis equipa=
 tur, titu. 9. articu. 6. 7 ratur baptismo, titu. 34. ar
 Non praecepit Deus impos ticu. 4
 sibile, titu. 8. articu. 7. 8 ti= Puniendi sunt haeretici, &

I N D E X

- quomodo, ti. 33. arti. 8
- Purgatorium esse determina-
uit cōcilium Florentinum,
titu. 18. arti. 1
- Purgatorium esse probatur
multipliciter, titu. 18. arti-
cu. 4. 5. &c.
- Quadragesima, Require su-
pra ieiunium
- R
- R** Egnorum exordiū,
titu. 9. articu. 5
- Religio præfertur
misericordiæ, ti. 25. ar. 2
- Religionis substantia, tit. 33.
articu. 1
- Religiōes plures sunt in una
christiana religione, titulo
34. artic. 14
- Reliquiæ sanctorum sunt ue-
nerandæ, tit. 24. arti. 6
- Reliquuntur temporalia du-
pliciter, titu. 34. arti. 22
- Remissio peccatorum quo-
modo est certa, tit. 5. arti. 4
- Romana ecclesia primatum
tenet, ti. 31. ar. 9. 10
- Roma. eccle. conuocat conci-
lia, determinat de fide, à ne-
mine iudicatur, ad eam ap-
pellatur, maiora negocia
decernit, ti. 31. art. 12. 13. 14
- Rosarium Diuæ uirginis le-
gere, bonū est, ti. 34. ar. 4
- Resurrectio mortuorum su-
tura est, ti. 37. arti. 3
- Resurrectionem quidam ne-
gant, ti. 37. ar. 2
- Resurrectio qualis futura
sit, ti. 38. ar. 4. &c.
- S
- S** Abbatum quomodo est
seruandum, ti. 26. arti. 1
- Sabbatum in Domini-
cum diem cōmutatum est,
ibidem
- Sacerdotes soli sunt, qui rite
ordinati sunt, ti. 11. arti. 5. 6
- Sacerdotes soli soluunt à pec-
catis, ti. 15. arti. 7. 8
- Sacerdos tria habet officia,
titu. 11. arti. 8
- Sacerdotib. quare indictus
est coelibatus, titu. 12. artic.
1. titu. 5. artic. 6
- Sacerdotes Græci utuntur
matrimonio contracto, ti-
tu. 12. articu. 6
- Sacerdotes non possunt esse
bigami, ibidem

- Sacramētū qd est, ti. 10. art. 1
 Sacramentorū gratia, ibidē
 Sacramenta omnia instituit
 Christus, titu. 10. artic. 3. 4
 Sacra. no. le. sunt collatiua
 gratiæ, non ue. le. titu. 10.
 articu. 1. 3. titu. 22. ar. 7
 Sacramenta sunt septem, ti-
 tu. eodem, arti. 1
 Sacramenta nō inquinat ma-
 litia ministri, ti. 11. ar. 7
 Salus duplex, ti. 3. artic. 5
 Sancti inuocandi sunt, titulo
 23. articu. 4
 Sāctos pro nobis orare pro-
 batur auctoritatibus utrius-
 que test. titu. 23. articu. 4.
 5. 6 titu. 18. artic. 11
 Sanctorum cultus, ad tria est
 utilis, titu. 23. articu. 1
 Sancti quare hic affligun-
 tur, titu. 17. artic. 9
 Sancti sunt mediatores, sed
 non quomodo Christus, ti-
 tu. 23. articu. 2. 3
 Sancti impetrant & operan-
 tur nobis gratias sanita-
 tum, &c. titu. 23. arti. 8
 Sancti pro nobis orare pos-
 sunt in patria, et si non me-
 reri, titu. 23. artic. 9
 Sanctorum honor ad deum
 refertur, tit. 24, ar. 1, 6
 Sāctis quæ opera superesse,
 aut abundare possunt, titu.
 17. articu. 5
 Sancti, quo fine sunt implo-
 randi, titu. 23. articu. 11
 Sancti habent omnia gratia-
 rum genera, sed non singu-
 li, ibidem
 Sancti sunt uenerandi et co-
 lendi, titu. 24. articu. 1
 Sanctorum reliquiæ sunt ue-
 nerandæ, ibidem, arti. 6
 Satietas obruit animum, tit.
 35. articu. 11
 Satisfactio quid est, titu. 16.
 articu. 4
 Satisfactionē à nobis requi-
 rit deus, titu. 16, articu. 4,
 5, 7, titu. 17, artic. 7
 Satisfactio circa quæ uersa-
 tur, titu. 17. articu. 5
 Satisfactoria nostra opera,
 alteri suffragantur, titu. 17
 articu. 2
 Satisfecit pro nobis Christus
 sufficienter, sed non efficiē-
 ter, tit. 16, ar. 2. ti. 17. ar. 6

I N D E X

- Scandalum est cauendum, ti-
tu. 35. arti. 13 Sepulchra sanctorum uene-
rantur, ti. 24, art. 7
- Scripturæ sacræ intellectus
ex causis sumendus est, ti-
tu. 30. articu. 4 Sepeliri ante ianuas marty-
rum, optant reges, titu. 25,
articu. 2
- Scripturæ uerba hæretici de
prauant, titu. 30, articu. 4, Serui mercenarij qui sunt, ti
titu. 32, arti. 1, ti. 33, ar. 5 tu. 6. articu. 10
- Script. sacra quare prohibet
quibusdā laicis ne legant,
titu. 32. articu. 1 A qua seruitute Christus nos
liberauit, titu. 8, artic. 1
- Errores circa sacram scriptu-
ram, ibidem Spes quid sit, ti. 5, ar. 1, 2
- Lectio scripturæ sacræ, solū
doctis conuenit, tit. 32. ar. 1 Spem generant bona opera,
titu. 1, ar. 5, ti. 19, arti. 3
- Scriptura non est amplexan-
da sine doctore, ibidem Spes primò in deo, deinde in
operibus fidei, ti. 5, artic. 2,
3, 8, ti. 6, artic. 6
- Scripturam quis interpreta-
bitur, titu. 32, articu. 2 Sperabit, etiam grauissimus
peccator, ti. 5, ar. 6
- Scripturam sacrā omnes tra-
ctare conantur, ibidē, ar. 4 Sperare licet bonorum ope-
rum mercedem, ti. 6, ar. 10
- Scriptura multa cōtinet quæ
sibi uidentur contrariari,
titu. 23, art. 2 Ad spiritualia manu duci-
mur per sensibilia, titu. 25,
articu. 5
- Scriptura, nō sunt omnia tra-
dita, sed aliqua uerbo. titu.
31. articu. 6 In spiritualibus similitudo
admittenda est, ti. 17, ar. 6
- Sedes Romæ prima est, &
quæ eam sequuntur, eminē-
tiores, ti. 31. arti. 10 Spiritus sanctus dirigit eccle-
siam, ti. 31, artic. 14
- Stat. humana obligant ad sui

obseruantiam, titu. 9, arti.

1, 6, 7, 8, ti. 35, art. 6

Statuere quædam non ualuit
ecclesia à principio quæ iā
potest, titu. 12, art. 1

Stat. humana nō sunt omnia
inutiles cultus, ti. 9, ar. 1, ti
tu. 30, ar. 4, ti. 34, ar. 2

Statuta humana uariantur
pro loco & tempore, titu.
lo 21, artic. 3

Status naturæ integræ, titu.
1, artic. 2

Status perfectionis quid est,
titu. 34, ar. 20

Duplex est status perfectio=
nis, ibidem

T

Theodosij laus, & suæ
curiæ, ti. 35, ar. 8

Templum quidam no
luerunt construi, ti. 25, ar. 1

Templa soli deo construun=
tur, ibidem

Templa sanctorum nomini=
bus appellātur, ibidem

Templa construi, res est anti
qua, ibidem

Templa esse pretiosa nō in=
conuenit, sed decet, titu. 25,

articu. 2

Templa extruere maius est,
quā misericordiam face=
re, ibidem

Templorum uasa tempore
necessitatis erogantur in
pauperes, ti. 25, ar. 3

In templis fiunt aliquando in
decentia aliqua, ibidē, ar. 4

Templorum ornatus prouo
cat deuotionem, ibidem

V

Verbis aliquando inu
sitatis utēdū est pro
pter exurgentes hæ

re, ti. 24, artic. 3

Vestes sanctorum ueneran=
dæ, ti. 24, ar. 7

Vestem Pauli anachoritæ
præposuit Hierony. regum
purpuræ, ti. 35, arti. 14

Vestitus monachorum, titu.
lo 34, ar. 15

Vidua alenda de stipe eccle=
siæ, ti. 12, ar. 7, ti. 34, ar. 9, 11

Virginitatem Christus exem
plo et uerbo docuit, et eius
excellētia, ti. 34, ar. 1

Virginitatem seruare, ange=
licum est, ibidem

I N D E X

- Virginitatem uouerunt mo-** nō bonum, sine dei gratia,
niales à tempore apostolo- titu. 7. ar. 2
rum, ti. 34. ar. 9 Vota quidam reprehēdunt,
Virginitatem quæ uouit, nu titu. 34. ar. 6
bere nō pōt, ti. 34, ar. 9. 11 Vota religiosorum unde pro
Vnctio extrema, sacramentū dierunt, & qualia fuerunt
est ecclesiæ, ti. 10. ar. 4 tempore Hiero. ti. 34. ar. 5
Voluntariū nō minuit actus Vota fuerunt tempore pri-
bonitatem, ti. 34. ar. 22 mitiuorum discipulorum,
Voluntas quando pro facto titu. 34. ar. 3
reputatur, ti. 4. artic. 13 Vuota quā sunt utilia, &
Volūt. in causa est, quare qui deo accepta, ti. 34. ar. 9
dam non sunt boni aut con Votum etiam suam libertatē
tinentes, ti. 12, ar. 3 habet, ti. 34. ar. 6. 10
Velle possumus malum, sed

FINIS INDICIS

15
COMPENDIVM CONCERTA-

TIONIS HVIVS SECVLI SA-
PIENTIVM, AC THEOLOGO

rum, super erroribus mo-
derni temporis.

DE PECCATO ORIGINALI.
TITVLVS PRIMVS.

ARTICVLVS PRIMVS.



Ocemus quòd post lapsum Ade, RHET.
omnes homines secundum natu-
ram propagati, nascuntur cum pee-
cato. Hoc est, sine metu Dei, sine
fiducia erga deum, & cum concu-
piscencia: quòd q; hic morbus, siue uitiũ originis
uerè sit peccatum damnans, & afferens omnibus
quidem tẽporalem mortem: æternam uerò his,
qui nõ renascuntur p baptismũ, & spiritũ sanctũ.



Ongratulo tibi Rhetor eximie, uel in hoc THEO.
quòd hæresim declinaueris Pelagij, qui ait pe lagij erro
paruulos nihil contrahere contagij à paren-
tibus, eosq; baptizari non pro peccati ori-
ginalis abolitione, sed ut in gratiam adoptionis filiorũ Dei
recipiantur. Cuius errorem aliquãdo imitati sunt Armeni,
& Albanenses: sepultumq; iam pridem suscitauit quidam
Ioannes de V uesalia in Maguntina ciuitate.

Hunc errorem reprobans Paulus, docet hominem hanc
originalem noxam contraxisse, dicens: Eramus natura filij
iræ, sicut cæteri. Natura (inquit Glo. interlin.) id est, per

DE PECCATO ORIGINALI

- 1. Cor. 15.** parentes, & Aug. de pecca. merit. lib. 2. cap. 10. Natura, id est, originaliter. Rursus idem Apost. ad Corin. ait. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Idem habet ad Rom. 5. Regius quoq; propheta ait,
- Psal. 50.** Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. His subscribit & Cyprianus ad Fidum episcopum, de infantibus baptizandis, lib. 3. Epist. 8. sic inquit. Porro si etiam grauissimis delictoribus, & in deum multò antè peccatibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur. Et à baptismo atq; gratia nemo prohibetur.
- THEO.** Quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quòd secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ primæ natiuitate contraxit. Ambro. uerò contra Nouatianos scribens, idem sentit, dicens. Omnes homines sub peccato nascimur. Rursus idem in apologia David. Antequam nascamur (inquit) maculamur contagione, & ante usuram lucis originis ipsius excipimus iniuriam, in iniquitate concipimur. Idem habet & Hieronymus in dialogo cōtra Pelag. hæresim circa finem.
- Roman. 5.** Ab his quoq; non dissentit Aug. lib. 1. cap. 9. de pecca. merit. sic inquit. Per unum hominem intrauit peccatum in hunc mundum: & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, propagatione, non imitatione. Nam si imitatione, dixisset diabolum principem fuisse peccati, non Adam. Quia inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem qui sunt ex parte eius. Sed aliud est, quod exemplum est uoluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Hoc ipsum ex eadem Apo. authoritate, idem deducit lib. 4. cap. 4. contra duas epistolas Pelag. sic concludens:

Restat ut in illo primo homine, peccasse omnes intelligantur, quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccauit. Vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo nō soluitur. Sic & sanctus Hilarius intellexit quod scriptum est. In quō omnes peccauerunt. Deinde subiungit. Manifestum est **Roman. 5.** in Adam omnes peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus est, & omnes, quos genuit, nati sunt sub peccato. Idem habet Aug. lib. 1. cap. 22. & lib. 4. cap. 11. cōtra duas epist. Pelag. Et ad Petrum Diaconum: et recitatur de consec. dist. 4. cap. Firmiter, ubi ait. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cū originali peccato nasci, impietati subditum, mortiq; subiectum, & hoc naturaliter iræ nasci filium.

Quid uerō de hoc originali peccato conciliū Mileuitanum (cui dissentire nephas est) determinauerit contra Pelag. audiamus. Sic enim cap. 2. habetur. Quicumq; paruulos recentes ab uteris matris baptizandos negat, aut dicit quidem in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, anathema sit. **ART. II.**

Originale peccatum nobis connatum esse nō **R H E T.** est nostrum aliquis qui ambigat. Quid uerō illud sit, in quæstione est. Dicimus enim nos ipsum esse sine meritu Dei, sine fiducia ad Deum, & cum concupiscentia. Vos autem Theologi non satis intelligitis definitionem peccati originis: disputantes quidem de fomite, quod sit qualitas corporis, & unde processerit, an ex cōtagione pomi, uel ex aflatu serpentis: grauiora uerō uitia humanæ uitæ

DE PECCATO ORIGINALI

obliuiscens scilicet ignorationem Dei, contemptum Dei, uacare metu, & fiducia Dei, odisse iudicium Dei, fugere deum iudicantem, irasci Deo, desperare gratiam, habere fiduciam rerū præsentiū.

THEO. Dicta tua oportuit, uel ratione, uel auctoritate corroborasse. Ab alijs enim scripturæ testimonia requiris, & in tuarum assertionem raro aliqua affers. Nos uerò (fauente altissimo) nihil astruere tentabimus, quod aliorum testimonijs non muniemus. Vt autem cœpta prosequamur: cū priuationes per habitus innotescant, quid sit iustitia originalis (cuius priuatio est peccatum originale) elucidabimus. Erat enim iustitia originalis, donum gratuito à deo naturalibus hominis superadditum, propagandum cum natura quandiu homo diuino pareret præcepto: quo ratio Deo, & potentie inferiores rationi subdebatur, corpusq; ab omni incommodo præseruabatur infirmitatis, doloris, famis, tristitiæ, & mortis.

ARTICV. 3.

RHET. Si hæc scripturis fulcirentur, persuaderent.

THEO. Absit, ut à promisso confestim resiliam. Nō te fugit, Salomonem sapientissimum dixisse. Fecit Deus hominem rectum. Erat autem hæc rectitudo, secundum quod ratio subdebatur Deo, rationi uerò uires inferiores, & animæ corpus. Prima nanq; subiectio, causa erat secundæ, pariter & tertiæ. Docet quoq; hoc Aug. lib. 1. de lib. arbit. cap. 11. Credimus (inquit) hominem tam perfectè conditum à Deo, & in beata uita constitutum, ut ad ærumnas mortalis uitæ ipse inde propria uoluntate sit dilapsus. Idē rursus lib. 2. de pecc. remiss. ca. 21. & 22. declarat, dicent: Obedientiam prius quam uiolassent parentes nostri, placebant Deo, & placebat eis Deus. Et quanuis corpus animale gestarent, nihil in illo

illo inobediēs aduersum se moueri sentiebāt. Faciebat quippe hoc ordo iustitiæ. Vt quia eorum anima famulum corpus à domino acceperat, sicut ipsa eadem domino suo, ita illi corpus eius obediret, atq; exhiberet uitæ illi congruum sine ulla resistantia famulatum. Hinc & nudi erāt, & nō cōfundebantur. Postea quā uerò præcepti facta est transgressio (ut idem Aug. habet. 13. lib. cap. 13. de ciui. Dei) confestim gratia deferente diuina, de corporum suorum nuditate sunt confusi parentes nostri. Senferant enim motum inobedientis carnis suæ, tanquam reciprocā pœnam inobedientie suæ. Et quia superiorem dominum, anima libertate inperuersum propria delectata, suo arbitrio deseruerat, inferiorem famulū ad suum arbitrium non tenebat, nec omnino habebat subditā carnem, sicut semper habere potuisset, si Deo subiecta anima ipsa mansisset. Tunc caro cœpit concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, cū qua controuersia nati sumus, contrahentes originem mortis in membris nostris, uitiataq; natura contentionem eius sine uictoria de prima præuicatione gestantes. Huic non dissentit Grego. 4. Mora. cap. 30. sic inquit. Ad hoc in paradiso positus fuerat homo, ut si se ad conditoris sui obedientiam, uinculis charitatis astringeret, ad cœlestem angelorum patriam quandoq; sine carnis morte transfiret. Sic namq; est immortalis cōditus, ut tamen si peccaret, etiam mori posset. Et sic mortalis est conditus, ut si nō peccaret, etiā mori non posset, atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua mori, uel peccare non posset. Hæc etiam constabunt, si seriem principij Geneseos peritauerimus. Factus namq; est homo (ut ibi dicitur) ad imaginem, & similitudinem dei, positusq; est in paradiso uolus

DE PECCATO ORIGINALI

ptatis, omnis doloris expers, qui tam uigore originalis Iustitiæ, quam sumptione ligni uitæ potuit non mori. Ait enim Aug. in lib. quæst. ue. & no. test. Gustus arboris uitæ, corruptionem corporis inhibebat, atq; ex plenitudine scientiæ inditæ, singulis animantibus nomina eorum naturis conuenientia indidit.

ARTICV. 4.

RHET. Iustitia originalis quid sit differuisti: quid autem de uitio originis sentias, audiamus.

THEO. Definiunt Theologi peccatum originale, caritiæ esse Iustitiæ originalis cum debito habendi. Complectitur enim peccatū originis, priuationē Iustitiæ originalis, et cū hac, inordinatam dispositionem partium animæ. Quemadmodum ægrotudo corporalis habet quidem aliquid de priuatione, in quantum tollitur æqualitas sanitatis, & aliquid positivè, ipsos uidelicet humores inordinatè dispositos. Hanc uirium animæ inordinatam dispositionem, quidam corruptū habitum, & Aug. concupiscentiam, seu languorem appellat, dicens lib. 1. ca. 25. de nuptijs. Si queritur quomodo ista concupiscentia carnis manet in regenerato, in quo uniuersorum facta est remissio peccatorum: Respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. Manet autem non substantialiter, sicut aliquod corpus, aut spiritus: Sed affectio quædam malæ qualitatis, sicut languor. Soluta namq; originalis Iustitiæ harmonia, concupiscentia, seu lex peccati in membris nostris dominans, effrænes efficit uires sensitiuas, ut iā sensus & cogitatio hominis prona sint ad malum ab adoleſcentia sua, caroq; concupiscat aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, inueniatq; homo aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, defleatq; cum Paulo di-

Gene. 8

Galat. 5

Roma. 7

cente: Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod odi
malum, hoc facio. Infelix ego homo, quis me liberabit de Ibidem
corpore mortis huius? De hoc uide Augusti. contra Iulia.

lib. 6. cap. 7. & 8

ARTICV. 5.

Asseris quidem concupiscentiam, seu fomitem R H E T.
peccatum esse originale: Grauiora uero humanæ
naturæ uitia, uidelicet ignorationem dei, contem
ptum Dei, odisse iudicium Dei, & similia, quæ su
prà enumerauimus, præteris.

Diximus formale peccati originis esse carentiam origi THE O.
nalis iustitiæ, ex qua eius materiale sequitur, uirium scilicet
animæ destitutio, fomes seu concupiscentia. Quæ uero tu
grauiora enumeras humanæ naturæ uitia, ea actualia dici
mus peccata, & si plerunq; ex uitiata origine ortum ha
beant. Nā peccatū actuale dicimus, qd' uolūtate cōmittitur,
uel omittitur, cōsentiente, uel nō prohibēte ratione, dum ua
let & debet. Quod nostrum dictum ex Augu. contra Fals
sum lib. 22. ca. 27. sumimus, dicente: Peccatum est dictum,
uel factum uel concupitum contra legem Dei æternam. Et
lib. 1. cap. 13. contra duas epist. Pelag. idem sic ait. Peccata
sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam, uel ignoran
tiam, illicitè sunt, dicuntur, uel cogitantur. Rursus idem de
libe. arbi. lib. 2. cap. 1. dicit. Habemus liberum uoluntatis ar
bitrium, & non nisi eo peccamus.

Liquet igitur, per te adducta actualia esse peccata, non
originale uitium traductum. Nullus enim Dei contemnit iu
diciū, aut diffidit de Dei gratia, nisi qui peccato se inqui
nat actuale, dicente Chrysost. 2. opere in Matth. Homil. 15.
Sicut bona opera spem generant, sic mala opera desperatio
nem. Fiduciam item præsentium non habet, nisi actu ad ca

*peccata
def.*

*actuale
originale*

DE PECCATO ORIGINALI

duca hæc sese conuertens. Dei uerò ignorationem imputabilem uel post baptismum is habet duntaxat, qui negligit scire, quod de Deo nosse oportuit. Hæc omnia propria uoluntate committuntur, non autem (ueluti originale peccatum) à parentibus in filios traiciuntur. ARTI. 6.

RHET. Malè uideris definisse originale peccatum, carentiam esse iustitiæ originalis. Nam baptizati carent quidem iustitia originali: obnoxios autē eos peccato originis nemo asserit.

THEO. Addidimus in definitione nostra cum debito habendi: quod quidem debitum in baptismo tollitur, ut iam ipsa carentia iustitiæ originalis non sit imputabilis: Non autē ipsa iustitia originalis restituitur. Ait enim Aug. lib. 1. cap. 26. de nuptijs. In eis qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiant prorsus omnium peccatorum, utique necesse est, ut reatus etiam huius, licet adhuc manentis concupiscentiæ remittatur, ut in peccatum non imputetur. ARTI. 7.

RHET. Sublato per baptismum hoc debito habēdi, quare concupiscentia, aliæq; corporis calamitates, simul cum debito mortis corporalis, non tolluntur? His enim non ablatis, uidetur præuaricatoris Adæ transgressio plus nobis intulisse damni, quàm incarnatio filij Dei, aut redemptio profuerit nobis saluatoris.

THEO. Etsi mortem non auferat temporale baptismum, nec concupiscentiam, plus nobis profuit Christus, quàm obfuit Adam. Per Adæ enim peccatum temporaliter morimur, per Christum uerò in æternum sumus uicturi. Docet hoc August. lib. 2. cap. 30. de pecca. meri. Audi, inquit, apostolum. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes

uiuificabuntur. Omnium ergo corporis mortem factam per unum hominem dixit, & omnium resurrectionem in uitam eternam per unum Christum futuram esse promisit. Quomodo ergo plus nocuit ille peccando, quam iste profuit redimendo, cum per illius peccatum temporaliter moriamur: per istius autem redemptionem non ad temporalem uitam, sed ad perpetuam resurgamus? Et cap. 31. ibidem Aug. ait: Poterat autem etiam hoc Deus donare credentibus, ut nec istius experirentur corporis mortem. Hoc si fecisset, carni quædam felicitas adderetur: minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timerent, ut non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod mori omnino non possent: Ac per hoc nemo propter illam uitam, quæ post mortem beata futura est, per uirtutem etiam contemnendam ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret.

Concupiscentiam uero aliasque corporis molestias non abstulit, sed reliquit in baptizato Deus, ut sint ei in exercitium, uincienti; ad coronam. Quod ex Aug. de pecca. meriti. cap. 33. habemus. Dicit enim: Res, quarum reatum, ne post hanc uitam obsint, Deus soluit, tamē eas ad certamen fidei sinit manere, ut per illas erudiatur, & exerceatur proficiētes in agone iustitiæ. Vnde statuit Deus ut post peccatum propagata caro peccati ad recipiendam iustitiā laboribus & molestiis niteretur. Sic enim Paulo tertio deprecanti ut auferretur ei stimulus carnis datus ut colaphizaret eum, dictum est: Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infir. perficitur. Concupiscentia itaque in regeneratis, & si insurgat, aut molestat, noxia non est, modò ad consensum, illicitæ nō pertrahat, dicente August. contra Iulian. lib. 5. cap. 3. interpretante illud Apostoli: Tradidit illos Deus in desiderijs cordis eorum. Roma. 1.

DE PECCATO ORIGINALI

Aliud (iqt) est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, utique ut consentiendo eis, possideatur ab eis. Quod fit, cū diuino iudicio traditur eis: Alioquin frustra dictum est: Post concupiscentias tuas non eas: Si iam quisque reus est, quod tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec eas sequitur, si non eis traditur, exercens aduersus eas gloriosa certamina, si uiuit in gratia. Et paulò post. Cū ergo dicitur homo tradi desyderijs suis, inde fit reus, q̃a desertus à Deo cedit eis, atq; cōsētit, uincitur, capitur, trahitur, possidetur.

2. Petr. 2 A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est, & fit ei peccatum consequens præcedentis poena peccati. Rursus idem in lib. 1. cap. 23. de nuptijs & concupisc. sic habet: Ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in re generatis, quando illi ad illicita opera non consentitur, atq; ut ea perpetrent à regina mente membra non dantur, ut si non fit quod scriptum est: Non cōcupiscas, fiat saltem quod alibi legitur: Post concupiscentias tuas non eas. Præterea
- Galat. 5 idem interpretans illud Apo. Qui non ducuntur à spiritu, sequitur ut à carne ducantur, ait: Non pati aduersitatē carnis, sed duci, damnatio. Et super Ioā. tract. 41. allegans illud
- Roma, 6 Pauli. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Non inquit, non sit, sed non regnet. Quandiu uiuis, necesse est peccatum esse in membris tuis, saltem ei regnum auferatur, ut non fiat quod iubet. Surgit ira: noli iræ dare linguam ad maledicendum. Noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum. Non surgeret ira ista irrationalis, nisi peccatum esset in membris: sed tolle ei regnum, ne habeat arma, & contra te pugnet. Verum quia paucorum est per concupiscentiam non abduci (ait Aug. li. 2. ca. 2. cōtra Iulian.) in illis in quibus ab illo cōcupiscentia

malo rebellante, etsi non letaliter, sed uenialiter tamen uin-
citur. in his contrahimus unde quotidie dicamus: Dimitte
nobis debita nostra. ARTICV. 8.

Si non imputatur concupiscentia ad culpam R H E T.
in regenerato, quæ est intra cōsensum, quare pec-
catum nominatur ad Rom. 5. 7. & alibi?

Questioni tuæ satisfacit August. lib. 1. cap. 23. de nup. & T H E O.
concupiscen. sic inquit: Modo quodam loquendi, concu-
piscētia uocatur peccatum, quòd peccato facta est, cum iam
in regeneratis non sit ipsa peccatum: Sicut lingua uocatur
locutio, quam facit lingua: & manus uocatur scriptura, quā
facit manus: Itemq; sic uocatur peccatum: quia peccatum,
si uincit, facit. Sicut uocatur frigus pigrum, non quòd à pi-
gris fiat, sed quòd pigros faciat. Et cap. 24. sic ait: Hæc con-
cupiscentia carnis, licet in regeneratis iam non deputetur
in peccatum, tamen naturæ nō accidit, nisi de peccato. Hoc
ipsum ait & lib. 1. cap. 13. contra duas epist. Pelag. Concupi-
scentia hæc uocatur peccatum, non utique, quia peccatum
est, sed quia peccato facta est. ARTICV. 9.

Disputant theologi de fomite, quòd sit quali- R H E T.
tas corporis, & unde processerit, ex contagione
pomi, an ex serpentis flatu. Quomodo uerò ba-
ptizatus, qui peccatum originale non habet, illud
in posteros transmittat, prætereunt.

Non credo theologum quempia solidum doctorem tra- T H E O.
didisse, quòd peccatum originis uel ex pomi contagione,
uel flatu serpentis, traductum sit. Quo autem modo bap-
tizatus iam ipsum traducat, perspicuum facere conabor. Ho-
mo baptismo regeneratus, generat quidem, non ut baptiza-
tus, sed naturaliter. Ex natura quippe iustitiam originalem

DE BAPT. PARVVL. NON ITER.

nō habuit, quam donū supernaturale præfati sumus, Art. 2.
Talem uerò traducit homo naturam, qualem habet, iustitia
scilicet originali destitutā: proliq; generatæ imputatur hæc
carentia, donec sacro baptismo lota fuerit, ut docet Aug.
lib. 1. cap. 13. cont. duas epist. Pelag. sic inquit: Ista carnis
concupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut quanquā tra-
cta sit à nascentibus, nihil noceat renascentibus. Ex quibus
tamen si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursusq;
et nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus re-
mittatur. Idem sentit de pec. meri. lib. 2. cap. 27. Quid, in-
quit, innouati parentes, nō ex primitiis nouitatis. sed ex re-
liquiis uetustatis carnaliter gignunt: Et filij ex parentum re-
liqua uetustate toti uetusti, in peccati carne propagati, dam-
nationem ueteri homini debitam sacramento spiritalis re-
generationis, et renouationis euadunt?

DE BAPTISMO PARVVLORVM Non iterando. Titulus secundus.

ARTICVLVS PRIMVS.

RHET. **B**aptismum peccata prorsus omnia, factorū
dictorū, cogitatorū, siue originalia, siue ad-
dita, siue quæ ignoranter, siue quæ scienter
admissa sunt, consentio abolere: Quemadmodū
docet Augustinus cōtra duas epistolas Pelag. lib.
3. cap. 3. Quod uerò paruulis adhibeatur baptis-
mus in salutē, doctrinæ Christi obuiare uidetur.
Dicit enim (teste Matthæo) Euntes docete om-
nes gentes, baptizantes eos in nomine patris, &
filij, & spiritus sancti. Et apud Marcum: Euntes in

mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Hic actum credendi præmittit saluator baptismo: quem quoniã paruuli habere nequeunt, infructuosus eis uidetur baptismus.

Quemadmodum uirtus inter excessum, & diminutum THEO.
consistit, & ueritas plerunq; inter duo extrema falsa reperitur. Ita & aliquando uera fides inter duos errores media est. Ait enim Ioan. Vuicleff. paruulos sine baptismi sacramento discedentes saluari, hæreticorum uerò quidam asserere nituntur paruulis baptismum non prodesse, uera autem fides dicit, baptismum paruulis nedum prodesse, sed & necessarium ut saluentur, ex saluatoris sententia dicentis. Nisi Ioan. 3
quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Docet hoc in primis Dionysius Eccle. Hierar. cap. 7. par. 3. iuxta finem, sic inquit. Illud uerò, quod pueri quoq; qui necdum possunt intelligere diuina, sacri baptismatis, altissimorumq; cõmunionis sacrosanctæ signorum participes fiant. Videtur quidem prophanis (ut dixisti) rationabiliter irridendū, si auditores minus idoneos episcopi diuina edocent, & non intelligentibus sanctas traditiones nequaquam tradunt. Et quod adhuc ridiculosius est, alij pro ipsis abrenunciant, sanctaq; ineunt fœdera. Verum oportet tuam sanctam prudentiam errantibus non dedignari, sed religiosè simul, & illorum instructionis gratia, cum charitate rationem reddere, & confutare obiecta, & illud in super addere iuxta diuinas leges, quo pacto non augustiora omnia nostra scientia circumscribuntur. Et plurima ex his quæ ignoramus, causas habent dignissimas,

DE BAPT. PARVVL. NON ITER.

nobis quidem ignotas, uerum præstantioribus cognitās, cōplura item summas illas, altissimasq; substantias latet, soliq; sapientissimæ, ac sapientiæ authori diuinitati nota sunt. Verum enim ea de re ista quoq; dicimus, quæ sancti præceptores nostri ex pristina traditione edocti, ad nos diriuarunt. Aiunt enim quod uerissimum, infantes si sancta lege formantur ad sacrum prouehendos habitum omni errore liberos, & uitæ exortes impuræ. Istud cū pijsimis ducibus nostris in mētem uenisset, uisum est admittere infantes hoc modo, ut naturales oblati paruuli, parentes puerum uni ex fidelibus tradant, præclaro diuinarum rerum magistro, sub quo iam puer sit, quasi sub patre diuino, sanctæq; salutis alūno. Hunc itaq; præsul spondentem puerum iuxta sanctam educaturum uitam, requirit, ut abrenunciationem profiteatur, fidemq; confiteatur, non (ut illi ridentes aiunt) alium pro alio imbuat sacris. Neq; enim hoc ille ait, Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei sacramenta profiteor, sed ita puer renunciat & profitetur, id est, spondeo puerū inducturum, cum ad sacram intelligentiam uenerit, sedulis exhortationibus meis, ut abrenunciet contrarijs omnino, profiteaturq;, & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur (ut reor) indignum est, sed ad diuinum institutum puer adducitur, sanctum habens præceptorem, qui illi diuinarū rerum habitum tradat, malorumq; seruet immunem. Hæc ille.

Huic consentiunt & uerba Augu. in Ser. post pascha, qui incipit. Hodiernus dies. Vos, inquit, ante omnia tā mulieres quā uiros, qui in baptismo filios suscipitis, moneo, ut uos cognoscatis fideiussores apud Deū extitisse pro illis, quos uisi estis de sacro fonte suscipere. Ideoq; semper eos admonete, ut castitatem custodiant, iustitiam diligant,

charitatem teneant. Ante omnia, symbolum, & orationem Dominicam, & uos ipsi tenete, et illis quos accepistis de sacro fonte, ostendite. Idem epist. 23. ad Bonifac. Baptizandos etiam infantes ipse Cyprianus in epist. 8. lib. 3. ad Fidū epi. docet, dicens. Quantum ad causam infantum pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem, quo nati sunt, constitutos baptizari non oportere, & considerandum esse legem circumcisionis antiquæ, & intra octauum diem eum, qui natus est, baptizandum, & sanctificandū non putares, Longè aliud in consilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uni uersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiā Dei & gratiam denegandam. Nam cum dominus in euangelio suo dicat: Filius hominis non uenit perdere, sed saluare. Quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perda est. Et paulò post. Cæterum si homines impedire aliud ad consecutionem gratiæ posset, multò magis adultos, & prouectos, & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porro autem si etiam grauissimis delictoribus, & in Deum multò ante peccantibus, cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, & à baptismo, atq; gratia nemo prohibetur, quantò magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quòd secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit. Qui ad remissam peccatorum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quòd illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco frater charissime, hæc fuit in concilio nostro sententia, ut à baptismo, atq; gratia Dei (qui omnibus misericors, & benignus, & pius est) neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuersos ob-

DE BAPT. PARVVL. NON ITER.

seruandum sit, atq; retinendum, tum magis circa infantes ipsos, & recens natos obseruandum putauimus. Hierony. uero in epist. ad Letam, tam necessarium asserit paruulis baptismum, ut peccato parētes quoq; obstringat, si infantes christianorum non baptizentur ætate qua cōtradicare non possint. Idem sentit Ambro. de uoca. genti. lib. 2. ca. 8. Et Aug. De pecca. remiss. lib. 1. ca. 20. Eamq; materiam diffuse pertractat ad Marcellin, duos libros de infantibus baptizandis conscribens. In lib. uerò. 4. cap. 24. contra Donatistas, de baptismo loquens infantum, sic ait: Et si quisquam in hac re authoritatem diuinam quærat: quanquam quod uniuersa tenet ecclesia, nec concilijs institutum, sed semper retentum est, nō nisi authoritate Apostolica traditum, rectissime creditur. Tamen ueraciter conijcere possumus, quid ualeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit. De hoc infra Ti. 9. Arti. 6.

Quid uerò desuper concilia decreuerint, nō æstimo inutile subijcere. Sic enim in concilio Carthagin. 5. ca. 6. legitur definitum. Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos sine dubitatione testentur, neq; ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, abq; ullo scrupulo eos esse baptizandos. Idem habet concilium Mileuitanum, ut habes supra titu. 1. Arti. 1. in fine. In concilio autem Toletano. 3. cap. 5. sic dicitur. In sacramento baptismi, potest infans uel ter in nomine trinitatis, uel semel propter unam substantiam in aquis mergi. In concilio uerò Gerunden. cap. 5. sic decernitur. Paruuli etiam eadem die qua nati sunt infirmi baptizentur. Grego. quoq; Magnus ad consulta Augustini Anglorum apostoli, sic ait, & recitatur dist. 5. ca. Si mulier. Po

test mulier eadem die qua enixa est partum, si ualeat, ecclesiam intrare: Et puer eodem die, quo natus est, baptizari. De paruulis baptizandis, non pigeat uidere quod habetur de consecra. dist. 4. cap. Firmissime, & cap. Nulla, &c.

Liquet itaq; ex Apostolica traditione, ex grauissimorum doctorum autoritatibus, atq; ex sacrorum conciliorum determinatione, sanctum baptisma etiam paruulis prodesse ad salutem, necessarioq; impendendum.

ARTI. 2.

Haftenus autoritatibus per me adductis non arbitror satisfactum.

Non obsistit nostrae sententiae quod ex Matth. & Mar. co desumpsisti. Dominus enim euangelizare mittens suos discipulos ad gentes, utiq; doctrinae capaces, non ad paruulos rationis impotentes misit, uoluitq; apostolorum doctrinae adherentes, sacro baptismo dilui. Et idcirco ait. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Non autem his uerbis uetuit infantes ratione non utentes baptizari. Paruuli enim, sicut alieno peccato moriuntur, ita aliena fide & confessione iustificatur. Ait enim Ambro. de uocat genti. lib. 2. cap. 8. Sicut paruuli ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate, aut dissimulatione non credunt. Et Aug. lib. 1. cap. 22. contra duas epist. Pelag. In ecclesia (inquit) saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea, quae in illis in baptismo remittuntur, peccata traxerunt. Rursus idem de pecca. merit. lib. 1. ca. 19. Paruuli, quia uitae propriae peccatis nullis adhuc tenentur obnoxij, originalis in eis agrius do sanatur in eius gratia, qui saluos facit per lauacrum regenerationis. Dicet ergo aliquis. Quomodo & ipsi uocantur in poenitentiam? Nunquid tautillus aliquis potest poeniteret? Huic respondetur. Si propterea poenitentes dicendi non

DE BAPT. PARVVL. NON ITER.

sunt, quia sensum poenitendi nondum habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi nondum habent. Si autem recte propterea fideles uocantur, quoniam fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, cur non prius etiam poenitentes habentur, cum per eorundem uerba gestantium, diabolo, & huic seculo renunciare monstrantur.

ARTICV. 3

R H E T. Quidnā sentis de infantibus sine baptismo mortuis? **LUC. 9** Cum enim Christus uenerit quærere, & saluare quod perierat: cuius miserationes sunt super omnia opera eius, quomodo tot milia infantium qui sine indulgentia christiani sacramenti de hoc seculo exeunt, diuina misericordia sinet perire? Non enim eorum fuit arbitrio, quod baptismi eis nequiuert subuenire sacramentum.

T H E O. Hic loqui libet de lege domini ordinata, ac promulgata. Nouimus enim quod Deus suam gratiam, suam potestatem sacramentis non alligauerit. Porro qui legis est institutor, præter legem ei agere licet, modo uelit. **Ioan. 3** Baptismi legem Christus instituit, dum ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Diuulgauit autem, dum ait Apostolis. **Matth. 28** Euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c. Et rursus: Qui **Marc. 16** crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Secundū hanc legem (ait Amb. lib. 2. cap. 8. De uocat. genti.) neque credi fas est eos qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad ullum beatorum pertinere cōsortium. Et Aug. ad Hiero. De origine animæ. Neque negare (inquit) fas est nobis eas, quæ sine Christi sacramento de corpore exierunt, etiam paruulorum animas

TITVLVS SECVNDVS 24

non nisi in damnationē trahi. Rursus de pecca. remiss. lib. 1. cap. 16. Potest rectē dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes, in damnationem omnium mitissimam futuros. Multum enim fallit, & fallitur, qui eos in damnationē prædicat non futuros, dicente Aposto. Iudicium ex uno delicto Roma. 5 in condemnationem. Et paulò post. Per unius delictum in omnes homines in cōdemnationem. Et quoniam dominum præter legem agere licet, dicimus martyrium uicem habere baptismi, ut saluentur martyres, non in aqua, sed in suo sanguine baptizati, & quos ipse sine baptismo sanctificare & saluare uoluerit dominus. ART. 4.

Si ad salutem ualet paruulis baptismus, perperam egerūt Anabaptistæ, nuper sese in adulta iam ætate rebaptizantes. R H E T.

Nō est orthodoxus qui factum probet. Sicuti enim una THEO. est ex parentibus naturalis natiuitas. Ita ex aqua & spiritus sancto, unica est spiritalis regeneratio. Ait nanq; Apost. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Rursus idem ad Hebr. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad poenitentiam. Vbi Theophilactus. Non in præsentī poenitētia reiecta est, sed secundi lauacri innouatio. Pari modo hunc locum & Chryso. interpretatur. Similiter & Damas. lib. 4. cap. 10. Beda uerò super illo Ioā. 1. Nisi quis renatus fuerit denuo, ait. Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus, qsq; in confessione sanctæ Trinitatis baptizet. non ualet ille qui ita baptizatus est à bonis catholicis rebaptizari, ne cōfessio uel inuocatio tãti nominis uideatur annullari. Diffusius quoque hoc deducit Augu. in lib. de unico baptismo contra Pe

DE BAPT. PARVVL. NON ITER.

Roma. 6. Et in epist. 23. de baptismo paruulorum. Ad hoc etiam facit quod Paulus ait, baptizatos communiter et consepeliri cum Christo. **ART. 5.**

RHE T. Quid itaque sentis de Cypri. qui censuit in hæresi, uel schismate, etiam **CHRISTI** baptismo baptizatos, ad unitatem ecclesiæ redeuntis, fore rebaptizandos?

THE O. Dicit August. lib. 2. cap. 5. de baptismo. Nimis amando sententiam suam, uel inuidendo melioribus usque ad præcidendæ communionis, et condendi schismatis, uel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. Plerumque doctioribus minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens, et humilis charitas, in qua fructus maior est, comprobetur. Sic nanque Petrus gentes iudaizare aliquando sua simulatione coegit, reprehensus autem à Paulo, obtinuit. Pari modo Cyp. dum incautè hæreticos, et schismaticos detestatus est, in hunc errorem prolapsus est, ut existimaret eorum baptismum nullius esse efficaciam. Hic error eliminatur de conse. dist. 4. in multis cap. Verum huic suæ sententiæ nō pertinax, sed donec peritior ei oppositum persuaderet, inhaesit Cyp. Docent hoc acta Synodi Carthagin. in prin. Noua enim tunc erat quæstio (ut ait Aug. lib. 2. cap. 4. contra Donatistas) quemadmodum suscipiendi essent hæretici. Cessisset sine dubio, si iam illo tempore quæstionis huius ueritas eliquata, et declarata per plenarium concilium solidaretur. Sed et charitatis qua excelebat luce, illa obumbratio fugata est. Et si nulla alia re, certè passionis falce ultima sublata est. Paratum suum cedendi animum ex uerbis suis epist. 15. ad Quintum facile est aduertere.

Iam uerò quia hæc quæstio uarijs in concilijs decisa est, de ea opinari, iam nefas est. Semel enim rite collatum baptisma in nomine Trinitatis, uel Christi, non est iterandum, ut habetur De conse. dist. 4. cap. A quodam, ac in alijs. Dicit etiam Damascenus lib. 4. cap. 10. Quicumque in patre & filio & spiritus sancto baptizati sunt, & unam naturam diuinitatis in tribus hypostasibus edocti, & rursus rebaptizantur, illi iterum crucifigunt Christum, ut inquit diuinus Apostolus. Impossibile nanque est eos qui semel illuminati sunt, renouari in poenitentiam, iteratò crucifigentes sibiipsis Christum & ludibrio subiicientes. Quicumque uerò in sancta Trinitate baptizati non fuerint, illos rebaptizari oportet. Dicitur præterea in concilio Carthagi. 1. cap. 1. Baptismus in Trinitate susceptus non iteretur. Quamobrem Ariani in nomine Trinitatis baptizari per impositionem manuum, & non per iteratum baptismum recipi iubentur in concilio Arelatensi cap. 8. Et in epi. Ciricii Papæ ad episcopos Africanos dicitur. Venientes à Nouatianis & Montensibus, per manus impositionem recipiantur. E diuersò autem in concilio Nicæno cap. 19. Paulinianistæ, seu Cathaphrygi ad ecclesiam catholicam redeuntibus iubentur rebaptizari. Non enim in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizabant, qui credebant Christum non semper fuisse, sed à beata Maria exordium sumpsisse, ut testatur Isidorus lib. 8. Ethim. cap. 5. Porro in detestationem rebaptizantium dicitur in concilio Ilardensi, cap. 14. Cum rebaptizatis fideles, religiosi nec in cibo participant.

DE IUSTIFIC. HOMINIS
DE IUSTIFICATIONE HOMINIS.
TITVLVS 3.

ARTICVLVS PRIMVS.

R H E T. **D**Ocent Germani tertio confessionis suæ articulo, quòd homines non possunt iustificari coràm Deo proprijs uiribus, meritis, aut operibus: sed gratis iustificatur propter Christum per fidem, dum credunt se in gratiam recipi, & peccatum remitti per Christum. Hanc fidem imputat Deus pro Iustitia coràm ipso, ad Romano. 5. 3. & 4.

T H E O. Quoniam iustificationis uelamine alij tegunt, alij suos seminant errores, operæpretium est inuestigare quidnā sit hominis iustificatio. Verum huic quædam prælibandæ sunt distinctiones. A R T. 2.

R H E T. Inuiti audimus partitionum theologorū congeriem.

T H E O. Diuisiones oditis, ut securius lateatis, uelocius decipiat incautos, ut & conuicti persuadeatis uos uel elabi, aut uincere. Valent enim partitiones, ut earū luce implexa dissoluantur, dubia tollantur, occlusa referentur, & ut ambiguis scripturæ literis, singulis suæ sententiæ ex alijs locis elicitæ, reddantur. Pleraque in scripturis sibi pugnare uidentur, quæ, data distinctione, sibi consentiunt, quemadmodum sunt hæc subiecta & similia. Responde stulto iuxta stultitiā suam, & Ne respondeas stulto iuxta stultitiā suam. Rursus illa Saluatoris uerba, Ego non iudico quenquam, & Ego in iudicium ueni in hunc mundum. Et ista. Ego & p

Proue. 26

ibidem

Ioan. 8

Ioan. 9

Ioan. 10

Ioan. 14

ter unus sumus, & Pater maior me est. Item Christus ab 1. Corin. 3
Aposto. ecclesie dicitur fundamentum. Et Ioan. in Apoc. Apoca. 21
duodecim nominat fundamenta, &c. ARTI. 3.

Sacræ literæ has non habent distinctiones. RHET.

Distinctiones habet scriptura sacra. Nam distinctionem THEO.
eunuchorum adduxit dominus, & uarios ostendit diuites
dum ait: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager tu= Matth. 19
lit. & ista: Sic est qui thesaurizat sibi, & non est in Deum Luc. 12
diues. Prudentiam quoque inuenies, aliam mundi, aliam car=
nis, & aliam secundum Deum. Obortis quoque hæresibus
cautius loquendum est. Quia enim hæretici scripturas sa=
cras adulterantes, in peruersum sensum ea detorquent, quæ
suis erroribus uidentur fauere. Vt palam scripturæ intelle=
ctus explicetur, distinctiones adducere necesse est, quæ ta=
men ex scripturæ radice eliciuntur. Docet nanque ipsius li=
teræ cõtextus, uel alius diuinæ scripturæ locus, sub quo sen=
su accipienda est litera. Non enim ubique sub eodem sensu
intelligenda, aut interpretanda est oratio, siue dictio. Sicuti
gratia exempli. Peccatum aliquando pro fomite accipien=
dum est, quemadmodum loquitur Paulus ad Rom. dicens. Roma. 7
Nunc autem non operor ego illud, sed quod habitat in me
peccatum. Aliquando pro actuali peccato sumitur, secun=
dum illud Iacobi. Peccatum cum consummatum fuerit, Iacob. 1
generat mortem. Aliquando uerò peccatum pro hostia
pro peccato oblata inuenitur. Dicit nanque Osee. Sa= Osee. 4
cerdotes peccata populi mei comedēt, hoc est, hostiam pro
peccato. Pari schemate Christus peccatum ab Apostolo ap 2. Corin. 5
pellatur. Eum (inquit) qui non nouerat peccatum (Glos. in=
terli. per experientiam, De quo & Esaias. Qui peccatum Esa. 53
non fecit, &c.) pro nobis peccatum fecit, scilicet Deus pæ

DE IUSTIFIC. HOMINIS

ter filium suum, quia hostia pro peccatis nostris factus est,
 1. Petr. 2. attestate hoc Petro Apostolo, & dicente. Peccata nostra
 ipse pertulit super lignum. Pari modo mors aliquando acci-
 pitur pro priuatione uitæ. Gene. 2. Deute. 21. & c. Aliquan-
 do pro priuatione gratiæ, ut ubi. Peccatum cum consumma-
 tum fuerit, generat mortem. Et apud Hieremiam. Ascendit
 mors per fenestras. Aliquando uerò mors pro æterna da-
 mnatione sumitur, dicente Christo. Siquis sermonem meum
 seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Et in Apoc.
 dicitur. Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Sic mun-
 dus, regnum coelorum, ecclesia, & multa alia similia diuer-
 sis in locis uariè interpretanda sunt. Hoc modo iustificatio-
 nem hominis causari dicimus effectiue, principaliter quidè
 à Deo, meritoriè à Christi humanitate, instrumentali-
 ter per sacramenta formaliter à gratia, & uirtutibus, dispositiue
 uerò à libero arbitrio. Hæc omnia iustificanc hominem, sin-
 gula autem in suo genere. Itaq; si quis unius generis iustifi-
 cationem ad aliam transferre uoluerit, aut faller, aut falle-
 tur. Pro cõciliandis itaq; scripturis, quæ sibi cõtrariæ uide-
 tur, nõnunquam distinctionibus utendum est. AR. 4.

R H E T. Hæc quidem astruis, sed præter rationem & au-
 thoritatem.

T H E O. Non mireris nostram assertionem. Similia enim etiam
 in naturalibus inuenies. Quis enim negat parietem effecti-
 ue per pictorem dealbari, instrumentaliter per penicillum,
 & formaliter per colorem? Nec asserta nostra à sacris elo-
 quijs dissonāt. Quòd Deus effectiue iustificet, docet Paulus
 ad Roma. 8. dicens. Quos uocauit (scilicet Deus) hos & iu-
 stificauit. Formaliter autem iustificari hominem per gratiā
 ostendit Apost. sic inquiens. Iustificati gratis per gratiā ip-
 se

sus. Et de fide ibidem ait. Arbitror hominē iustificari per fidem. De charitate uerò loquitur Ioan. dicens. Qui nō diligit, manet in morte. Si mortuus est qui non diligit, profecto nec iustus est, cum animæ iustificatio, uita eius sit. Timor autem iustificare dicitur tanquam remouens, prohibens, secundum illud Sapientis. Qui sine timore est, nō poterit iustificari. Et iterum. Timor domini expellit peccatū. Ibidem Christi uerò humanitas nos iustificat meritorie, quia p̄ suā benedictissimā passionē nobis meruit iustificationē, dum factus est propitiatio pro peccatis, secundum illud Apo. Vos cum essetis mortui in delictis, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens, quod aduersum nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Sacramenta insuper iustificare, tanquam instrumenta diuinæ misericordie, in quibus operatur uirtus passionis Christi, neminem existimo orthodoxum ambigere. Quis enim dubitat sacro Christi baptismo regeneratum, aut sacramento poenitentiae sanatum, iustificatum esse? ARTI. 5.

Satisne est has premisisse partitiones pro cognoscenda hominis iustificatione? RHE T.

Expedit etiam non ignorare, duplicem in sacro eloquio explicari iustificationem quemadmodum bifariam inuenimus salutem. Est enim quedam hominis iustificatio, qua ex peccatore fit iustus de qua frequenter loquitur Paulus docens, quod neq; lex uetus, neq; quæcunq; nostra opera poterāt nos iustificare sine Christi benedictissima passione. De qua et bene ait uester Martinus Lutherus. Iustificari nos apud Deum, est nos à reatu peccatorū à Deo absolui, et recipi in gratiam. Secundum illud Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Alia ue-

DE IUSTIFIC. HOMINIS

Apoca. 22 rō est iustificatio, qua ex bono fit melior, & iustus iustior, de qua dicit Ioan. Qui iustus est, iustificetur adhuc.

Duplicem etiam hominis esse salutem, docet sacrum eloquium, una est qua à peccato liberamur, coincidens cū prima iustificatione. Altera est, qua à miseria liberi sumus, illam inchoatam uoces, hanc consummatam. Per illam libera-

Matth. 1 ramur à peccatorum culpa, & pœna æterna, sed sic, ut ad-

Roma. 8 huc resideant abolitæ culpæ reliquiæ. Per hanc etiam à reliquijs peccatorū liberi reddimur. De priori illa dictū est.

1. Tim. ult. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. De po-

steriore uerò. Spe salui facti sumus, & adhuc expectamus redemptionē corporis nostri. De utraq;. Liberauit me dominus ab omni opere malo. Hoc de priore. Et saluū faciet in regnum suum cœleste. Hoc de posteriore. A R. 6.

R H E T. Multas adducis partitiones.

T H E O. Adhuc unam audire prælibatam non pigeat. Mente tene triplicia esse de genere bonorum opera. Sunt enim quædam fidem, seu iustificationem præcedentia, quemadmodū

Actu. 10 fortē fuerunt Cornelij opera, eleemosynæ, & orationes.

Alia sunt iustificationem cōcomitantia, ut actus fidei, spei, et charitatis, quemadmodum in subiiciendis elucidabimus.

Alia uerò sunt subsequētia, ut labores, peregrinationes, aut prædicationes Pauli. A R T I C V. 7.

R H E T. Quorsum hæc, & si cum nostro tēdio præmissis, audiamus?

T H E O. Iā luce clarius patebit quā sana fide, quā recto intellectu, sine fūco, sine inuolutione, sine terguersatione, sine detortione, aut adulteratione theologi sacram scripturam interpretentur, elucidentq; sine ueri sensus alienatione, aut corruptione. Nobis quoq; faciliē assensum præbebis, si proposi-

tionibus subiiciendis aurem præbere non recusaueris.

Prima propositio.

Prior iustificatio, qua quis ex impio fit iustus, in infantibus sacro baptismo purgatis fit uirtute sacramenti, sine quocumq; eorum præiudicio merito, ipsis etiam quantum ualent renitentibus. Hanc propositionem ambiguum esse puto nemini christiano, cum omnibus constet, Christi passionem in baptismo effectum purgationis operari in fide ecclesiæ.

Secunda propositio.

Iustificationem ex impio etiam nullus adultus sibi mereatur, sed gratis eam efficit Deus. Hæc propositio uel ex illo patet, quod ante iustificationem nullus habet gratiam, quæ omne præuenit meritum. Dicit enim Aug. ad Sixtum presbyterum contra Arrianos episto. 105. Quærimus meritum misericordie, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse in qua esset meritum gratiæ, quid meriti habuit homo ante fidem, ut acciperet fidem? Quid enim habet quod non accepit? Quamobrem et Paulus ubiq; iustificationem hanc gratis datam, insinuat.

Tertia propositio.

Adultus et si non mereatur suam iustificationem, non tamen fit iustus sine suo libero arbitrio cooperante diuinæ gratiæ mouenti. Eapropter dicitur in lib. Regum. Præpara 1. reg. 7 te corda uestra domino. Et apud Zachariam. Conuertimini ad me, et ego conuertar ad uos. E contra de Roboam dicitur. Non præparauit cor suum, ut quæreret dominum. Hæc 2. Para. 12 præparationem dicimus necessario in iustificationem impij concurrere, secundum illud Salomo. Cor hominis disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hanc præ-

DE IUSTIFIC. HOMINIS

parationem luculenter declarat Chrysosto. tom. 6. in homi.
 de ferendis reprehensionibus, et conuersatione Sauli exem-
 plo Sauli cecitate percussi, et magi, de quibus in actib. apo-
 sto. ostendens quod non sola uocatio Saulum adduxerit, sed
 et uoluntas eius. Dicit enim. Deus nolentes non cogit,
 sed uolentes trahit. Et propterea dicit. Nemo ad me ueniet,
 nisi pater meus traxerit eum. Nam si ipse uult, nos autem
 non uolumus, ad nostram salutem nihil proficiunt ea, quae
 alioquin efficacia sunt. Non quia infirma sit eius uoluntas,
 sed quia cogere neminem uult. ipse quidem uult oēs saluos
 fieri, at nō omniū uoluntas eius uoluntati obsequitur. Neq;
 ab eo aliquis cogitur. Vnde et ad Hierusalem sic dicit. Hie-
 rusalem, Hierusalem quoties uolui congregare filios tuos,
 et noluisti? Rursus idem Chrysost. super Ioan. homi. 9. dedu-
 cens illud. Dedit eis potestatem filios filios dei fieri, ait. Per
 eam particulam (gratiam) non temere, nec sine labore no-
 stro in nos infundi, significatur, sed cum ipsi uolumus, tum
 eam inquirimus. In nostra enim potestate est, filios Dei fie-
 ri. Quippe nisi primum ad eam accipiendam promptum
 animum exhibeamus, neq; diuinum ad nos munus accedit,
 neq; quicquam in nobis operatur. Idem habet Aug. de spi-
 ri. et lite. ca. 9. super illud Pauli. Iustificati gratis, per gra-
 tiam ipsius, scilicet Dei. Non ait, iustificati per legem, non,
 iustificati per propriam uoluntatem, sed, iustificati gratis
 per gratiam ipsius. Nō quod sine uoluntate nostra fiat, sed
 uoluntas ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uo-
 luntatem, et sanata uoluntas impleat legem. Neq; haec dis-
 sonant ab euangelio, dicente domino discipulis. Expedit uo-
 bis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ue-
 niet ad uos. Vbi Beda in homi. non quia non poterat ipse

Ioan. 6

1. Timo. 2

Luc. 13

Ioan. 16

in terra positus dare spiritum sanctum discipulis, hæc loquitur, cum aperte legatur, quia post resurrectionem appa-
rens, eis insufflauit, et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Ioan. 20

Sed quia eo in terra posito, & corporaliter conuersante cū eis, non ualebant illi erigere mentē ad sitienda munera gratiæ coelestis. Si itaq; discipulis ad recipiendam spiritus plenitudinem, necessaria fuit hæc dispositio & præparatio, quā putatis necessario requisitam in iustificatione, ut ex impio fiat iustus? At hæc fusius tractabuntur titulo sequenti, articu. 6.

Quarta propositio.

Opera bona ante iustificationē hanc hoīs patrata, non sunt meritoria iustificationis, gratiæ, aut gloriæ. Rō. Quia principium & ratio meriti est gratia, qua iste caret. Præparant tamen mentem, ut aliquando conuertatur homo, quem admodum diximus arti. 6. huius tituli de eleemosynis, & orationibus Cornelij Centurionis. Deus enim uidens promptum animum in illis bonis, gratuito, aliquando mouet mentem ut conuertat se ad Deum. Quod uerò Deus non sinat ea opera sine remuneratione, liberalitatis suæ est.

Quinta propositio.

Opera iustificationem concomitantia disponunt, et præparant animam ad suscipiendam gratiam iustificantem. Et requiritur necessario in primis actus fidei, quem non inficiaris, sed ipsum solum adesse dicis sufficere. Sine fide enim
impossibile est placere Deo. Quod etiam motus liberi arbitrij in detestationem peccati requiratur, docet ipse Dauid
pœnitens, inquit ad prophetam increpātem. Peccaui. Et
Petrus ait. Cōuertimini, ut deleantur peccata uestra. Et rur-
sus. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum
in nomine domini Iesu Christi, in remissionem peccatorum.

DE IUSTIFIC. HOMINIS

- Marc. 1** Et in Marco dicitur. Erat Ioan. in deserto baptizās et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Cain uerò & Iudæ non tam fides, quàm spes defuit, dum
- Gene. 4** primus ait: Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniā merear,
- Matth. 27** & alter desperans laqueo se suspendit. Charitatem etiam
- 1. Ioan. 5** necessario concurrere docet Ioan. dicens. Qui non diligit, manet in morte, quapropter nec iustificatus est. Hinc & de
- Luc. 7** Magdalena dictum est. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
- Luc. 18** Hæc luce clariora constabunt, si publicani conuersionē attenderimus. Hic peccata priora detestando, erubescēs non lebat oculos in cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum. Fide autem & spe suffultus, ait: Deus propitius esto mihi peccatori. Ex quibus per Dei misericordiam, culpæ remissionem, gratiæq; obtinuit largitionem, attestante domino, qui ait. Descendit hic iustificatus in domum suam. Idem est inuenire in latronis pœnitentia. Fidem suam declarauit, quando in tormentis dominū confessus est. Peccata sua priora detestatus est, dicens. Et nos quidem iustē. Nam digna factis recipimus. Spe confisus, ait. Memento mei domine, dū ueneris in regnum tuum. Huicq; gratia promittitur à domino dicente. Hodie tecum eris in paradiso. Hæc sibi uolunt theologi, dicentes in iustificatione impij quatuor concurrere, motum scilicet liberi arbitrij in peccatum, ipsum detestando, & in Deum per fidem, spem, & charitatem. Et mox sequitur culpæ remissio, gratiæq; infusio.
- Patet ex his, quòd Deus non imputat solam fidem pro iustitia, ut sufficiat solū credere, quòd Deus iustificat impium propter Christum per fidem, dicente Iacobo. Videtis quomodo ex operibus iustificatur homo, & non ex fide.
- Iaco. 2.**

tantum. Dicit etiam Chrys. Hom. 68. super Matth. de quadam Phœnicea meretrice. Voluntate nanque mutata, & Dei gratia hoc modo impetrata, omnia priora spreuit, atque calcavit. Ita Diaboli officina proiecta, facile ad cœlum ascendit.

Sexta propositio.

Opera primam iustificationem sequētia (secundum quæ dicuntur iustificari secundo modo, hoc est, ex bonis fieri meliores) merentur apud Deum & nouum gradum gratiæ, et coronam gloriæ. Prima pars nostræ propositionis, quæ dicit quod secundum illa nostra opera iustificamur, patet ex Iacobi sententia dicentis. Abraham pater noster, nōne ex Iaco. 2. operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperatur operibus illius, & ex operibus consummata est. Sic Paulus diuersis in locis docet bonis operibus perfici sanctificationē spiritus nostrī, ac renouationem interioris hominis. Et Ioan. Aposto. Apoc. 22. ait. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Et ad Noe dominus. Gene. 7. te, inquit, uidi iustum coram me in generatione hac. Vtique propter opera quæ præ cæteris habuit ipse iustus. Secunda pars probatur ex parabola Saluatoris, qui addidit talenta dupla bene dispensanti, dicens. Omni habenti dabitur &c. Matth. 25. Et ex Paulo inquit. Vnusquisque propriam mercedem 1. Cor. 3. accipiet secundum suum laborem. Et rursus. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Gala. 6.

Hinc autem uenit hæreticorum quorundam error, quod præfata non distinguūt, sed permiscēt atque confundunt. Scripturas quoque de priori iustificatione, aut salute inchoata loquētes, ad posteriorem, aut consummatam transferunt. Rursus scripturas loquentes de operibus, fidem, aut iusti-

ficationem præcedentibus, applicant ex æquo operibus sequentibus, factis cum gratia Dei ab hominibus iam iustificatis. Neque iustificationem effectivam principalem, ab instrumentali aut formali secernunt. Itaque in Labyrinthum incidunt, à quo nequeunt eripi, & in illam labuntur absurditatem, de qua Aug. in lib. de fid. & operi. cap. 4. loquitur dicens. Errant homines non servantes modum, & cum in unam partem procliuiter ire cœperint, non respiciunt divinæ authoritatis illa testimonia quibus possint ab illa intentione revocari, & in ea, quæ ex utriusque temperata est, veritate, ac moderatione consistere. A R. 8.

R H E T. Si in iustificatione impij necessario concurrant actus fidei, spei, & charitatis: quomodo gratis fieri dicitur à Paulo?

T H E O. Dicitur peccator gratis iustificari, quia sine merito suo prævio. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit Deus. Et si per liberum arbitrium cooperetur suæ iustificationi, illa tamen cooperationem prævenit gratuita Dei motio, dicente Apost. Non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, cogitare aliquid (minus autem velle, aut operari) sed sufficientia nostra ex Deo est, qui operatur in nobis velle & perficere. qui & ait. Sine me nihil potestis facere. Hoc ipsum Apost. tanquam dominicæ sententiæ interpretator concludit, dicens. Dominus qui in nobis opus bonum cœpit, perficiet usque in diem Iesu Christi. Hoc uno initium finemque complectens iustificationis, ac bonorum operum, quod à Deo sint principaliter. Quamobrem ait Esaias. Omnia opera nostra operatus es nobis domine. Nostrum uero est motioni divinæ cooperari, ut ait Apost. dicens. Dei adiuto

Tit. 3. Tit. 3. sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit Deus. Et si per liberum arbitrium cooperetur suæ iustificationi, illa tamen cooperationem prævenit gratuita Dei motio, dicente

1. Cor. 3. 1. Cor. 3. te Apost. Non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, cogitare aliquid (minus autem velle, aut operari) sed sufficientia nostra ex Deo est, qui operatur in nobis velle &

Ioan. 15. Ioan. 15. perficere. qui & ait. Sine me nihil potestis facere. Hoc ipsum Apost. tanquam dominicæ sententiæ interpretator con-

Philip. 1. Philip. 1. cludit, dicens. Dominus qui in nobis opus bonum cœpit, perficiet usque in diem Iesu Christi. Hoc uno initium finemque complectens iustificationis, ac bonorum operum, quod à Deo sint principaliter. Quamobrem ait Esaias. Omnia opera nostra operatus es nobis domine. Nostrum uero est

Esa. 26. Esa. 26. motioni divinæ cooperari, ut ait Apost. dicens. Dei adiuto

1. Cor. 3. 1. Cor. 3.

res sumus &c. Nec obsistit nostræ sententiæ illud Sapien-
tis. Hominis est animam præparare. Et post pauca. Cor ho **Pro. 16.**
minis disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus
eius. Non enim ualet homo cor suum præparare sine Dei
adiutorio, ut deducit Augu. lib. 2. cap. 8. contra duas epist.
Pelag. Rursus idem de pecca. meri. cap. 8. sic habet. Ad pec-
candum non adiuuamur, iusta autem agere uel iustitiæ præ-
ceptū omni ex parte adimplere non possumus, nisi adiuue-
mur à Deo. Et paulò post. Si ab illo auertimur, nostrū est,
& tunc secundum carnem sapimus, tunc concupiscentiam
carnis ad illicita sentimus. Conuersos uerò adiuuat Deus, **Zach. 1.**
auersos deserit. Sed etiam ut conuertamur ipse adiuuat. Cū **Psalmus**
ergo nobis iubet dicens. Conuertimini ad me, & ego con- **Thren. 5.**
uertar ad uos. Nōsque illi dicimus. Conuerte nos Deus sa- **Psalmus**
nitatum nostrarum. Conuerte nos Domine ad te, & conuer **Psalmus**
temur, quid aliud dicimus, quā, Da quod iubes. Cū iu-
bet dicendo. Intelligite qui insipientes estis in populo. Et nos **Eccl. 18.**
illi dicimus. Da mihi intellectum, ut discam mandata tua. **Sap. 8.**
Rursus cum iubet dicendo. Post concupiscentias tuas non
eas. Nos quippe dicimus. Scimus quia nemo potest esse con-
tinens, nisi Deus det. quid autem aliud dicimus, quā. Da
quod iubes? Hinc cap. 9. idem Augu. sic concludit. Ipsum
quoque liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc est, ad Dei
dona pertinere non ambigimus, nec tantum ut sit, uerum-
etiam ut bonum sit, id est, ad facienda mandata domini con-
uertatur. Atque ita Dei gratia non solum ostendit, quid fa-
ciendum sit, sed adiuuat etiam ut possit fieri quod ostende-
rit. Quid enim habemus, quod non accipimus? Vnde & **1. Cor. 4.**
Hierem. dicit. Scio domine quia non est in homine uia eius, **Hier. 10.**
nec uiri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Quia itaque

DE IUSTIF. HOMINIS

finis & principium, imò et ipsum nostrum opus à Deo est: nos uerò Dei sumus cooperatores, dicimus hominem gratis iustificari. ART. 9.

R H E T. Clamat ubique Paulus opera legis, ac nostra ad iustificandum inualida: & auribus nostris ingerit, quòd gratis iustificati & saluati sumus. Itaque præter equitatem est, alteri, quàm per C H R I S T V M nostram adscribere iustificationem, aut salutem.

T H E O. Nostram iustificationem, aut salutem à solo Deo per Christum nobis factam, etiam nos differuimus. Non tamen secludendæ ueniunt, imò necessariae sunt & nostræ cooperationes, ut probauimus. Soliq; Deo tribuitur nostra iustificatio, aut salus, tanquàm causæ agentis principali, sacramentis, tanquàm instrumentis diuinæ misericordiæ, nostris uerò operibus, tanquàm subiectum disponentibus. Verum neque lex, neque opera nostra iustificant sine Christo. Et hoc ubique clamat Paulus.

Nec latere te uelim redemptionem, propitiationem, iustificationem, aut salutem uocari apud Paulum eam, quam Christus perfecit, offerens in ara crucis pretiosum suum sanguinem Deo patri, in nostram reconciliationem. Cuius fauorem nequaquam promeriti eramus, secundū illud Apo. **Roma. 5** Cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Et illud. Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos. Hoc est in hora benedictæ passionis suæ filius Dei pretium sufficiens redemptioni generis humani obtulit, imò supereffluens, quo & homo Deo patri reconciliari, peccata deleri, & iustificari posset, quando peccata deferens ipse ad Deum se conuerteret. Hanc recon **Ephe. 2.**

ciliationem, siue salutem, sicut & nostram uocationem, fecit gratis præter nostra merita, quam & ipsa lex facere nequiuit, ut docet Apost. ad Roma. inferens. Sine poenitentia Rom. 11. (Glos. iterlin. siue mutatione) sunt dona (Glos. remissio peccatorum in baptismo, seu promissiones) & uocatio (Glos. ad fidem) quam nullius meritum præuenit.

Hic scopus est epistolarum Pauli, de legis imbecillitate, operum nostrorum infirmitate, atque gratuita nostra per Christum reconciliatione, & iustificatione disputantis. Quo etiam Iudeorum, ac Gentilium contentionem dirupit. Se nanque Iudæi præferri conati sunt, quia populus electus, pane coelesti in deserto alitus, in signis & portentis de Aegypto liberatus lege, & ceremonijs Dei decoratus. E regione Romani eorum duritiam, & ingratitude inproperabant, de sua prompta credulitate gloriantes. His taliter altercantibus (ut ait Hiero. in prologo epist. ad Rom.) se medium obijciens apostolus, ita partium dirimit questiones, ut neutrum eorum sua iustitia salutem meruisse confirmet: Ambos uero populos & scienter, & grauius deliquisse, utrosque ex misericordia ueniam consecutos, et gratis, non per opera legis, aut propria redemptos, reconciliatos, aut iustificatos demonstrans. Hoc quoque uult Paulus Roman. 3. & 4.

ART. 10.

Si in simul, in impij iustificatione conueniant R H E T. fides, spes, charitas: cur præ cæteris eam attribuit fidei Paulus?

Hanc potissimum arbitror rationem. Quia fides & conuersionis, & iustificationis est principium. Docet enim fides quæ sunt credenda, quæ speranda, quæ amanda, quæ suggerenda, quæ amplectenda, quæue timenda. Quamobrem

DE IUSTIF. HOMINIS

Heb. 11. ait Apost. Sine fide impossibile est placere Deo. Et ibidē.
Rom. 14. Oportet accedentem credere. Rursus idem. Omne quod
 non est ex fide, peccatum est. Qui enim Deum non nouit,
 eius maiestatem non uerebitur, eius iustitiam non formida-
 bit, eius iudicium non pertimescet, eius misericordiam, &
 gratiam non sperabit, eius bonitati non fidet. Qui non esti-
 mat Deum peccatis offendi, non pauebit peccare. Qui
 infernum non credit, peccatoribus debita tormenta nō per-
 timescet. Qui beatitudinem non credit futuram, ad eam nō
 suspirabit. Vides itaque, quomodo totius probæ uitæ exor-
 dium, & radix, sit fides. Charitas uerò eius est consumma-
 tio, secundum illud Apost. Finis præcepti est charitas, quæ
1. Tim. 1. cæteris uirtutibus celsior ab apostolo prædicatur. Vnde &
1. Cor. 13. Augu. De prædestinatione sanctorum cap. 7. Ex fide ideo
 dicit iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima
 datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nū-
 cupantur, in quibus iustè uiuitur. Et Amb. lib. 1. ca. 8. & 9.
 De uoca. gent. Fides, inquit, qua impius iustificatur, absque
 ullis meritis præcedentibus datur, ut ipsa sit principium me-
 ritorum, & dum data est, non petita, ipsius fidei iam peti-
 tionibus bona cætera consequantur. Habet & hoc Ignatius
 epist. 10. ad Eph. sic inquit. Principium uitæ est fides. Fi-
 nis uerò eius est dilectio. Amb. & uerò simul iunctæ, in unita-
 te factæ hominem Dei perficiunt.

De fide, & operibus. Titulus IIII.

ARTIC. I.

RHET. **D**icunt theologi fidem tantum esse notitiam
 historiæ, ideoque docent quòd stat cū pec-
 cato

cato mortali. De fide autem quæ iustificat, quæ
 nō admittit peccatum mortale, nihil loquuntur.
 Ideo nos dicimus esse fidem, assentire promissio-
 ni Dei, in qua gratis propter Christum offertur
 remissio peccatorum, & iustificatio. Et nequis su-
 spicetur tantum notitiam esse, addimus amplius.
 Est uelle, & accipere oblatam promissionem re-
 missionis peccatorum, & iustificationis.

Si per historiam ea quæ in Biblia, uel aliàs à Deo sunt THEO.
 reuelata intelligas, non eo inficias eam notitiam fidei conue-
 nire, ut sit sensus: Fides est assensus eorum quæ à Deo in Bi-
 blia, uel alibi reuelata sunt. Sic nanque nostra, plura quàm
 tua complectitur definitio. Nam quæ de Trinitatis myste-
 rio, quæ de diuina maiestate, seu iustitia nouimus, fide qui-
 dem tenemus, promissiones uerò sunt minimè. Fide quidem
 adhaeremus dei promissis, sed & alijs reuelatis. Definimus
 itaque fidem cum Paulo, quòd est substantia rerum speran- Heb. 11.
 darum, argumentum non apparentium. Per substantiam
 principium, seu inchoationem: per argumentum, effectum
 argumenti, hoc est, notitiā intelligentes. Nam fides speran-
 da proponit. Per fidem rerum non apparentium, seu non
 uisarum habemus notitiam. Attendere te uelim, quomodo
 Paulus plura quàm speranda tribuerit fidei, scilicet non ui-
 sa. Ex uerbis Pauli eliciunt Theologi hanc fidei definitio-
 nem. Fides est firmus assensus credendorum, propter Dei
 reuelationem. Per hanc definitionem à fide secluditur opi-
 nio, quæ nō est firma adhesio, sed cum formidine. Excludi-
 tur & scientia, quæ est euidentium, seu uisorum. Repellitur
 & credulitas hæreticorū, qui non ratione diuinæ reuelatio-
 nis, sed propria uoluntate credunt quibus uolunt, quæ uerò

DE FIDE ET OPERIBVS

Art. 2.
credere nolunt reiicientes, negant ea reuelata.

R H E T. Dicitis fidem stare cum peccato mortali: De fide iustificante, quæ omne exitiale crimen non admittit, nihil tractatis.

T H E O. Fidem de sui natura non excludere omne crimen exitiale, conforme est sententiæ saluatoris, Diui Pauli, pariter & rationi. Ait enim ueritas ipsa: Multi dicent in illa die (scilicet iudicij,) Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? (quæ quidem sine fide patrari nequeunt) & tunc cõfitebor illis, quia nunquam noui uos: Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Super quo & Theophilactus: Docet, inquit, si fidem absq; operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturā. Habet & hoc

1. Cor. 13. Paulus, dum ait: Si habuero omnem fidem, ita ut montes trāsseram (quæ utiq; fortissima est) charitatem aut non habuero, nihil sum. Ratio idem persuadet. Quis. n. dicet christianum quempiam ex fragilitate, uel ignorantia lapsum, à fide excidisse, aut baptisma perdidisse? Cui nam fidei articulo ex suo lapsu discredit? Vtiq; nulli. Resipiscens quoq; non ut neophytus ad baptisma, sed ut pœnitens ab ecclesia ad pœnitentiam recipitur.

Quòd subdis theologos fidem iustificantem silentio præterire, more tuo ex mendacio calumniam struis. Quicunque enim theologos uel in superficie intuitus est, reperit eos propter uariam fidelium dispositionem, fidem in formatam & informem diuississe. Vt informis dicatur fides quæ est in criminoso: Formata uerò quæ est per charitatem perfecta in iusto, quæ & iustificans dicitur.

Art. 3.
R H E T. Fidem informem, indignam fidei nomine cen-

semus. Non enim homo mortuus rectè dicitur homo. Quamobrem & Iacobus ait: Fides sine Iacob. 2. operibus mortua est. Confirmatur & per illud Apostoli. Qui suorū, maximè domesticorum, 1. Tim. 5. curam non habet, est infideli deterior, & fidem negauit. Et per illud Ioannis. Omnis qui peccat, non uidit Deum, nec cognouit eum. Qui autem Deum non nouit, non est fidelis: Ergo peccans fidelis appellari non debet.

Fidem informem in peccatore, fidem appellari probauimus, tum Christi, tum Pauli testimonio, artic. præcedenti. Nec enim ait Paulus: Fides sine charitate, non est fides, sed inutilem dixit ad salutem, quamobrè subiungit. Nihil sum: uel: nihil mihi prodest. Quod probat & Anselmus super 1. Cor. 13. eo Aposto. uerbo. Maior horum charitas. Sine charitate, inquit, potest esse fides & spes: Charitati autem non potest deesse fides et spes. Cōmendauit etiam Paulus fidem Raab meretricis, & Saluator fidem Chananeæ, quæ, utpote pagana expertes fuere charitatis. Heb. 6. Matth. 15.

Ex his liquet fidem aliquando in peccatore sine charitate consistere, nec fidei perdere nomen. Confirmat hoc ipsum Bernar. in ser. uigiliæ natiui Domini, dicens: Quis nesciat uel nomine tenus fidelis, quia ueniet dominus? Ecce peccatorum, nomine tenus fidelem appellat Bernardus.

Probationi uerò tuæ respondentes, Dicimus mortuam quidem talē fidē, quia ad æternā uitam perducere nequit, eo modo quo uidua in delilijs uiuens, mortua ab Apost. asseritur. Non autem in peccatum dilapsus, fidelis appellari 1. Tim. 5. negatur, cū sit de numero fidelium: sed fructum perdit fidei, quo saluandus erat, quia merito fidelium non respondet.

DE FIDE ET OPERIBVS

Tua etiam cōparatio minus recta uidetur. Oportuit. n. fidem informem corpori mortuo, non homini mortuo cōparare. Nam quēadmodum corpus mortuū, corporis quidē ueritatem, non aut uigorem habet corporis uiui: Ita fides informis, uirtutem perdit fidei uiuæ, seu formatæ (quæ est saluare & iustificare) nō aut fidei nomen amisit, aut rationem. Ad superadductam per te Apo. authoritatem, respondet Chry. hunc locum pertractans. Fidem (inquit) negauit factis. Non. n. in sola confessione, sed multò magis in effectu operis fides ostenditur. Possent singuli credere per oīa, & fidem abnegare. Hæc Chry. ho. 14. super. 1. epi. ad Timo. Similiter & Anselm. interpretatur operibus fidem eum negasse, non conditionis statum mutasse, quia uidelicet is proximū non diligit, & infideliter contra eum agit. Vnde & Chry. ubi suprā. Quando infidelis facit, quod tu facere negligis, nōne fidem abnegasti? Par schemate iudex in acceptione personarum, aut peruerso iudicio se commaculans, opere, quidem iudicem se negat (quem æquum & iustum esse oportuerat.) officium tamen suum, aut nomen eo facto non amittit: ut in Caipha, aut Pilato est conspiciere.

.1. Ioan. 4. Eo modo Ioan. dicit peccantem non nosse Deum: quia eam non habet fidem uiuam, quæ deberet inesse fideli, quāque optat adesse christiano, ut eam uidelicet operibus declaret.

Ti. 1. Vnde et Paulus de talibus ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Art. 4.

R H E T. Flagellatis nos, quia dicimus sola fide iustificari hominē, cū Paulus id affirmet, & si non sit usus

Roma. 3. hac uoce (sola.) Scribit nanque ad Ro. nos iusti-

Eph. 2. ficatos sine opibus legis, sed per fidē. Et ad Eph.

Roma. 11. ex gratia, & non ex operibus. Et rursus ad Ro.

sic habet: In hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ fient. Si aut gratia, iam non ex operibus. Alioqui gratia, iam nō est gratia. Et sic re ipsa dixit nos sola fide iustificari. quid enim melius fingitis his quæ lege præcipiuntur? sed his nullus iustificatur: & per consequens nullis nostris operibus. Nam gratiam, & opera ita componit Roma. 4. & 11. ut si dicas te iustificari ex operibus, negasti te iustificari ex gratia. Et iam fide iustificari, idem cū eo pollet quod dicimus, iustificari ex gratia. Fides enim promissionē gratiæ amplectitur. Si igitur omnis nostra iustificatio, gratiæ nititur, & hāc nullis operibus assequimur: non enim tunc esset ex gratia, sed ex operibus) sola fide qua credimus Deo promittenti, gratiam suam excipimus: profectō uerē dicitur nos sola fide, & nullis nostris operibus iustificari.

Si flagellis uos corripiant theologi, uestram expectant THEO. correctionem & salutem. Ne sitis itaque extra disciplinam ut adulteri, & non filij. Arguunt enim ut alieni sitis ab er- Heb. 12. roribus priscis Aetij, eiūsq; discipuli Eunomij, dicētium, nullum peccatum imputari in fide manentibus, & sola fide saluari homines, quantumlibet graui peccata commiserint: Quos damnauit synodus Constantinopolitana. 2. Contra istorum damnatos libros elaborauerunt Basil. magnus, & Gregorius Nazianze. Hunc errorem imitatus est Ioannes Hus, dicens. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam ecclesiæ malignantis. Hunc suscitare uidetur errorem Lutherus cum suis (licet in alijs locis in hoc sibi non cohereat, ut ostendemus hoc tit. art. 6.)

DE FIDE ET OPERIBVS

- dicens solam fidem iustificare, operaque non esse necessaria prater fidem. Sic enim habet: Vides quam diues sit homo Christianus, siue baptizatus, qui non potest perdere salutem suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. O uocem impiam, & totius nequitiae fomentum. Attende quot ueneni riuuli ex hoc uitiato fonte scaturiant. Si sola fides iustificat: igitur per alicuius sacramenti susceptionem homo nunquam iustificatur. Et perit omnis uirtus sacramentorum. Pœnitentia, ieiunium, oratio, eleemosyna, & reliqua huiusmodi, nullius sunt momenti. Nullū letale crimen quantumlibet graue, obest: non homicidium, non adulterium, non auaritia, modò credat: Quia sola fides sufficit ad salutem. Malè itaque ait dominus ad Cain: Si bene egeris, recipies: Si autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit. Bono uerò operi præmium hîc promittitur, & malo operi pœna. Non ergo sola fides iustificat, & saluat. Et sapiens ait: Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et iterum: Reddet Deus iustis mercedem laborum suorum. Regius uerò propheta sic habet. Domine quis habi. in tab. tuo. &c. respondet Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Et ueritas ipsa ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine domine (quod fidem astruit) intrabit in regnū cœlorum. Sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, hic intrabit in regnum cœlorum. Vbi Theoph. Docet nos si fidem absque operibus habuerimus, nihil nobis eam pro futuram. Et Paulus: Non auditores legis, sed factores legis iusti sunt apud Deum. Et rursus: Si habuero omnē fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Et Ioan. in Apoca. ait: Beati mortui, qui in domino moriuntur. &c. Opera enim illorum, sequuntur
- Gen. 4.
- Sap. 3.
- Sap. 10.
- Psalms.
- Matth. 7.
- Rom. 2.
1. Cor. 13.
- Apoc. 14.

tur illos. Et (teste Matth.) pro operibus misericordiae red-
diturus est Dominus in extremo iudicio, iustis uitam æter- Matt. 25.
nam, & impijs ea negligentibus, ignem æternum. Art. 5.

Nihil alienum à Paulo putamus sentire, dum R H E T.
dicimus hominē sola fide iustificari per Christū.

Miror uos Pauli textum in superficie solū aspexisse, THEO.
& non quæ sua disputatione concludere nisus est, perlu-
strasse. Rixantes nanque inter se Iudæos & Gentiles, &
se se alteros alteris præferentes, ad concordiam reuocare ni-
titur docens neutros uocatione, iustificatione, aut salute di-
gnos. Vtrosque autem peccatores, & præter eorum præ-
cedēs meritum gratuito Dei dono per Christum uocatos,
iustificatos, & saluatos, dū colla fidei summitterent, ipsamq;
legem, & quæuis humana opera inualida ad iustificādum,
aut saluandum hominem sine Christi sanguine: hæc Pauli-
ne disputationis summa: ut sup. tit. 3. art. 9.

At ne figmentum nostrum arbitretis: lustrare libeat di-
cta Pauli. Sic enim habet ad Rom. Causati sumus Iudæos, Rom. 3.
& Græcos (hoc est gentes) omnes sub peccato esse, Sicut
scriptum est: Quia non est iustus quisquam, non est intel-
ligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, si-
mul inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonū, non est usq; Psalmus
ad unū. Est post pauca. Omnes peccauerunt, & egent glo-
ria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redem-
ptionē quæ est in Christo Iesu. Quem proposuit Deus pro
piciatorem per fidem in sanguine ipsius. Eandem senten-
tiam replicat Ephesijs: Deus, inquit, qui diues est in mi- Ephē. 2.
sericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit
nos (Glos. non per meritum nostrum) cū essemus mortui
peccatis, (Glos. non modò postquam iusti) conuiuificauit

DE FIDE ET OPERIBVS

nos in Christo Iesu, cuius gratia estis saluati. Et post pauca: Gratia enim Dei estis saluati (Glossa praeunte gratuita Dei uoluntate) per fidem. Quia cooperatur fides Dei uoluntati, & gratiae. Et hoc non ex uobis, (Glos. non uirtutis uestrae.) Dei enim donum est. Non ex operibus, ut ne quis gloriatur (Glos. extollatur) de operibus.

Roma. 4. Docet etiam hoc Apostolus quod lex iustificare nequiuert sine Christi passione. Nam Abraham ante legem iustificatus est. Non itaque per legem iustificari quoque poterant credentes in Iesum Christum futurum mediatorem:

Rom. 3. etiam pagani. Ergo ut prius. Et hoc docet apostolus, cum subdit: Iustitia Dei (Glos. interli. haec qua iustificamur) per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes (Glossa. Iudaeos & Gentiles) qui credunt in eum. Et rursus: Per legem cognitio peccati. (Glossa interli. non praesumptio.)

Ibidem. Et per legem occasione accepta augmentatum est peccatum, non abolitum. Nihilque ad perfectum adduxit lex, ut idem habet ad Hebraeos. Glossa Neminem iustificatione perfecit. Et si aliqui perfecti inuenti sunt, non per legem,

Heb. 7. sed per fidem Iesu Christi iustificati sunt. Non enim opera legis, sed fides Iesu Christi ad Christum nos perducit, participesque facit sanguinis ipsius. Ideo omnem gloriationem a lege secludit Paulus, dicens: Vbi est gloriatio tua, qui de lege gloriaris? Exclusa est, inquit, per quam legem factorum? non: sed per legem fidei. Quasi diceret secundum Theophi. Anselm. & Glos. Ablata est gloriatio tua. Nam per legis sola opera iustificari potuit nemo: subdens uero se fidei Iesu Christi, ualet iustificari tam Gentilis quam Iudaeus sine operibus legis, in fide, & sanguine Iesu Christi.

Habes itaq; quòd neque lex, neq; hominū quæuis ope-
ra iustificare poterant sine Christo. Gratuito uerò Dei do-
no, sine proprijs præcedentibus meritis, per redemptionē
Iesu Christi iustificatur homo, id est, iustus fit. Art. 6.

Fidem adesse iustificationi, necessario Paulus R H E T.
ubique docet, quam uideris præterire.

Nō prætereo. Sed quemadmodum ipsa cooperatur no- THE O.
stræ iustificationi: ita spem et charitatem non secludēdas ar-
bitror. Hoc etiam & tuus Luther asserit, dicens impossi-
bile dilectionē Dei separari à fide. Et alibi confitetur fidē
sine contritione non esse gratiam, dicens non infundi sine
magna discussione animæ. Fateri itaque debes, nisi ipse à
tuis dissideas, actum charitatis, spei, ac uirtutis poenitentiae
cum actu fidei concurrere in iustificationem impij: ut habi-
tum est Tit. 3. ar. 7.

Quòd spes, & charitas secludi nequeant, uel in hoc ac-
cipe. Sit aliquis, gratia exempli, qui secundum te sola fide
iustificetur, non habens spem, aut charitatem. Iste iustifica-
tus sola fide, mox migret è uita, damnabitur ne, an saluabi-
tur? Si damnandum dicis: ergo iustificatum obnoxium cen-
ses gehennæ. Si saluandum profiteris: ergo saluabitur sine
charitate, quā uestem nuptialem omnes asserunt, sine qua
ad nuptias agni nullus admittitur: ut docet Saluatoris para-
bola. Fides itaq; quæ iustificat non sola est, nō sterilis, sed se Matth. 22.
rax est bonorum operū, modò adsit tempus & operandi
facultas, secundum illud Apo. In Christo Iesu, neque circū
cisio: neque præputium aliquid ualet, sed fides quæ per di- Gala. 5.
lectionem operatur. Si uerò aliquando temporis oportuni-
tas defuerit, nō desit animo opus, ut quoties dabitur oppor-
tunitas, opus iustitiæ prodeat, nihil præter tempus expe-

DE FIDE ET OPERIBVS

Etans. Tunc enim Deus uoluntatem acceptat pro opere, ut testatur Aug. & recitatur de poe. d. 1. cap. Quis aliquñ.

Et quemadmodum dicis per fidem iustificari hominē, equipollere ei, quod est, ex gratia iustificari: Sic charitatis, & spei concursus unā cum fide, non impedit gratis fieri iustificationem. Nam gratis illa fieri dicitur iustificatio, quæ fit sine hominis merito præcedenti, gratiaq; Dei uocante, præueniente, & operante. Confirmat hoc Aug. ut habet glo. ordi. super illo ad Eph. Et hoc non ex uobis, dicens: Ne forte dicas promerui, & ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse. Gratia præcessit meritum tuum. Non gratia ex meritis, sed meritum ex gratia. Nā si gratia, ex merito, emisisti: non gratis accepisti. Omnia merita præcedit gratia, ut dona dei cōsequantur merita mea. Rursus idē de spiri. & lite. cap. 10. Per gratiam, inquit, iustificatur homo gratis: id est, nullis suorum operū præcedentibus meritis, alioquin gratia iam non est gratia: Quādoquidem ideo datur, non quia opera bona fecimus, sed ut ea facere ualeamus. Iustificatio itaque gratuita præcedit meritum: non autem nostram per fidem, spem, & charitatē secludit cooperationem, ut docet Hierony. ad Celantiam de modo rectē uiuēdi. 3. par. epi. 21. allegans illud Saluatoris: Non omnis qui dicit mihi Domine, intrabit in regnum cœlorum, &c. dicens: Quo manifestē illud ostenditur, nos nō sola Dei cōfessione tanti præmij magnitudinē promereri, nisi fidei & iustitiæ sint opera coniuncta. Qualis est illa confessio, quæ sic Deum credit: ut pro nihilo eius ducat imperium.

Mat. 7.

Et si dicatur quod iustus ex sua fide uiuit: uel si fides asseratur iustificare: Non intelligendum est, quasi alia omnia præter fidem excludi debeant. Pater enim licet dicatur ge

nerare filium, non secluditur mater, non Deus, non sol. Idē enim effectus à diuersis producitur causis. Christus nanque emundauit nostra delicta. Et ueritas ipsa ait: Date elee Luc. 11. mosynam, & omnia munda sunt uobis. Et Thobias: Elee Tob. 4. mosyna ab omni peccato, & morte liberat. Art. 7.

Iudeis aliquando Christum interrogantibus, R H E T. quid faciemus, ut operemur opus Dei? Respon= Ioan. 6. dit: Hoc est opus Dei, ut credatis in illum quē ille misit Ergo aliud opus ab eis non requisitum, sed fidem solam.

T H E O.

Qualis, oro, est iste elenchus? Requisitum Christus à Iudeis opus credendi in eū: ergo opus nō exegit aliud? Quid uerò sit illud credere quod peposcit Christus, docet Aug. in Psal. 71. Non enim expetit simpliciter credere, sed credere fructuosē. Nam credere in Deum, ait: est credendo ei adherere, ad bene cooperandum Deo bona operanti. Et Chrys. expositione altera in Matt. hom. 19. Credulitatis, inquit, sermo, & ad confessionē respicit, & ad actum. Qui ergo sic cōfiteatur Christū, sicut ipse docuit, ille credit Christo. Qui autem non sic confitetur quomodo docuit ille, nō credit. Et si cōuersatur quomodo mandauit ille, credit Christo. Et qui non sic conuersatur sicut mādauit ille, non Christo credit. Credere enim Christo (s. fructuose) obedire est Christo. Qui autem non confitetur aut non conuersatur secundum uerbum eius, ille nec obaudit Christo, nec credit. Propterea tam ille, quā ille non intrabunt in regnum cœlorum. Et Ignatius epist. 2. ait: Non dicere, sed esse Christianum facit beatum. Vnus idēque homo aliquando dei, aliquando diaboli efficitur. Et Bernar. in ser. in octa. paschæ. exponens illud Ioan. Quis est qui uincit mundum, nisi qui

DE FIDE ET OPERIBVS

Iaco. 2. credit quoniam Iesus est filius Dei? sic ait: Putasne filium Dei reputat Iesum, quisquis ille est homo, qui ipsius nec terretur cōminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec praeceptis obtemperat, nec cōsilijs acquiescit? Nōne is etiā si fateatur se nosse Deum, factis tamen negat? Porro fides sine operibus mortua est in semetipsa. Quæris quānā est uiuida fides, ac uictoriosa, illa sanē, quæ per dilectionem operatur. Hæc Bernar. Aug. uerò in lib. de cogni. ueræ uitæ, ca. 37. sic inquit: Fides spe nutritur, ut corpus cibo reficitur: dilectione animatur, ut corpus anima uiuificatur. Dilectio autem operatione cōprobatur. Vnde fides sine operibus mortua affirmatur.

Perspicuū fit ex his, quòd sola fides nec iustificat, nec saluat: & per consequens minus recta est illa tua illatio in arti. 4. ubi concludis, quòd sola fide qua credimus promittenti, gratiam suam excipimus. Art. 8.

R H E T. Non est hæc nostra sententiā noua, sed à priscis probatissimisq; patribus accepta. Ait nāq; Ori.
Roman. 3. super illud Rom. Vbi est gloriatio tua. &c. Postquā cōclusisset, Gentes pariter & Iudæos sub peccato conclusos egere gloria Dei: dicit sufficere solius fidei iustificationē. etiamsi nihil operis fuerit expletum. Nam per fidem latro iustificatus est sine operibus legis, sed sola confessione. Similiter & mulier illa prouoluta pedibus Saluatoris, audiuit, Fides tua te saluam fecit. Et Ambro. in illud Roma. Credenti autē in eū, & cetera. dicit: Quia
Rom. 4. sine operibus legis credenti reputatur fides eius ad iustitiam. Quomodo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahamæ, cū

uideant Abraham non ex operibus legis, sed sola fide iustificatum? Rursus idem Ambro. super illo. Iustificati gratis per gratiā ipsius, iustificati, inquit, gratis: quia nihil operantes, neque uicē reddētes, sola fide iustificari sunt dono Dei. Hilarius quoque in Matth. ca. 8. de scribis sic ait: Mouet scribas remissum ab homine peccatum, hominem tantū in domino nostro Iesu Christo contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. idē habet Chrys. interpretās illud Rom. Gloratio tua exclusa est. **Roman. 3**
 Per quā legē? operū? haudquaquā, sed per legem fidei. Hoc loco Dei potentiā ostendit: quod uide licet non seruauerit solū, sed & iustificauerit, & in gloriationem adduxerit, operū quidē nihil indigēs, sed fidē tantū requirens. Vides quō doctissimi isti patres sola fide nos iustificari expresserint.

In praeſatis ſanctorū patrū authoritatibus haec dictio **THEO.**
 (sola) non ſpem & charitatem cum fide pariter in iuſtificatione coeuntes ſecludit, ſed legis opera, & merita praecedentia, de quibus mentionē prius fecerant, quaſi dicant per ſola legis opera, aut propter merita ſua praecedentia iuſtificatus eſt nemo. Quod uel ex illo conſtat, quod Centurio, quē Ambro. in exemplū adducit, non per legis opera, non per propria merita praecedentia iuſtificatus ſit, quippe qui Gentilis fuerat, & ſub peccato. Et de latrone cuius meminit Orig. ait. Nec aliud deſcribitur boni operis eius in euāgelijſ, ſed pro hac ſola fide, ait ei Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradifo. Et infra: Per fidem enim iuſtificatus eſt hic latro ſine operibus legis: quia ſuper hoc do-

DE FIDE ET OPERIBVS

minus non requisit quid prius operatus esset.

- Lucæ. 23.** Quod sit adhuc tergiuersari, nec acquiescere libet: ipso-
rum iustificatorum perscrutemur actus. Primū quidē ip-
sius latronis, cuius fides in hoc patuit, quod dominū in tor-
mentis positū confessus sit. Spes, dū ait: Memento mei do-
mine dum ueneris in regnum tuum. Charitatis fuit, quod
ei adherere concupiuit. Pœnitentiæ actus in illo innotuit,
quod scelera sua dolens deplanxerit, dicens: Et nos quidem
iuste: nam digna factis recepimus. Peccatricis genibus sala-
Lucæ 7. uatoris prouolutæ, fidem agnoscis: dicēte Salvatore in euā-
gelio Luc. Fides tua te saluam fecit. Spe subleuata accessit
ad Iesum Saluatōrē. Ex dolore commissi criminis, lachry-
mis rigauit pedes Iesu, & capillis capitis sui terxit: cuius
charitatē prædicauit ipsa ueritas dicens Simoni: Dimissa
Luc. 18. sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Hæc eadē cōpe-
ries in publicani oratione: Vide suprā titu. 3. ar. 7. Art. 9.

R H E T. Addam & quedam alia nostrorum argumen-
ta, hominem sola fide iustificari concludentia. Sic
nanque argumentatur Erasmus: Hæc uox (sola)
non secludit quæ suapte natura adherent rei: Hæc
autē bona opera suapte natura sequuntur fidem.
Igitur bene dicimus quod sola fides iustificat. Pre-
terea hunc elenchū facit Philippus Melan. Conse-
qui remissionem peccatorū, est iustificari secundū
illud: Beati quorū remissæ sunt iniquitates. Sola
autē fide, non propter dilectionem cōsequimur
remissionē peccatorū: ideo sola fide iustificamur.
Minorem probat: quia dilectio sequitur fidem.
Postquā enim fide iustificati, & renati sumus, inci-
pimus deum timere, diligere, petere ab eo auxi-

lium, &c. Præterea, ira dei placari non potest, si apponamus nostra opera: quia Christus positus est propitiator, ut per ipsum fiat nobis placatus pater. Christus etiã nō apprehenditur tanquã mediator nisi fide: igitur sola fide cōsequimur remissionem, cū erigimus corda fiducia misericordię propter Christum promissæ.

THEO.

Argumentis tuis satisfactorius, dico ad primum Erasmi argumentum minorem perimendo. Nō enim suapte natura alia bona opera à fide dependent: quia fides sine eis esse potest, ut deduximus titu. 4. ar. 2. Donemus tamen, quòd fidem eam uoluerit iustificantem, quæ sine alijs bonis operibus esse nequit. Hanc ergo & tu ipse fateris non esse solam: quippe quæ necessario alijs operibus coniuncta est. Et tunc sequelam istam negamus. Fides scilicet formata suapte natura alia includit: ergo sola iustificat. Quinimò oppositum sequi natum est, ut non sola iustificet, sed etiã quæ cum ea sunt aliæ uirtutes. Quemadmodū hanc admittet nemo. Homo est solū rationalis, cū sit ipse etiam risibilis, licet rationale, mortale, risibile inseparabiliter contineat tāquā species proprium. Quæ itaque cum fide in iustificatione coeunt, simul & ea iustificare necesse est, & non fidem solam.

Elenchi Philip. Melancthonis non admittimus minorem, propter testimonium ipsius ueritatis dicentis: dimissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multū. Ad minoris Luc. 7. uerò probationem, dicimus quandam esse dilectionem, quæ etsi naturali quodam ordine fidem sequatur, siue natura: cōuenit tamen simul tempore cum fide in ipsius iustificationis actu, secundum illud Ioan. Qui non diligit, manet in 1. Ioan.

DE FIDE ET OPERIBVS

in morte. Aliam quoque fatemur dilectionem, siue dilectio-
nis actum tempore sequi & fidem, & iustificationem ip-
sam: quando scilicet homo cupit dilecto iam adherere, cul-
tūque ei exhibere. Sic alius est & spei actus qui cōsequi
ueniam per dei misericordiam: & alius qui post iustifica-
tionem sperat dei auxilium in operibus non defuturum.
Eodem schemate & timor quidā praece-
dit iustificationem, secundum illud: Qui sine timore est, non potest iustificari:
Eccle. 1. alius uerō sequitur, filialis scilicet quo nolit amplius à tam-
pio patre separari per offensam. In his ac alijs iustificatio-
nem sequentibus operibus, exercitatur iam iustus, ne fides
torpeat ociosa. Ad postremum uerō argumentum, dicimus
iram quidē dei placari non posse per sola nostra opera. De-
rogaret enim hoc mediatori nostro Christo, quem misit de-
us propiciationē pro peccatis nostris. Verū nec sine no-
stris operibus placatur nobis deus, ut infra deducetur, tit.
6. Alio nanque genere placat Christus, & alio genere ope-
ra nostra placant deum, & uno admissio placandi genere
aliud non secluditur: Quemadmodum cū dicimus, pater ge-
nerat filium, non negamus quin deus, mater, & sol etiam
generent: sed alio & alio genere. Placauit nanque filius pa-
trem, pretium redēptionis humani generis supereffluenter
offerens. Placat & contritus peccator secundum dei bene-
placitum, uindicans in se, quod dolet se commisisse contra
deum, eo modo quo Daniel Nabuch. ait: Peccata tua ele-
Dau. 4. mosynis redime. Et Tob. Eleemosyna ab omni peccato et à
Thoo. 4. morte liberat. Et Saluator. Date eleemosynā, & ecce omnia
Luc. 11. munda sunt uobis. Et de contrito iam populo dictum
Hier. 42. est ad Hiere. à domino: Iam placatus sum super malo quod
feci uobis. Exaudiuit etiam dominus deprecantē Ezechiā

& placatus est populo. Sic quoque Achab scindens uestimenta sua, & operiens cilicio carnem suam, ieiunans, & 3. Reg. 21. dormiens in sacco, ambulansque demisso capite, iram Dei placauit. Cum autem subinfertur. Sola fide apprehenditur Christus tanquā mediator, ergo sola fide fit iustificatio. Sequela ista non admittitur. Non enim apprehendere Christum mediatorem esse, est Deo recōciliari. Nam sit aliquis, quem adhuc oblectat uiuere in adulterio: is credat Christum esse nobis datum propitiatorem & mediatorem: speret etiam per eum aliquando reconciliari Deo patri. Non ex hac sola fide iustificatus est, cum peccato sit adhuc obnoxius. Oportet igitur uoluntas eius reordinetur per auersionem à peccato, & conuersionem ad Deum, propositumque adsit deinceps per gratiam Dei bene operandi. Non itaque præallegata concludunt, quòd sola fides iustificet: esto, inferant quòd prima sit inter uirtutes iustificantes, quòd non inficiamur. Est enim fides ianua uirtutum. Art. 10.

Superaddam & istud argumentum. Ecclesia R H E T. canit: Sola fides sufficit.

Prudentiorem te credideram, quàm ut hoc liberet pro THEO. ponere argumentum: Ex eo atque ex alijs plerunque per te citatis liquet, quòd nō quid uelit spūs sanctus per os sanctorum loquens scruteris. Sed si quandoque uel uerbum sensui tuo accommodatum occurrat, id in tuam detorqueas sententiam, uerum intellectum adulterando, quemadmodum hic agis. Canit nanque ecclesia præfatum uerbum de incomprehensibilitate mysterij eucharistiae, non de fide iustificante. Sic enim habet ipse hymnus. Verbum caro panem uerum, uerbo carnem efficit, fitque sanguis Christi merum. Et si sensus deficit, ad firmandum cor sincerum sola fides suf-

DE FIDE ET OPERIBVS

ficit: utique ad credendum mysterium eucharistiæ, non ad iustificandum. Art. II.

R H E T. Cum non contradicas Origeni, Amb. Chry. dicentibus quod sola fide iustificentur homines, ut allegauimus, artic. 8. Quare reclamationes si id nos asseramus?

T H E O. Dum dicis solam fidem iustificare, aliter sentis quam ipsi. Ipsi enim hac uoce (sola) secluserunt merita præcedentia iustificationem, aut opera legis sine quibus gratis iustificatur homo per Christum. Tu uero hac nota (sola) alias uirtutes in iustificatione coeuntes remoues. Dicis enim sola fide, qua credimus deo promittenti, gratiam recipimus. Quæ uox procul est ab eorum sententijs. Art. II.

R H E T. Omnia ad iustificationem necessaria includo in fide, conformiter ad Paulum dicentem: Sancti per fidem uicerunt regna: operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Circuierunt in melloribus, in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus, &c.

T H E O. De fide tam uariè, tam uasè, tam inconstanter, ac ueritate loqueris, ut facilius anguillam quis per caudam stringat, quam uerborum tuorum uersutiam intelligat. Tibi ipse non coherens, à teipso aliquando dissides. Dixisti nanque prius solam fidem iustificare hominem, seclusis alijs uirtutibus dum credit Deo promittenti: alia uero opera sequi ipsam fidem iustificantem, utpote timorem, spem, dilectionem in homine iam iustificato per solam fidem: modo uero plures in ipso iustificationis actu conuenire uirtutes non inficiaris, sed fidei censens nomine appellari, existimasque te ad Paulum conformiter loqui, qui procul es à sensu Pauli.

Ipse enim inquit præacta opera originari ex fide, tanquã ex radice secunda. Nam sancti diuinæ maiestatis, ac bonitatis per fidem habentes notitiam, promissisq; fidentes diuinis operati sunt iustitiã, circuierunt in melotis egentes, angustati, afflicti, &c. Quemadmodum & charitatis ponit Apo. fructus scribens Corinthijs, & dicens: Charitas pa- 2. Cor. 13. tiens est, benigna est, non agit perperam, non est ambitiosa, &c. Aliud est enim dicere ex fide, seu ex charitate quis operatur iustitiam, castitatem, &c. Et aliud est asserere, fides uel charitas est abstinentia, iustitia, temperantia, &c. Primum quidem uerum est, & dictum Pauli: secundum uerò falsum est, & dictum uestrum. Et sicuti non sequitur, Radix gignit fructus: ideo sola radix sufficit: Ita non admittitur, Ex fide sequuntur alia bona opera, igitur sola fides sufficit.

Verum & huius te reminisci uelim, quòd omnibus proprium sit hæreticis, dicta sua inextricabilibus modis connectere, obscurationibus inuoluere, omnia adumbrata, & permista sic proferre, ut non nisi à multum peritis, & astutis deprehendi queant. Ait nanque Hieronymus in apologia contra Origenem epist. 32. Sic uerba temperant, sic ordinem uertunt, & ambigua quæque concinunt, ut nostram & aduersariorum confessionem teneant, ut aliter hæreticus, aliter catholicus audiat. In suis uerò conuenticulis, ubi censorem non metuunt, liberius mentis suæ uenena, & plurius transfundunt: quos in hoc imitari uidentur uersipelles homines, qui fidem aliquando fiduciam, aliquando orationem, aliquando assensum appellant. Dicit nanque Philip. Melanchthon titulo de pœnitētia, in apologia confessionis Germanorum, allegans illud Bernardi in serm. 3. de annun-

DE FIDE ET OPERIBVS

ciatione dominica, Sola nimirum spes apud te miserationis obtinet locum nec oleum misericordiae, nisi in uasis fiducia ponis. Videant lectores quomodo fidem hic intelligamus, de fiducia misericordiae quae erigit, & consolatur per terre factos, quam iste rectè fiduciam appellat. Rursus ibid. titu. De coniugio, allegans illud Pauli: Sanctificatur cibus per uerbum, & orationem. Per uerbum, inquit, quo conscientia fit certa quòd Deus approbat, & per orationem, hoc est, per fidem, quae cum gratiarum actione tanquam dom.

1. Cor. 13. Dei utilitur. Ecce orationem hic fidem appellat: Paulus uerò fidem à spe & charitate distinguit, dicens: Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: Maior autem horum

Ibidem. est charitas. Et rursus: Si habuero omnē fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vides quomodo fidē aliam dicit esse à spe & charitate, & non unam esse uirtutem. Pari illusione dicunt quidam: Fides omnia facit: qui fidem habet, omnia salutifera habet. Si urgeat auditor, dicunt, ex fide originatur & procedunt omnia. Vbi uerò in suis conuenticulis conuenerint, toto pectore planè sua uenena effundunt, dicentes: sufficit habere solam fidem. Sufficit fidere promissis diuinis. Opera nostra nullius sunt momenti. Sicque simplices & incautos ab operibus Christiano debitis retrahunt.

Pari schemate dicunt: omnes dies aequales sunt. Vbi censor inquit, dicunt, naturā pares sunt, ut nullo die peccare liceat. Vbi uerò liberiùs inter se colloquuntur, dicunt: Omnes dies aequales fecit Deus. Si uno die operari licet, & altero. Non maior debetur Deo cultus die, quàm dñico feriali. Huius etiam farinae est & illud: Cor est totum. Vbi contradicentem paucos, interpretantur: quia de corde exeunt cogitationes

tationes malæ, iræ, rixæ, &c. opera bona & mala. Vbi autem in cœtibus eorum conuentum est, libero ore asserunt: Sat est bonum habere cor, seu affectum, quem dicunt, piū. operibus curandum est nihil. Hæ sunt technæ, uersutia, decipulæ hoc æuo per quosdam positæ pedibus insipientium, & incautorum.

Art. 13.

Peccatrici aliquando pedibus saluatoris aduo R H E T. lutæ, ait saluator: Fides tua te saluā fecit. Vade in pace. Et mulieri adulteræ. Vade, & amplius noli Luc. 7. peccare. Non opera præcipit abstinentiæ, aut ie- Ioan. 8. iunij, sed nec precularum quidem: Ideo sola fides sufficit ad salutem.

Quod sacra scriptura uno in loco subticet, in alio expla THE O. nat. Opera necessaria saluando docuit ipsa ueritas, dum ait querenti si pauci sunt qui saluantur. Contendite, inquit, intrare per angustam portam, quia multi quærent intrare, & non poterunt. Et rursus. Si uis ad uitam ingredi, serua Luc. 15. mandata. & alio in loco. Non omnis qui dicit mihi domi- Matth. 19. ne domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolun- Matth. 7. tatem patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorū. Hoc uoluit & Petrus, dicens: Satagite fratres, ut per bona opera certam uestram uocationem, & electionem faciatis. & 1a 2. Pet. 2. cob. estote factores uerbi & non auditores tantum, fallen- Iacob. 1. tes uosmetipsos. Sed & Ioan. describit iustum esse, non qui credit solum: sed qui secundum fidē etiam operatur, dicens. Filioli, nemo uos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est. & Ioan. 3. Paulus ait: Deus reddet unicuiq; secundum opera eorum. Rom. 2. Non ait secundum fidem. Hinc & dominus opera misericordie non implentibus improperebit, dicens: esuriui, & non dedistis mihi mandacare. Sitiui et nō dedistis mihi po Matt. 25.

DE FIDE ET OPERIBVS

tum. ea uerò opera in proximos exercentibus, dicit: Veni-
te benedicti patris mei. esuriui & cibus astis me.

Porro huiusmodi opera trifariā accipi suprà ti. 5. ar. 6.
differuimus. Nam quædam sunt fidem formatam, aut iusti-
ficationem præcedentia, quæ diximus inualida ad merendā
iustificationem, aut beatitudinem ex merito assequendam:
quia gratia carent. Non sunt tamen spernenda, sed ample-
xanda, quippe quibus se bene exercet, & ad gratiam dispo-
nit operans: ut docet Chry. in ser. de fide, & lege nature,
spiritus sancto. Testimoniū, inquit, bonū habuit Cornelius,
sed Christum ignorabat, Deum quidē credens, Dei autē ser-
monē nondum edoctus. & quia opera erant bona, et admi-
rabilia placebant. n. remuneratori, & amatori Deo. Sed
quia magnus ille iustitiæ & ueritatis oculus, iustus inquā
ille iudex personarū respectum nesciēs, uidit bona quidem
opera, sed mortua: eo quòd fidem non habebāt. Mittit diuī-
num angelū operibus ad præmia acquirenda ministrantē,
ut bene certando ob fidē coronari possit. De his operibus
Ionæ 3. mandatū dedit rex Niniuæ dicens. Homines & iumenta, bo-
ues & pecora nō gustent quicquā, nec pascantur, nec aquā
bibant. & operiātur saccis hoīes & iumenta: & clamēt ad
Deū in fortitudine. & cōuertatur uir à uia sua mala, & ab
D. in. 4. iniquitate quæ est in manibus eorū quis scit si cōuertatur
et ignoscat deus: Sicq; cōsultuit Daniel regi Nabuch. dices.
Pctā tua eleemosyna redime. Alia sunt opera in iustificatio-
ne cōcurrētia, salte uirtute, ut actus spei, fidei & charita-
tis, ac detestatiōis pctī. De quib. sup. t. 3. a. 6. & 7. dictū ē.
& necessariō coeunt, ut iustū faciāt pctōrē. Alia uerò sunt
opa fidē formatā aut iustificationē sequētia: quæ quidē me-
rētur nouū gradū gratiæ & gloriæ, ut inf. ti. 6. docebimus.

et necessaria sunt omni beatificādo, modò adsit opportuni-
 nitas t̃p̃is, et facultas operādi. Quæ si desinit, nō pōt deesse
 aīo et p̃posito, uotū hoc est propositū bene opandi nacta
 opportunitate. ut su. ar. 6. habitū ē. Docet hoc ueritas ipsa. *Matth. 5.*
 Nisi abundauerit (inquiēs) iustitia uestra plusquā Scribarū
 et Phariseorū, non intrabitis in regnū cōlorū. et iterū. *Matth. 19.*
 Si uis ad uitā ingredi, serua mādāta. et psalmista ait. Dñe *Psal. 134.*
 quis habitat in tabernaculo tuo? et c. Qui ingreditur sine
 macula, et opatur iustitiā. Probat et hoc Iac. dicēs. Quid *Iaco. 1.*
 proderit fr̃es mei, si fidē dicat quis se habere, opera aut nō
 habeat? Nūquid poterit fides saluare eū? Respōdet. Si frater
 et soror nudi sint, et indigeāt uictu quotidiano, dicat aut
 aliquis ex uobis, illis: ite ī pace, calefacimini et saturamini:
 nō dederitis aut eis quæ necessaria sunt corpori, quid pro-
 derit? Sic et fides si nō hēat opera, mortua est in semetipsa.

Deducit et hoc Chry. sup. Mat. ho. 25. super illo. Dñe *Matth. 7.*
 nōne in nomine tuo prophetauimus? Nō modò ille, inquit,
 qui habet fidē conuersatione neglecta, regnū nō poterit in-
 troire cōlorū: Sed et is qui multa ēt splēduit claritate si-
 gnorū, nec tamen aliquid in uia boni operis exercuit, à cō-
 lestibus ianuis repelletur. Rursus idē in ser. de fide, et leg.
 natu. et. ff. Oportet et ante opera lucere fidem, et fidei
 pedissequa esse opera: nequis fidē p̃p̃ stertilitatē, neq; opa
 p̃p̃ incredulitatē uituperet. Huic cōsonat et illud Aug. lib.
 4. c. 21. cōtra Donatistas de bapt. Sicut bono catechumeno
 baptismus deest ad capeffendū regnū cōlorū. Sic malo ba-
 ptizato uera conuersio. Nā ne secūra esset iustitia catechu-
 meni, dictū est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu,
 non intrabit in regnū cōlorū. Rursus, ne percepto baptis-
 mo secūra esset iniquitas baptizatorum, dictum est. Nisi *Matth. 5.*

DE FIDE ET OPERIBVS

Mat. 5.

abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & Phari
seorū, non intrabitis in regnū cœlorum. Alterū sine altero
parum est, utrunq; perficit illius possessionis heredem.

Constat ex his fidem sine operibus bonis (modò ad sit
temporis opportunitas & operandi facultas) nihil homini
prodesse in salutem. Si uerò operandi facultas defuerit, po
terit homo fide formata saluari: cum non desit animus ope
randi, quem tunc Deus pro facto reputat, sublata facultate
operandi. Vt ait Aug. & recitatur. de pœ. d. 1. c. Quis ali
quando. Habet hoc etiam Chry. in ser. de fide & lege natu
ræ. Fidelem inquires absque operibus possum monstrare et
uixisse, & regnum cœlorum assequutum. Nullus autem si
ne fide uitam habuit. Latro autem credidit duntaxat, & iu
stificatus est à misericordissimo Deo. Atque hîc ne mihi di
xeris defuisse ei tempus quo iustè uiueret, & honesta face
ret opera. neque enim de hoc contenderim ego. Sed illud
unum adseuerauerim, quòd sola fides per se saluum fecerit.
Nam si superuixisset, fideiq; & operū fuisset negligens, à
salute excidisset. Hoc autem nunc queritur & agitur, quòd
fides per seipsam saluum fecerit, Opera autē per se nullos
unquam operarios iustificauerunt.

Nec moueat quenquam, quod hîc dicat Chryso. solam
fidem latronem iustificasse & saluasse. Ideoque arbitretur
latroni spem, charitatem, aut peccati displicentiam defuisse.
non enim hoc uoluit. Sed ad suum scopum uerba sunt re
ferenda, ut sine fide iustificetur nullus, sed bene sine operi
bus intellige, quæ nō sunt necessaria in iustificatione impij.
nam illorū operum, & fidei, facit cōpositionem seu cōpa
rationem. Itaque hac nota (sola) secluserit opera sine fide. nā
ibi deducit q̄ opa sine fide iustificare nequeāt, exēplo Cen

turionis. Secludit & opera sequentia pp tps importunitatem. Quod constat uel ex illo quod sequitur. nam si superuixisset, fideiq; et operū fuisset negligēs, à salute excidisset.

Ex his conciliandus uenit Paulus cum Iacobo. Nec in- Rom. 3.
ter se dissident omnino. Nam cū unus dicat, hominem iusti Iacob. 1.
ficari sine operibus per fidem. Et alter inanem dicat fidē
sine operibus. Ille, de operibus legis, & quæ præcedunt
fidem & iustificationem. Iste uerò de operibus quæ fidem
sequuntur, data facultate operandi, intelligendus uenit: ut do
cet Augustinus in lib. 83. questionum. q. 76.

Disputat nāque Paulus pluribus in locis aduersus pseu
doapostolos: qui nitebantur suadere legem necessario seruā
dam. Quos sic redarguit. Ante legem iustificati sunt Noe,
Abraham, & c. utique sine operibus legis. Post legem au
tem Cēturio & latro. Lex quoque ipsa peccatum abolere,
aut iustificare nequiuit, Alioqui uana fuisset promissio &
Dei. Igitur lex iam seruanda non est. Hunc inuenies scopū
disputationū Pauli, si dicta eius de legis egestate ac uanita
te, necnon de uirtute & efficacia gratiæ & passionis Chri
sti scrutatus fueris.

Utinam hæretici bonorum operum exercitio incumbe
rent, sicuti uerborum contentionibus student. Nam illud
aternæ beatitudinis ineffabile parat brauium. Istam uerò 2. Tim. 3.
futilem & inanem asserit Paulus: Et prisci quidem patres
nunquā sibi satis Deo dignum obsequiū impēdisse arbitra
ti sunt, sciētes quicquid egissent, citra Dei esse accepta be
neficia pollicitæque præmia. Iam uerò plerique opera nihili Prou. 10
facientes: plurima sibi obuentura bona, deoque permaxi
mè gratificari sola fiducia existimāt. Videant ne de eis ali
quādo illud uerificetur sapientis. Spes impiorum peribit.

DE SPE ET FIDV CIA BONO-
RVM OPERVM. TIT. V.

ARTICVLVS I.

RHET. **D**E fide iam tractatum est, ad spem iam tran-
seamus: quam cum fide conuenire non am-
bigimus.

THEO. Spem aliam esse à fide uirtutem asserimus, cum magis-
tro in tertio, dist. 26. dicente. Spes, est certa expectatio fu-
turae beatitudinis, ex meritis & gratia proueniens. Non in-
conuenit tamen spem à fide prodire. Nam uoluntas in in-
cognitum ferri nequit. Proponit uerò fides à quo & quid
sperandum sit. Art. 2.

RHET. Nos ex diffinitione spei resecamus illam parti-
culariam, ex meritis, solū ex gratia sperantes pro-
pter Dei promissionem, quæ falli aut fallere negr.
Si nanque operibus uel meritis nostris innitatur
spes: non erit certa expectatio, cum opera nostra
incerta sint, caduca & uana.

THEO. Non secludimus à spe, Dei promissionem, quā ex gra-
tia præter omne nostrum meritum nobis fecit Deus. Est
enim Dei promissio, principale cui spes innititur. Verum
quia non omnibus, sed suam uoluntatem facientibus pro-
missa dabit dominus: ut spēs à præsumptione secernamus, di-
cimus spei expectationē et ex meritis prouenire.

Promiserat nanque Deus filiis Israel de Aegypto mi-
grantibus terram promissionis. Quia uerò rebelles facti
sunt & increduli, de sexcentis milibus uiro-
rum, duo duxerunt ingressi sunt. Non quia Deus irritam fecerit suam pro-
missionem: sed quia adeptione indignos se præstiterant.

habet Hiero. ad Dardanum, terrā promissionis secundum
 anagogem exponens. Ego (inquit) fatebor hæc tibi pro=
 missa (non tradita) si obseruasses mandata Dei, & in præ=
 ceptis illius ambulasses. Si non pro omnipotenti Deo, co=
 luissem Beelphegor, & Baal, & Beelzebub, & Chamos.
 Quos quia prætulisti deo, omnia quæ tibi promissa fue=
 rant, perdidisti. Et mihi in euangelio promittuntur regna
 coelorum: quæ instrumentum uetus omnino non nominat.
 Sed si non fecero quæ præcepta sunt, nequaquam erit cul=
 pa in promittente: sed in me, qui promissum accipere non
 merui. Vbi enim operatio præponitur ad eligendum, qui
 operari renuis, frustra cupias quod propositū est. Ait. n. Matt. 16.
 Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et Paulus ait: Non
 coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Spem quoque ex 2. Tim. 2
 operibus bonis concludit dicens: Nostra conuersatio in cœ Philip. 2
 lis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrū
 Iesum Christum. Et iterum. Scientes quod tribulatio patiē Rom. 5.
 tiam operatur: Patientia autem probationē: Probatio uerō
 spem. Ioannes hoc confirmat dicens. Si cor nostrum non 1. Ioan. 3
 reprehenderit nos fiduciā habemus ad Deum. His subscri=
 bit & Chrysost. super Matth. eum in opere altero hom. 5.
 dicens. Vnusquisque nostrum nulla in re alia spem suam,
 nisi post Dei misericordiā in morum honestate constituat.
 Et rursus in Matth. eum hom. 66. super illo: Non est meū
 dare uobis, &c. Dominus (inquit) illos compellebat in gra=
 tia Dei primū: deinde in laboribus proprijs omnē salutem
 & gloriæ spem reponere, idē super Ioannem hom. 20.

Vides itaque quomodo spes bonis operibus, nedum
 diuine misericordiæ soli nitatur. Quamobrem quæ bo=
 na opera non habet in actu, uel in uoto, non spes, sed

DE SPE ET FIDV. BONO. OPE.

Prou. 10. præsumptio dicenda uenit, secundum illud Salamonis: ex-
Hie. 7. peccatio iustorum lætitia Spes impiorum peribit. Et domi-
 nus per Hieremiam ait: Nolite confidere in uerbo manda-
 cij dicentes, templū domini, templum domini est. Quoniā
 si benedixeritis uias uestras, & studia uestra: habitabo uo-
 biscum in loco isto. Et Esaias. Ecce (inquit) non est abbre-
Esai. 59. uiata manus domini, ut saluare nequeat. Neque aggrauata
 est auris eius, ut non exaudiat. Sed iniquitates uestræ diui-
 serunt inter uos, & Deū uestrū. Et peccata uestra abscon-
 derūt faciē eius à uobis, ne exaudiret. Art. 3.

Si spes etiā nostris inniti & inhærere debeat
REHT. operibus, incerta erit spes nostra. Quia opera no-
 stra ēt quæque optima, ignorare iubemur: attestā-
 te Iob & dicēte. Si simplex fuero, hoc ipsū igno-
Iob. 9. rabit anima mea.

Formidare quidē nobis licet, non de Dei bonitate diffi-
THEO. dendo, sed de conscientia nostræ tranquillitate, ac serenita-
 te ambigendo, Secundum illud. Nescit homo, utrum amore,
 uel odio dignus sit. Sed omnia in futurum seruantur incerta.
Eccle. 9 Voluit & hoc sapiens, dum ait. De propiciatu peccato-
Eccli. 5. rum, noli esse sine metu. Et Paulus. Nihil, inquit, mihi con-
1. Cor. 4. sciū sum: sed non in hoc iustificatus sum. Et Regius pro-
Psalmus pheta. Delicta quis intelligit? Iob quoque dixit. Si lotus fue-
Iob. 9. ro quasi aquis uiuis, & fulserint uelut mandissimæ manus
 meæ: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me
Iohel. 2. uestimenta mea. infrā, titu. 14. artic. 5. Et ob hoc ait Iohel
 propheta. Conuertimini ad dominum Deum uestrū, quia
 benignus & misericors est: patiens & multæ misericor-
 diæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur,
 & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Art. 4.

Oportet in ecclesia extrare doctrinam, ex qua R H E T.
concipiat pñ certam spem salutis: Ideoque theo-
logi infelicitur consulunt hominibus, dum iubēt
dubitare, utrū cōsequatur remissionem peccato-
rū. Nos autē certā fiduciā damus, dū dicimus ex
euāgelio sufficere credere, quod gratis pp Xpū
datur remissio peccatorū.

THEO.

Vide ne cum illis seducaris quibus ait Esaias. Popule
meus, qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt. Et Hiero. cō
tra Ioui. lib. 2. cap. 48. Sēper, inquit, pseudoprophetae dul-
cia pollicentur, & ad modicum placēt. Amara est ueritas:
& qui eam prādicant, replentur amaritudine. Docet hoc
patenter prophetia Michea contra Sedechiam prophetā-
tis, corā regibus Iosaphat & Achab. 3. Reg. 22.

Vbi docet, quāso, euangelium quod solum sufficit crea-
dere, quod gratis propter Christum datur remissio pecca-
torum? Quere, & non inuenies. Credere quidem oportet
per Christum gratis remitti peccatū: Sed hoc non suffice-
re probaui, & probabo. Quis enim sanæ mentis asseret ei,
cui i animo placet, peccatū ipsum remitti, quia credit quod
propter Christum gratis donatur? Remittit quidem Chri-
stus gratis peccatum: sed non omnibus, etiam credentibus.
Nam gratia cum exitiali peccato coire non ualet: sequitur
profecto, Huic placet peccatum exitiale: ergo iniustus est.
Et rursus: per te, is credit sibi gratis per Christum dimitti
peccatū: Ideo peccatū remissum est. Quamobrem eris ius-
tus et iniustus: iustus qui dē, qā credit sibi donatū peccatū.
Iniustus autem, quia ei adest adhuc complacentia delicti.

Certam etiam dicimus esse in ecclesia doctrinā, ex qua
concipiunt pñ firmam spem salutis certitudine spei, non au-

DE SPE ET FIDV. BONO. OPE.

tem euidentia. Nam ex fide certum est Deum uelle & pos
se peccata remittere. An uerò digni simus, quibus peccata
donentur, licet nobis ambigere. Confirmat hoc Hiero. in
4. re. 20 dialogo contra Pelagi. haresim, epist. 16. adducens illud
Ezechia. Obsecro domine memento quomodo ambulaue
rim in conspectu tuo, in ueritate & corde perfecto. Flea
uitq; Ezechias fletu magno. Certè (inquit) iustus erat Eze
chias & corde perfecto. Iturus erat ad dominū. Plorare nō
debit. Quæris rationem fletuum? Si cogitaueris hominē,
non miraberis causas doloris. Nullus enim intrepidus ua
dit ad iudiciū domini, habens conscientiam peccatorum.
Quamobrem precatus est & Dauid inquiens. Non intres
in iudiciū cum seruo tuo domine quia non iusti ficabitur in
conspectu tuo omnis uiuens. Omnis præterea incertitudo
non ex diffidentia de Deo sed ex nostra prouenit indispo
sitione. Dubitare nāque de Dei bonitate aut misericordia,
blasphemia est. Non autē si formidet se gratia quis indi
gnum, aut imparatum. In nobis quippe causa est timoris:
in Deo uerò causa fiducia est. Art. 5.

R H E T. Qui dubitat utrum peccata sibi remittantur pro
pter Christum, contumelia afficit Christū: nō cre
dens eum nobis propiciatorem datum.

T H E O. Qui diffidit desperans de dei bonitate, aut misericordia
nō fidēs diuinis promissis, maiusue existimās scelus suum,
quā ut ueniā mereatur: is contumeliā facit diuinæ bonitati.
Quamobrem Cain & Iudas non tam homicidio, quā de
speratione Deum offenderunt. Veniam profectò dominus
Ezec. 18. repromisit. Quacunque hora (extremam etiam non seclu
dens) impius auerteret se ab impietate sua, & faceret iusti
tiam, omnium iniquitatum eius non recordaretur. Si uerò

formidet quis ne forte se ex toto corde ad Deum conuertere-
rit, diuinæ bonitati aut misericordiæ non derogat. Qui ti-
met ne forte animus suus peccato adhuc inhæreat, diuinæ
promissioni non obuiat. Veniam nanque peccatorum re-
promisit dominus: sed se à peccato ueraciter auertētib. at-
que ex toto corde ad deum se conuertentibus, ut testantur
Ezechiel & iohel, ut habitum est. Hoc consonat cum eo
quod ait Gregorius lib. 3. cap. 5. moralium. Ante terribi-
lis iudicis subtile atque incomprehensibile examen non so-
lū mala quæ commisimus, sed ipsa etiam siqua in nobis
sunt bene gesta timeamus. Quia sæpe in iusto iudicio culpa
esse deprehenditur, quod uirtus ante iudicium putatur. Et
unde expectatur pia merces, inde supplicium iuste sequi-
tur ultionis. Hoc attendit sanctissimus ille Iob, dum ait.
Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres de- Iob. 9.
linquenti. Et iterum: Si iustificare me uoluero, os meū cō- Ibidem.
demnabit me. Si innocentem ostendere, prauum me com-
probat.

Art. 6

Ex dictis tuis tantum erit formidandum pec- R H E T.
catori, quātū sperandum (ne dicam desperandū) Iacob. 3.
quia in multis offendimus oēs. Et uir secundum
cor dei clamat, dicens: Iniquitates meæ supergres- Psalmus
sæ sunt caput meū. Et sicut onus graue grauatae
sunt super me. Dixisti q̄ ex Chryso. Opera bona
sp̄e generāt: mala uerò desperationem tit. i. art. 5.

Inter spem & timorem semper ambulādum sic est uia THEO.
tori, ne spes in præsumptionem, aut timor in desperatio-
nem, de generare compellat. Docet hoc Chrysostomus in
Matthæum, homil. sexaginta octaua adducens exemplum
grauissimæ cuiusdam peccatricis, sed pœnitentis. Nemo (in

DE SPE ET FIDV. BONO. OPE.

quit) qui uirtutē colit, confidat, aut dormitet, ne meretrix
quæpiam eum anteuerat: ille autē non desperet. Certē cum
iam ad amandum Deum seruēter: redierimus, non sicut ho
mines, solet improperare. Prætereā nec quando pœnitenti
tiam agimus, quia longo tempore ab eo absuerimus, ex
probrat. Sed si solū ut decet conuertamur, ac ei ualde inhæ
reamus, & carnes nostras timore suo affligamus: confes
sim nos amplectitur, fouet, & præcipua charitate profes
quitur. Quarum rerum multa non solū in nouo, uerū et in
ueteri testamento uidere licet exempla.

Et ne formidoloso laqueū uidear pusillanimitatis inie
cisse, dico. Quicumque etiam grauissimis aliquando irreti
tus sceleribus, cū diuinæ gratiæ impedimentum (peccati ui
delicet complacentiā) in sua conscientia non inuenerit, sed
displicentiam: uolueritq; uel iam à malo resipiscere, fidu
cialiter etiam in extremo spiritu, necesse est de Dei confi
dat misericordia, testante Hieronymo, ut recitatur de pœ
ni. distin. 1. cap. Impor. una. Pœnitentia nunquam sera, si
tamen uera. Et Ezechiele inquit: in quacunque hora
(nullam excipit) auerterit se impius ab impietate sua, &c.
Habet hoc etiam Chryso. hom. 1. de pœnitētia. Dei, inquit,
clementiam admireris. Trium dierum pœnitentia contem
ti Niuitiæ tantam peccatorum iram soluerunt. Tuq; despe
ratione non corruas. & si peccaueris, muteris. Quem
admodum enim anima pigritans, atque negligens, quāquā
mutum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur
magnum: atque sibi ipsi Deum per desidiam conciliat: sic
qui proposito excitato seruet, atque multa cum solertia pœ
nitentiam ostendit, breui temporis momento, longæui tē
poris peccata delere poterit. Vt autem maiorem adhuc
fiduciam

Ezec. 18

fiduciam præstem: subdo. Quemadmodū quilibet præsumitur idoneus: nisi aliud in cōtrarium ostendatur. Vt habetur de præsumpt. ea. Dudum. Ita te securum arbitreris, modō te peccare non oblectet. Porro si sine formidine uiuere, & securē mori exoptas, Petri accipe consilium dicentis. Sata 2. Petri. 1. gite fratres, ut per bona opera certam uocationē uestram & electionem faciat. Hoc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic. n. abundanter ministrabitur uobis introitus in regnū domini nostri saluatoris Iesu Christi. Art. 7.

Scripturæ cōmendant Dei gratiam, & operi- R H E T. bus detrahunt: Nam & Abrahamæ opera quanuis summa erant, & maxime cōmendanda, uidetur Paulus non magnifacere. Auersatur etiam Deus uictimas & sabbata, quorum omnīū ipse fuerat author. Et tu audebis hominū opera tantū facere, ut illa iudices ad spem confirmandam esse utilia?

Non detrahunt scripturæ operibus quasi mala sint, inu THE O. tilia, aut uana, cū ad ea patranda hortentur. dicit nanque sapiēs. Quodcūq; facere potest manus tua, instanter operare. Et Paulus. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Eccle. 9. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & Gala. 6. metet, Et rursus: Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suū laborem. Absit quoque ut eis detrahat 1. Cor. 3. scriptura quæ deo memorat accepta, Dicit enim: Bibe cum Eccle. 9. gaudio utrum tuum, quia deo placent opera tua: Sic & dominus commendauit Noe in operibus suis, dicens. Te uidi Gen. 7. iustum coram me in generatione hac: utique propter opera. Itaque procū est à scripturis, ut detrahant operibus bonis Abrahamæ, aut cuiusuis alterius. Non enim laudem operum extenuant scripturæ, sed docent quod insufficientia

DE SPE ET FIDV. BONO. OPE.

sunt ad iustificandum, uel saluandum hominem sine Christi sanguine. Et hunc intellige scopum disputationum Pauli de operibus.

- Etiam quaelibet Abrahamæ, siue alterius opera, modica sunt, conferendo ea ad diuinam gratiam, seu maiestatem, aut nisi existimentur ex dei gratia, quam scripturæ cōmendant dicentes. Non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, cogitare aliquid: sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Et iterum. Omnia opera nostra, in nobis operatus es domine. Commendanda itaque est dei gratia, non autem spernenda sunt nostra opera, quæ probata sunt, deoque accepta: quibus & Deus mercedem repromisit regni cælorum. Si uis, inquiens, ad uitam ingredi, serua mandata: & iterum. Voca operarios & redde illis mercedem suam. In extremo quoque iudicio dicturus est. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me. &c.
1. Cor. 3.
Esa. 26.
Matt. 19.
Matt. 20.
Matt. 25.

Nec aspernatus est dominus uictimas, ut in se malas, quemadmodum profers. Sed quia ex conscientia serena non prodierunt. Victimæ impiorum, abominabiles domino ait Salomon: Vota autem iustorum placabilia. Porro cū dominus dixisset per Esaiam. Quò mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Rationem subnectit. Manus uestre plene sunt sanguine. Non itaque aspernatur uictimas pie oblatas, aut sabbata rite obseruata. In his enim plus affectum, quàm sensum attendit dominus. Dicitur namque. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. E contra primum ad Abel, deinde munera intuitus est. Ad Caym autem, & ad munera eius, non respexit: quia pio corde non

Prou. 15.
Esa. 1.

obtulit. Huius sententiæ est & Irenæus, aduersus hæreses Gene. 4.
Valentini. l. 4. ca. 32. & 34. Art. 8.

Sunt qui nec gratiæ dei, nec fidei laudem ferent R H E T.
res, sua opera iactant: quibus & fidunt.

Suis operibus, quasi existimās per ea saluari sine Chri THE O.
sti sanguine, fedit nemo. Fedit uerò iustus suis operibus, tan-
quam medijs quibusdam, quibus deus mercedem repromi-
sit. Et tanquam de bono gratiæ à deo sibi collato exultās:
Nec non quasi diuinæ gratiæ impedimentum in se non sen-
tiens. Hoc modo exultare docuit ueritas ipsa discipulos Luc. 10.
suos, dicens. Gaudete & exultate, quia nomina uestra scri-
pta sunt in cælis. De hac operum fiducia ait Chry. super
Matt. ho. 54. Quid tibi uidetur in præsentī uita iucundum
atque suauē? Mensāne deliciosa, bona uoletudo corporis,
ingens gloria, diuitiarum copia? Sed hæc illi uoluptati quæ
uirtutem consequitur collata, amara, & mœstitiæ plena
uidebuntur. Nihil enim aliud iucundum est, quàm conscien-
tia proba, & spes futurorum certior. Sic Ezechias cū
egrotaret, non mensæ deliciarum plenæ recordabatur: Nō 2. Re. 20
eximiæ gloriæ, non regnorum, aut imperij, sed iustitiæ, &
rectæ conscientiæ. memento, inquit, qualiter ambulauerim Psalmus
in conspectu tuo in uia recta. Sic confisus Dauid, aiebat.
Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.
Et Nehemias (eiusdē in sexto) dixit, Memēto mei Deus in
bonum, secundum omnia quæ feci populo huic. Paulum 2. Tim. 4.
quoque audi exultantem, & dicentem. Bonum certamen
certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo re-
posita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa
die iustus iudex. Hæc fiducia, non præsumptio est operum:
sed diuinæ gratiæ, & bonitatis dei commendatio, à quo &

DE SPE ET FIDV. BONO. OPE.

2. Par. 29. per quem opera ipsa prodierunt, secundum illud regis.
 2. Cor. 10. David. Tua sunt hæc omnia domine. Et quæ de manu tua
 1. Esa. 6. suscepimus, dedimus tibi. Qui es principium & finis no-
 strorum operum. Nam omnia opera nostra operatus es
 Psalmus. domine: Huius gloriam confessus est David dicens: Non no-
 bis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hæc de
 operibus gloriatio, ad Deum parat fiducialem accessum.
 Non suam, sed Dei querit gloriam: in quam omnia referi,
 secundum illud Pauli. Qui gloriatur, in domino gloriatur.
 2. Cor. 10. Qui uerò bona sua iactanter commemorat, arrogans &
 superbus efficitur, alios cõtemnit, & à Deo despectus pel-
 litur. Quod in Phariseo facile est conspiceret, cui non sat
 Luc. 18. erat de suis operibus gloriari, nisi etiam publicanum despi-
 ceret. Si hic præ illo iustificatus, à domino commendatur.
 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed
 quem Deus commendat.

Quomodo autem hac operum fiducia utendum est, do-
 cet Bernardus super Cant. serm. 68. Merita (inquit) habe-
 re cures: habita data noueris, fructum speraueris, Deum mi-
 sericordiam: & omne periculum euasisti, paupertatis uide-
 licet, & præsumptionis. Perniciosa. n. paupertas, penuria
 meritorum. Habeas unde præsumas: sed non merita. Habeas
 merita: sed ad promerendum, & non præsumendum. Hinc
 & Chrys. sup. Mat. ho. 3. Caueamus, inquit, de nobismetip-
 sis dicere gloriosa: hoc enim nos & hominibus, & Deo
 abominabiles facit. Et idcirco quanto maiora fecerimus bo-
 na, tanto de nobis minora dicamus. Hoc. n. modo, maximam
 & coram Deo, & coram hominibus gloriam consequemur
 non solū gloriam quæ à Deo est, uerumetiam mercedem &
 tributionemq; plenissimam. Noli ergo mercedem reposcere

re, ut merearis accipere. Tu saluari te Dei gratia cōfiteri:
ut se ille tibi debitorem fateatur. Nec modò operibus tuis:
uerumetiam pro hac gratia, humiliq; sententia. Virtutum
enim omnium merita, bonum humilitatis exuperat.

DE MERITO TITVLVS VI.

ARTICVLVS I.

Dicit saluator: Cū feceritis omnia quæ præ R H E T.
cepta sunt uobis, dicite, serui inutiles su- Luc. 17.
mus. Et Esaias ait: Facti sumus ut imihun- Esa. 64.
dus omnes nos: & quasi pānus menstruatae, uni-
uersæ iustitiæ nostræ. Vnde ergo nobis meritum
apud Deum?

Non negat dñs præfatis uerbis, mercedem bonis operi T H E O.
bus: sed edocet seruum non debere extolli & gloriari, eo
quòd iussa domini adimplere perfecit: & humiliari in
oculis proprijs, atque arbitrari apud semetipsum sibi ob
peracta officia non deberi gratiam à domino: cū nihil pe
regerit, quod non deberet: eo quòd seruus sit. Sed sicuti ip-
sius serui est, exinanire suas operationes, nec quicquam ex
probrare domino ita æquitatis domini est, illa recognosce-
re. Et pro eis, quod spondit, quod iustitia exigit, retri-
buere. Hæc est sententia Theophil. super eisdem uerbis.
Huic suffragatur & illud Chrys. in serm. de pœnit. & con
fessione. Audi (inquit) quomodo Christus præcepit nos
obliuioni tradere bona opera. Quando hæc omnia feceri-
tis, dicite: quoniam inutiles serui sumus. Ego te non facio inu-
tilem: tu autem si confessus fueris uilitatem tuam, ego te illu-
srem faciam & coronabo. Rursus. Idem hom. 3. In Matt.

D E M E R I T O

Non in superbiam, inquit, intumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles: ut in partem utilium transeamus. Si enim te laudandum esse dixeris, reprobus effectus es, etiam si fueris antè laudabilis. Si uerò inutilem te esse fatearis, factus es utilis, etiam si fueras antè culpabilis. Propter quod necessaria nobis est præteritarum obliuio uirtutum. Volo etiam te reminisci quæ superiori titu. art. 8. in fine ex beatis Bern. & Chrys. adducta sunt.

Vides profecto quomodo diuina præcepta perficiētes, inutiles quidem sunt Deo (qui bonorum nostrorum non eget) nihil diuinæ gloriæ, aut felicitati adijcientes: sibi uerò inutiles sunt minimè. Nam ex suæ liberalitatis sponse, omnia opera nostra bona, etiam minima coronare uult dominus. Veruntamen sicuti secundum rigidam iustitiæ rationem, ob officia qualiacunque, ipsis seruis non debetur libertas multo minus sentio æternam felicitatem iure deberi quibuscunque probis & præclaris factis mortalium, tanquam illis meritum ex ipsorum natura. Longè enim transcendit illa omne meritum humanum: celsior est omni uirtute humana: præstantior ipsa nostra natura. Cuius licet ipsa sit condita capax, non tamen proprijs uiribus ad eam conscendere ualet: sed tribuitur dono, & munificentia summi Dei. Dei. n. bonitas est, quòd nobiscum conuenerit pepigeritq; ut si iussa eius implemus (licet illa ex officio deberemus) se nobis illam, tanquam pro mercede, tributurum. Secundum illud ipsius ueritatis attestantis. Quicumque potum dederit uni ex minimis calicem aquæ frigide, tantum in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et iterum: Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Et hoc uoluit Chrysost. hom. 33. in Genesin, dicens. Nos etiam si

facimus quæcunque facere poterimus, nihil magnum facie-
mus, ut ei qui nos tantis beneficiis præuenit aliquid repen-
damus. Nostra enim siqua sequuntur, retributio quidem
sunt & debitum: illius autem sunt gratia, & beneficia, &
largitionis magnitudo. Hæc omnia cogitantes, diligamus
Christum.

Art. 11.

Opera humana Deo quidem debita, utilia R H E T.
nihilominus operanti: Quinimmo & uita æter-
na digna, non suapte natura, sed diuini mu-
neris & sponſionis largitate asseruisti. Quæ as-
sertio non uidetur conuenire cum illo Esaiæ.

Quasi pannus menstruatus, uniuersæ iustitiæ ue- Esa. 64.
stræ.

Scrutandas scripturas, non simplici intuitu in super- THEO.
ficie percurrentes, docuit saluator. Non loquitur illic pro- Ioan. 5.
pheta, de omni opere hominum bono, aut iusto, sed de iu-
stitiis legalibus: ut quibusdam placet. Quæ noxiæ qui-
dem forent nunc obseruatæ, cum figurent Christum uen-
turum, quem iam uenisse credimus. Præterea, iustitiæ il-
le legales non fuere tunc in se sordidæ: Sed propter pec-
cata offerentium, eas inquinantia, abominabiles aestima-
uit Dominus. Quod hoc uoluerit propheta, uel ex illo
accipe quod præmisit. Tu, inquit, iratus es: & pecca-
uimus, & in ipsis fuimus, & saluabimur: q. d. non. Ra-
tionem subnectit. Et facti sumus ut immundus, omnes nos.
& quasi pannus menstruatus, uniuersæ iustitiæ nostræ. Sic
sacrificium et incensum abominari, neomeniam, sabbata, et
calendas se odio habere dicit dominus per Esaiam. Quia Esa. 1.
iniqui fuerant cœtus eorū, et manus plenæ sanguine. Quo
uero pacto accepta hæc forent oculis dñi, subdit Esaias di-

DE MERITO

cens. Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationū uestrarū. Quiescite agere puerse: discite benefacere, etc. Et

Pro. 15. *hoc sibi uoluit sapientissimus rex, dñi ait. Victimæ impiorū abominabiles dño: Vota aut̃ inſlorū placabilia. Art. 3.*

RHET. Vel hoc habeo quod quæuis bona opera in peccato mortali patrata abominatur Deus, tanquam pannum menstruatae.

THEO. Licet gratia iustificante destituti, peccatisque exitiālibus obnoxij, nihil perficere queant dignum ad felicitatem æternam consequendam: non tamen quæcunq; agunt oportet esse polluta, ut à Deo spernantur, quemadmodum habitum est sup. titu. 5. art. 7. Alioqui ne unum quidem præceptum implere ualerent. Et quicquid agerent peccato adſcriberetur. Absit ut tā ſæuus ſit dominus, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius: ut à nobis requirat opera ſic perfici in ſtatu gratiæ, ut ſupplicium ſumpturus ſit, ſi non iuſſificati quoduis domini præceptum impleuerimus. Non. n. tenetur filius omni culpa uacare, ut patri honorem, aut obſequiū impendat. Nam etiam adulter filius, ac idolatra patri obſequi obligatur. Quod cū impenderit obſequium, non eſt tranſgreſſor præcepti de honore parentum: licet aliud domini præceptum præterierit. Quamuis enim is labor, qui in illis obeundis aſſumitur, emortuus ſit, quantum ad meritum æternæ felicitatis, non tamen uanus eſt, quantum ad debitum perſoluendum.

Iob. 9. Dicuntur proinde iuſtitie noſtræ collatæ ad exactā diuinam iuſtitiam, deiq; puritatem & maiestatem, quaſi pannus menstruatae. Nam ſanctiſſimus ille Iob ait. Verè ſcio quòd ita ſit: & quòd nō iuſtificetur homo cōparatus Deo. Super quo Greg. lib. 5. moral. c. 26. Humana iuſtitia, diuini

ne iustitiæ comparata, iniustitia est: quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed, in solis radijs posita, tenebratur. Miretur nemo. Dicit enim ipse Iob. Inter sanctos eius Iob. 15.

nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Hoc ipsum habet Chryso. in expositione altera super Matth. hom. 18. Quātum, inquit, ad comparationem Dei, qui solus singulariter est bonus, omnes mali uidentur. Sicut ad comparationē niuis uel solis, omne mundum sordidum uidetur: & omne lucidum obscurum. Hinc & Hieron. ad Damasum Papam: de filio prodigo & frugi, epist. 15. 2. parte ait. Respondemus omnem mundi istius iustitiā ad Dei comparationem, non esse iustitiam. & iſrā. Vnde & ab Apostolo solus iustus, solus dicitur immortalis: non quod angeli iniusti sint, & mortales: sed quod ipse sit immortalis & iustus, cui collata uniuersa iustitia, iniquitas inuenitur. Et Bernar. ser. 5. de dedicatione sic ait. Si ipse quoque iustitiæ nostræ omnes ad lumē ueritatis inspectæ, uelut pannus mēstruat: iniustitiæ nostræ deinceps quales reputabuntur? Absit itaq; ut oēs nostræ iustitiæ in se sint pollutæ, aut à deo spernantur: licet ad diuinam puritatem collatæ, sordide uideantur.

Art 4.

Esto, opera nostra suapte natura non sint pol R H E T.
luta, neque inutilia propter Dei liberalitatem & munificentiam: ea tamen mereri remissionē peccatorum, aut felicitatem eternam non admitteret Paulus. Qui ait nos gratis iustificatos p. gratiam Roman. 3.
Christi: quodque gratia Dei, obueniat nobis ui- Rom. 6.
ta æterna. Concludens, si ex gratia, iam non ex Roman. 11
operibus: alioqui gratia iam non est gratia.

Meritum esse aliquod hominis ad Deum, perspicuum T H E O.

DE MERITO

est scripturas legentibus, ne dicā, perluſtrantibus. Dicit nā
Eccl. 16. que ſapiens. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſe-
 cūdum meritum operum ſuorum. Et iterum. Reddet Deus
Sap. 16 iuſtis mercedem laborum ſuorū. Et ſaluator ait: Voca ope-
Matth. 2. rarios, & redde illis mercedē ſuam. Et iterum: Quicumq;
Matth. 1. potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquę frigide,
 tantū in nomine diſcipuli: amen dico uobis, non perdet mer-
1. cor. 3. cedem ſuam. Et Paulus. Vnuſquiſque, inquit, propriā mer-
Heb. 3. cedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Et ruruſ: Bene-
 uolentię & hoſpitalitatis nolite obliuiſci, talibus. n. hoſtijs
 promeretur Deus. Et. 2. Corint. 4. Quod in præſenti eſt
 momentaneū & leue tribulationis noſtrę, ſupra modum
 in ſublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis.
2 Ioan. Et Ioannes in ſua ſecunda canonica ait. Videte ne quę ope-
aco. 1. rati eſtis, perdatis: ſed mercedem plenam recipiatis. Et bea-
 tus Iacobus. Qui perſpexerit in lege perfectę liberatis, et
 permanserit in ea, non auditor obliuiſus factus, ſed factor
 operis: hic beatus in facto ſuo erit.

Si quoque prauis operibus poena & ſupplicium debe-
 tur: quare rectis & probis factis præmia deberi quis nega-
 bit? Dicit enim Hierony. contra Iouini. cap. 32. lib. 2. epiſt.
 6. Re uera grandis eſſet iniuſtitia Dei, ſi tantū peccatum
 puniret: & bona opera non ſuſciperet. Neq; enim iuſtitie
 Dei eſt, ut obliuiſcatur bonorum operū, & miniſterij qđ
 propter nomen eius exhibuiſtis, & exhibetis in ſanctos:
 & tantū meminerit peccatorū. Art. 5.

R H E T. Meritum quidē aliquod hominis eſſe ad Deū
 non inficior. Discrimē uerō meriti condigni, &
 congrui non inuenio: cum utrūque exigat debi-
 tam mercedem. Differt uerō gratia à merito: quia

hic debitum, illic reperitur minime.

Non nisi quod scripturæ consonum est, loquimur. Vt THEO. autem nostra sententia innotescat, præmittimus, quod in gratuitis nullum est debitum: In merito uerò debitum: asserimus: secundum illud Apostoli. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam: sed secundum debitum. Et quemadmodum duplex est debitum, ita duplex est meritum. Debitum ex condigno asserimus, quando ex natura & conditione operis efficitur quis dignus: ut iustitia iudicante, reddatur talis merces, propter æqualitatem operis, & mercedis, secundum iustitiæ æstimationem. Tale est debitum operis mercenarij & denarij diurni inter pretium & mercedē. Aliud est debitum de congruo nuncupatum, quando redditur merces, nō ex natura operis debita, sed ex liberalitate donantis. Aliquid enim cōgruit liberalē & munificum dare, quod ex condigno non meretur operarius accipere: quemadmodum docet saluatoris parabola, ubi bene dispensanti decem mnas, gubernatio committitur Lucæ. 19. decem ciuitatum, meritū de condigno in priori debito inuenitur: meritum uerò congrui in secūdo. Meritum condigni regulatur iustitiæ æquitate: meritum congrui innititur liberalitati reddentis: nec meriti nomen habet propriē, sed meriti modū: quemadmodum & debiti modū amplectitur.

Meritum congrui hominis ad Deum, est quod diuinæ liberalitati nititur. Congruum profectō est, ut bene utenti hono naturæ propter Deum, deus qui est maximē munificus bona gratiæ largiatur. Qua forma ait ueritas ipsa. Omni habenti dabitur, & abundabit. Vbi Theoph. Qui nego Luc. 19. ciatione boni multa lucratus fuerit, illi dabitur & amplius. Exo. 1. Sic quippe obstetrices Israelitici populi, solertia sua seruā

D E M E R I T O

tes & non interimentes mares, meruerunt sibi edificari
 3. Reg. 10. domos. Et Iehu uindicans peccatum Achab, eius perimen-
 Ezech. 29 do domum, meruit sibi regnum in quartam generationem.
 Nabuchodonosor quoque meruit sibi dari terram Aegy-
 pti: quia seruiuit domino contra Tyrum. De hoc merito
 ait Aug. l. 1. cap. 8. de baptismo contra Donatistas. Corne-
 lius angelum ad se mitti, & missum meruit intueri, per
 quem posset utique sine hominis alicuius accessu cuncta ne-
 cessaria discere. Sed quoniam quicquid boni in orationibus
 & eleemosynis habebat prodesse illi non poterat, nisi per
 uinculum Christiane societatis: iubetur mittere ad Petrum,
 & per illum discit Christum. Per illum etiam baptiza-
 tus, Christiano populo, consortio comunione iungitur.

Hoc quoque meritum nomen meriti proprie non ha-
 bet, tum quia debiti rationem non complectitur, ex libera-
 litate reddentis dependens: tum quia in peccatoribus gra-
 tia carentibus inuenitur. De hoc merito est illud. Conuer-
 Zach. 1. timini ad me: & ego conuertar ad uos. Et illud Ezechie-
 Ezech. 8. lis. Quacunque hora auerterit se impius ab impietate sua,
 & fecerit iustitiam: ipse animam suam uiuificabit. Faciente
 namque homine quod in se est, Deus superaddet quod suum
 est ex sua munificentissima liberalitate & bonitate.

Meritum uero condigni duplex inuenitur. Vnum strictè seu
 proprie captum. Diciturque uoluntaria actio, propter quam
 alicui merces debetur rigore iustitiæ: ita uidelicet, ut inius-
 tus censeatur qui hanc mercedem non reddit. Tale quidem
 meritum non est hominis ad Deum: Si enim deus nemini
 redderet operum suorum mercedem, iniustus non esset. Nam
 quicquid nostri est officij, ei debitum est. Et quod suum est,
 ei reddimus.

Aliud dicitur meritum, quod nō suapte natura, aut simpliciter dignum est mercede, sed ex suppositione retribuētis, quale foret. brauij meritum in hastiludio, in certamine luctæ, in chorea, uel theatris. Eiusmodi ē meritum hominis ad Deum, qui ex liberalitatis suæ ordinatione, statuit opera nostra acceptare, tanquam digna felicitate æterna: secundum illud apostoli. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorū. Dicitur hoc meritum inniti iustitiæ: quia iustum est, ut qui legem condidit, eam seruet: uerāque efficiat suam promissionem, qui spopōdit. Si autem Deus suæ repromissionis legem non seruaret, sponsionēque non faceret efficacem, aliis iniustitiam non faceret: sibiūpsi uerò iniuriam irrogaret.

Colos. 1

His concordantur quæ sibi dissidere uidentur doctorum dicta. Nam quæ tollere uidentur meritum hominis apud deum, de primo merito condigni loquuntur: quale est illud Aug. in epistol. ad Sixtum presbyterum contra Arrianos, epist. 105. Querimus (inquit) meritum misericordiæ: nec inuenimus, quia nullum est: ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Et illud Chrysost. super Ioā. ho. 13. Non nostris præcedentibus meritis, hanc accepimus remunerationem (cum nihil essemus,) sed gratia dei. Quæ admodum et apost. ait: Gratia dei uita æterna. et iterum. Ro. 6 Non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram Ro. 8 gloriam: quæ reuelabitur in nobis. De merito uerò condigni secundo, loquitur Hiero. contra Iovinian. lib. 2. cap. 43. Nō est (inquiēs) iniustus deus: ut obliuiscatur operis eius, scilicet Pauli: et dispar meritum equali mercede cōpenset. Idem cap. 47. Iam nostri laboris est, pro diuersitate uirtutum diuersa nobis præmia præparare. Alchuius uerò su= Ioan. 14

D E M E R I T O

per illo Ioan. In domo patris mei mansiones multe sunt: sic habet. Quia merita eorum diuersa sunt, ideo in domo patris mei mansiones multe sunt, ubi mansionē pro suo quisque accepturus est merito. Et Beda in ho. de nuptijs. Quia bona est castitas cōiugalis, melior cōtinentia uidualis, optima perfectio uirginalis, ad cōprobandam oīum electionē graduum, discernendū tamen meritum singulorum, ab intemperate uirginis utero nasci dignatus est: à prophetico Anna uidue ore mox natus benedicitur: & à nuptiarum celebratoribus iā iuuenis inuitatur. Et Aug. de moribus ecclesie, lib. 1. ca. 25. Vita, inquit, æterna, est totum præmium, cuius promissione gaudemus. Nec præmiū potest præcedere merita: & prius homini dari, quàm dignus sit. Quid, n. hoc iniustius? Et quid iustius Deo? Non ergo debemus poscere præmium, antequam mereamur accipere. De hoc merita

2. Tim. 4. to loquitur Paulus dicens. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi dominus in illa die, iustus index. Et alibi. Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Art. 6.

R H E T. Quomodo meritū conuenire ualet cum gratia? dicente apost. Gratia Dei uita æterna. Et alibi: Rom. 9. Reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ fient. Si autem gratia iam non ex operibus: alioqui gratia iam non est gratia.

Humanum meritum non ex natura operis, sed ex Dei largitate & sponſione diximus prouenire: qui se statuit debitorum. Afferit hoc Augu. de trini. lib. 14. cap. 15. Quid animam (inquit) faciet beatam, nisi meritum suum, & præmium domini sui? Sed & meritum eius, gratia est illius: cuius præmium erit beatitudo eius. Idē rursus in epi. 106.

ad Bonifa. contra Pelag. Ipsum, inquit, hominis meritum,
 donum est gratuitum. Et iterum ad Laurentium in Enchiri-
 dio cap. 107. Ipsam uitam æternam, quæ certa merces est
 operum, gratiam Dei appellat Apost. dicens: Stipendium *Roma, 6.*
 peccati mors, gratia autem Dei, uita æterna in Christo Ie-
 su domino nostro. Stipendium pro opere militiæ debitum
 redditur: non donatur. Ideo dixit, stipendium peccati mors:
 ut mortem non immerito illatam, sed debitam demonstra-
 ret. Gratia uero nisi gratis sit, gratia non est. Intelligen-
 dū est igitur etiam ipsa hominis bona merita, esse Dei mu-
 nera: quibus cum uita æterna redditur, quid nisi gratia pro
 gratia redditur. Et in epi. 105. ad Sixtum. Quid est, inquit,
 meritum hominis ante gratiam? quo merito percipiat, gra-
 tiam, cum omne meritum nostrum non in nobis faciat nisi
 gratia. Et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud co-
 ronatur nisi munera sua. Et post pauca. Vnde & ipsa uita
 æterna, quæ utique in fine sine fine habebitur, & ideo præ-
 cedentibus meritis redditur. Tamen quia eadē merita qui-
 bus redditur, nō à nobis parata sunt; per nostram sufficien-
 tiam: sed in nobis facta per gratiam: etiam ipsa gratia nun-
 cupatur, non ob aliud nisi quia gratis datur: nec ideo quia
 meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus
 datur. Et iterum serm. 2. dominica post octa. Epipha. Et. n-
 cum hinc exieris, recipies (inquit) pro meritis: & resurges
 ad recipiendum quæ egisti: Tunc Deus coronabit non tam
 merita, quam dona sua. Huic adstipulatur & illud Hiero.
 in dialogo contra Pelag. 1. par. epist. 17. Quid coronat in
 nobis Deus? Quod ipse operatus est: uoluntatem nostram,
 quæ obtulit omne quod potuit: & laborem, quo contendit
 ut faceret & humilitatē, quæ semper respexit ad auxilium

D E M E R I T O

Dei. Huic subscribit & Greg. lib. 24. Moral. ca. 9. Iustitia (inquit) nostra, non nostra: sed Dei est.

Locum uerò Apostoli in questione proposita citatum intelligit Aug. lib. 5. contra Pelag. c. 3. de gratuita Dei electione, quam negat Apostolus esse ex merito operum à Deo praeuisorum. Atque eundem latius tractat. De libe. arb. & gratia. cap. 8. & 9. ostendens illum intelligendum de operibus liberi arb. gratiam praecedentibus: quæ. s. insunt homini ex propria naturæ uiribus. Non autem de operibus à gratia factis, quæ & gratia rectè uocantur.

Videat ex his pius Christianus lector, quā catholice ex sacro eloquio cōformiterq; ad sacratissimos uetustissimosq; doctores, de merito humano sentiant Theologi: asserentes illud nō ex operis natura, sed ex diuina gratia, & sponsonis suæ largitate prodire. Et quō Lutheri sectatores perdere & eliminare moliuntur humanum meritum, sub fūco et uelamine efferendi, & prouehendi diuinam gratiam, ut merito ab humano corde relegato, reddāt homines segnes, nihilq; operantes, solūq; diuinæ gratiæ sine operibus debitis cōfidentes: cōtra illud Chry. in Ioan. ho. 66. super illo. Non est meum dare uobis &c. Dominus undique illos cōpellebat in gratia Dei primū: deinde in laboribus proprijs omnem salutem, & gloriæ spem reponere. Art. 7.

R H E T. Cū meritum innitatur iustitiæ, non admit-
tendum uidetur in ordine ad ipsum Deum: cum
inter Deum & hominem non sit iustitia. sicut nec
inter patrem & filium: dominū & seruū. quod
Rom. 8. corroborat & ipse Paulus dicens. Non sunt con-
dignæ passionēs huius temporis ad futuram glo-
riam, quæ reuelabitur in nobis.

Optimè

Optimè opponis Rhetor. Non enim asserimus inter deum & hominem meritum strictè captum, quale est inter homines æquales, sed ex suppositione duntaxat, & ordinatione diuinæ gratiæ, & munificentiæ. Quamobrem ibi nō propriè iustitia, sed iustitiæ modus reperitur: quo iustum est, ut ueram & efficacem faciat suam promissionem Deus. Quod uerò non sint condignæ pæssiones huius temporis ad futuram gloriam, munificentia & bonitatis dei est: qui citra condignum punit peccatorem: & supra condignum remunerat iustorum opera. Cum itaque æqualitas inuestigatur operum nostrorum, ac gloriæ beatitudinis, collatio proportionis metienda est, ut ex gratia Dei, & motione spiritus sancti, non ut ex libero nostro arbitrio duntaxat proueniant opera nostra. Diximus enim beatitudinem longè transcendere omnem rectitudinem actuum nostrorum: ac præstantiorem esse omni uirtute humana: imò & ipsa natura. Cuius beatitudinis, etsi capax sit uatura, non tamen adipisci, aut conscendere ualet propriis uiribus: sed dono, sed adiutorio diuinæ gratiæ. Hanc proportionem innuit Paulus, dum ait. Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. At ne ipsa proportio existimetur metienda ex solo nostro libero arbitrio, sed etiam ex dei gratia, subiunxit: Dei enim adiutores sumus. Quemadmodū enim quædam est proportio inter radicem seu semen, atque ipsum fructum, secundum illud Bernardi in sermone de diuo Benedicto: iuxta radicem quantitatem, rami prodire noscuntur. Et quot radicibus arbor innititur, tot ramis arbor decoratur. Ita confertur gratia (ex qua suā efficaciam habet nostra opera) gloriæ. Est enim gloria gratia cōsummata.

DE MERITO

ARTIC. VIII.

RETH. Si peccatorum remissionē, nostramque me-
remur beatitudinē, qd præstat nobis Christus?

THEO. Hoc in te reiicio iaculum: Si fide iustificamur (ut fa-
teris) quid prodest, aut præstat nobis Christus? Art. 9.

RETH. Diximus fidem nō secludere gratiam: quā-
obrem fide iustificari, æquipollet ei, quod est ex
gratia iustificari.

THEO. Probauimus & nos, meritum nostrum non secludere
gratiam Dei: sed gratiam causam esse meriti: Et sic bea-
tudinē ex merito, pariter & ex gratia dari: ut ostende-
runt authoritates citatæ articulo sexto.

Nam omne meritum præuenit gratia: ut ait Augusti-
lib. 13. confessionem: cap. 1. dicens: Tu domine deleuisti om-
nia mala merita mea, ne retribueres manibus meis, in
quibus à te defeci. Et præuenisti omnia bona merita mea,
ut retribueres manibus tuis, quibus me fecisti. Et opera
nostra meritoria sunt duntaxat ex suppositione ordinatio-
nis dei non suapte natura. Itaq; uita æterna ex gratia, si-
mul & ex merito prouenit, uerū et si nullus mereatur
suam à peccato iustificationem (quia ante gratiam nullū
est meritum) cooperari tamen hominem suæ iustificatio-
ni, non inconuenit, ut habitum extitit. 3. arti. 7. dicit quo-
que August. de uerbis apostoli. serm. 15. Deus qui fecit te
sine te, nō te iustificat sine te. Cū itaque subiungis, Quis
præstat nobis Christus? Multum profectò. Sine Christo
nempe non est iustificatio: non est beatitudinis meritum
non est retributio meritorum. Fides quidē parat accessum
ad Christum: Gratia uerò & charitas uniunt nos Christo
Hebræ. 11. sto. Et sicut sine fide impossibile est placere Deo: ita quod

non diligit manet in morte. Fides itaque iustificat, quasi 1. Ioan. 3
prima uirtutum. Gratia uerò & charitas uniunt nos Deo
in eadem iustificatione: & opera nostra beatitudinem me-
rentur. Nihil eorū sine merito passionis Christi. Art. 10

Voluit dominus nos esse filios, non seruos R H E T.
mercenarios, operantes gratia mercedis: sed pa-
ternā præstolari liberalitatem. Qui itaque seruit
Deo propter suam beatitudinem, seruum, non
filium se exhibet: diligens Deum amore concu-
piscentiæ, non amicitiae. hoc est, amorem Dei in
suum commodum referens, nō gratis Deo ob-
sequens propter suam bonitatem.

THE O.

Mercenarius ille seruus uituperandus uenit, qui sola
spe mercedis aut timore, obsecundat domino: aliās nō pa-
riturus. Sancti uerò Deum colūt in laboribus, in uigiis,
in ieiuniis, in melotis, in gratiam beneficiorum, in gloriā
Dei: Non tamen inconuenit, laborum suorum & certa-
minum sperare mercedem & fructum. Ait enim Aposto.
Debet in spe qui arat arare: & qui triturat, in spe fructus
percipiendi. Sic aliquando apostolus fidenter ait. Reposi Tim. 4.
ta est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in
illa die, iustus iudex. Et Dauid. Inclinaui cor meum ad fa Psalm.
ciendas iustificationes tuas in æternum propter retribu-
tionem. Fatuū nanque est dicere, non debent in stadio cur-
rentes, in agone contendentes, in theatris, aut lucta certā-
tes brauium contemplari: aut eius gratia decertare. Dicit
nanque Apostolus: Confugimus ad tenendam propositā Hebr. 6.
spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac fir-
mam, & incedentē usque ad interiora uelaminis, ubi præ-
cursor pro nobis introiuit Iesus. Subscribit huic August.

DE MERITO

in libro de moribus ecclesie, cap. 25. dicens. Non debemus poscere premium eterne uitae, antequam mereamur accipere. Ergo ubi iam meruimus, sperare & poscere licet. Declarat hoc & Chrysost. in Gene. homi. 24. Si, inquit, agricola negotiator, & miles (ubi & incerta spes, & plures frustrationes, pluraque impedimenta) non ita dānat labores, ut à meliori propterea spe desista: Quali nos uenia digni erimus, ita negligentes ad capeffendā uirtutem, & non omnem laborem sponte subeuntes: cū tam secura nostra spes sit, tantāque nobis bona reposita: uincātque magna abundantia retributionis & mercedis, oīa quæ à nobis facta sunt? Audi quoque & ipsum Apostolum dicentem. Non sunt cōdignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Feramus ergo fortiter hæc temporalia: neque desistamus à uirtutum studijs: ut æternis & semper manentibus bonis fruamur. Quod autem tales simus cōducti mercenarij, docet saluatoris de uinea parabola. Et Chrysost. in expositione altera in Matth. homi. 34. Scitote, inquit, quia mercenarij sumus cōducti à Deo. Mercenarius nō potest esse sine opere: opera nostra sunt opera iustitiæ. Nemo sic cōducit mercenarium, ut hoc solum faciat quod māducet. Sed & nos non ideò uocati sumus à Christo, ut hæc sola operemur quæ ad nostrum pertinent usum: sed ad gloriam Dei. Et sicut mercenarius prius respicit opus suū, deinde diaria sua: Sic & nos, si mercenarij Christi sumus, primum debemus aspicere quæ ad gloriam Dei pertinent, proximiq; profectum: deinde quæ ad nostram utilitatem.

Liquet ex his meritū aliquod esse hominis ad Deum: sed non tale quale est inter homines. Nam si Deus homi-

hi operanti mercedem non redderet, iniustitiam ei non faceret: neq; iniustus dicendus ueniret Deus: Sibi ipsi uero iniuriam irrogaret: non uerum faciens quod repromiserat. Huic consonat illud Bernar. ser. i. de annūciatione dominica. Neq; talia sunt hominum merita, inquit, ut propterea uita aeterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriā aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam ut taceam quod merita omnia bona Dei sunt, & ita homo magis propter ipsa Deo debitor est, quā Deus homini: quid sunt merita omnia ad tantam gloriam? Habes ea per illum. Et de uita aeterna habeas necesse est testimonium spiritus: quod ad eam diuino sis munere peruenturus. Ipse enim peccata cōdonat, ipse donat merita, & prēmia nihilominus ipse redonat. Porro meritum istud nō pugnat cum gratia. Nam quod meritum sit, gratiæ Dei est: uolentis & statuentis labores nostros digna mercede compensare: licet beneficijs diuinis debiti sint. Nec piam cuiusquam aurem offēdat, quod meritum ipsum dignum dixerimus uita aeterna: cū sit quædam proportionata æqualitas inter gratiam Dei operantem cum libero nostro arbitrio, & retribuentem uitam aeternam.

Neque meritum nostrum pugnat, cum merito passionis Christi. Nam Christus ipsam nobis beatitudinem meruit: gradū uero beatitudinis, nostris operibus nobis comparamus: & hoc quidem gratia Dei, secundum illud Pauli. Vnusquisq; propriā mercedem accipiet, plus minusue, i. Cor. 3. secundū suum laborem: Dei enim coadiutores sumus.

De merito nostro loquitur decretum Clemētis cap. 8. ubi dicitur. Omnia opera, et merita sanctorum dona sunt Dei. Et Chrysost. de Adam & Eua. homi. i. Tāta est, in-

DE GRATIA ET LIB. ARB.

quit, erga omnes bonitas Dei, ut nostra uelit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Adstipulatur & nostræ sententiæ illud Basilij in sermone, ut Deo placeamus. Nos, inquit, quotidie uocas ad uitæ frugem: partim timore poenæ perterres, partim mercede, & præmijs inuitas, nunc lege naturæ admones, &c. Quomodo autem meritis utendum sit, habet Bernardus allegatus supra tit. 5. art. 8. circa finem.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO TITVLVS VII. ARTICVLVS PRIMVS.

RHET. **D**icit Hier. Nō est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Et Paulus. Non sumus sufficiens ex nobis quasi ex nobis cogitare aliquid: sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Et iterū ait Esaias: Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Ex his facile elicitur nullam nobis esse arbitriū libertatem.

THEO. Sollicitè hic ambulandum homini existimo: ne unam declinans, in aliam incidat hæresim: hoc uerò proprium noueris hæreticis, ut unitatem tenere nequeant. Nō enim cum Christo colligunt: sed dissipant. Bardeanes quidam Syrus, ut habet August. in lib. de hæresibus cap. 35. fatetur ascripsit conuersationes hominum. Manichæus uerò peccato primi parentis sic ait perijsse liberum hominis arbitrium, ut nemo iam potestatem habeat bene uiuendi: sed omnes in peccatum carnis suæ necessitate cogantur. Petrus autem Abbalardus omnia dixit absoluta necessitate

euenire: neque Deum posse facere, nisi quæ facit. Quem imitatus est Ioannes Vvicleff. Afferunt & Albanenses peccatum non esse à libero arbitrio. Lutherus uerò docet, quòd liberum arbitrium non est dominus suorum actuum ipsumq; non agere, sed potius pati contendit. Hi omnes libertatem arbitrij homini auferunt. Pelagiani uerò econtrariò sic efferunt liberum uoluntatis arbitrium, ut gratie Dei locum non uideantur relinquere: Nam gratiam Dei atque eius adiutorium non ad singulos actus necessariò dari asserunt: Sed in hominis esse libera potestate, etiam omnia perfectionis opera per liberum solum arbitrium perficere, Hoc solum diuinæ gratie tribuunt, quòd talem hominem condiderit Deus nature, ut hæc possit. Pelagianorum & Manichæorum errores, pluribus uoluminibus exterminauerunt tam Hieronymus quàm Augustinus.

Vt autem eam materiam sub compendio perstringamus: dicimus hominem liberum habere uoluntatis arbitrium: in malum quidem per se: in bonum uerò gratia Dei mouete & adiuuante, secundum illud Osee. Perditio tua Osee. 13 ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Hanc arbitrij libertatem insinuauit dominus dum ait ad Cayn: Gene. 4. Nonne si bene egeris recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit: Et in Deuteronomio: Considera, inquit, q; hodie pposuerim in conspectu tuo uitam & bonum: & econtrariò mortem & malum, ut diligas dñm Deum tuum: & ambules in uijs eius, & uiuas: & multiplicet te, benedicatq; tibi. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, prædico tibi hodie, q; pereas, & paruo tempore moreris in terra: ad quam Iordane transmissio ingre-

DE GRATIA ET LIB. ARB.

dieris possidendam. Et dum ait Salomoni. Postula à me
 1. Reg. 3. q. uis, ut dem tibi. Pari forma dixit David, Siquis sponte
 1. Par. 26. offert, impleat manum suam hodie. Sapiens quoque ait:
 Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illū in ma-
 nu consilij sui. Adiecit mandata & praecepta sua. Si uo-
 lueris mādāta seruare, cōseruabunt te. Apposui tibi aquā
 & ignem: ad quod uolueris porrige manum tuam. Et ite-
 rum dominus per Esaia. Si uolueritis & audieritis me,
 Esa. 1. bona terrae comedetis. Et saluator ait. Hierusalem quae uo-
 Matth. 23. cidis pphetas, &c. quoties uolui uos congregare, quema-
 admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & non
 Luca. 9. luiti. Et rursus: Siquis uult post me uenire, abneget semel
 Apoc. 2. ipsum, &c. Dicit etiam in Apoc. Dominus, Dedi illi tem-
 pus poenitentiae: & non uult poenitere. Articulus. 2.

RETH. Vel liberum arbitrium, uel gratiae necessita-
 tem ab homine auferre oportet. Nam si liberū
 habet opandi arbitriū, gratiae alterius adminicu-
 lo nō eget. Si uero indiget, liber non est homo.

THEO. Quemadmodum titulo praecedenti deduximus meri-
 tum non secludere Dei gratiam, sed ab ea causari: ita libe-
 rum arbitrium complecti diuinam gratiā curabimus edo-
 cere. Ut autem hoc perspicuum fiat, quasi pro basi confi-
 temur illud Apostoli. Non sumus sufficientes ex nobis
 2. Cor. 3. quasi ex nobis cogitare aliquid: sed omnis sufficientia no-
 stra ex Deo est. Quid enim tam in nostra uidetur pote-
 state, quā uelle ipsum? Nihil profecto ait August. lib. 3.
 cap. 3. de libe. arbit. Velle autem non possumus, nisi Deus
 per gratiam praeuenientem largiatur ut uelimus, teste apo-
 stolo qui ait: Deus operatur in nobis uelle, & perficere,
 Philip. 2. pro uoluntate sua bona. Vbi & glos. ordi. Per proprium

arbitrium, nisi gratia Dei ipsum adiuuetur, nec ipsa bona uoluntas esse in homine pōt. Cōfirmat hoc ueritas ipsa dicens. Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus qui misit Ioan. 16. me, traxerit eum. Rursus per Ezech. dicit dominus. Da- Ezech. 36. bo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis: ut in praeceptis meis ambulent. Et iterum. Ego faciam domus Israel nō propter uos, sed propter nomen meum sanctum quod prophanaſtis in gentibus, & sanctificabo nomen meum magnum. Ego faciam, inquit, non propter uos, aut propter merita uestra praecedentia, sed propter nomen meū. Ibidem.

Patet itaque quod nihil possumus uelle boni, nisi uoluntatem moueat spiritus sanctus, & nisi gratia Dei nos praeueniat ut uelimus. Docet & hoc August. lib. 2. cap. 18. de pec. meritis sic inquit. Liberum arbitrium huc atque illuc sic flectitur, ut malē uti malus possit, & bene bonus. Sed non nisi ex Deo bonam uoluntatem habemus. Paratur enim uoluntas à domino, qui operatur in nobis uelle & operari. Et iterum. lib. 1. cap. 4. contra duas epistolas Pelagij. Nō potest, inquit, homo aliquid uelle boni, nisi adiuetur ab eo, qui malū non pōt uelle, hoc est gratia Dei per Iesum Christū, secundum illud Psal. Misericordia eius praeueniet me. Mouendo utiq; uoluntatem, ut bonū uelit. Hoc etiam habet Tertullia. in lib. definitionum ecclesiast. dogmatum cap. 21. Manet ad querendam salutem arbitrij libertas, id est, rationalis uolūtas: sed admonēte prius Deo, & inuitante ad salutem, ut uel eligat, uel sequatur. Et infra. initium ergo salutis nostrae Deo miserante habemus.

Articulus. 3.

Si necessario Deus praeuenit uoluntatem, ut RETH. bonum uelit: quomodo liberi sumus arbitrij?

DE GRATIA ET LIB. ARB.

THEO. Dat dominus gratuito, ut uelinus bonum. Verū quia omnia secundum sibi inditam naturam gubernat: uoluntatem quā liberam condidit, mouet quidem ut liberē uelit, non autem necessitate compellit, secundum illud Chryso. hom. de conuersione Pauli Tom. 6. Deus nolentes nō cogit: sed uolentes trahit. Nam si ipse uult, nos autem nō uolumus, ad nostrā salutem nihil proficiunt ea, quæ alioquin efficacia sunt: Non quia infirma sit eius uoluntas, sed quia cogere neminem uult. In libertate itaque hominis situm est, assentire uel dissentire diuinæ uolūtati, parere uel spernere eius motionem secundum illud sapientis. Ante hominem uita & mors bonum & malum, quid placuerit, datur illi. **Eccles. 15.** Confirmat & hoc Theop. super illo: Multi sunt uocati pauci uerō electi, dicens: Dei quidem est uocatio, electos autem fieri uel non: nostrum est. Et Hierony. contra Ioui. lib. 2. cap. 32. Liberi arbitrij nos condidit Deus: nec ad uirtutes, nec ad uitia necessitate trahimur: Alioquin ubi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Rursus idem in dialogo contra Pelag. lib. 3. episto. 17. In nostra, inquit, positum est potestate peccare uel non peccare: ad bonum uel ad malum extendere manum: ut liberum seruetur hominis arbitrium. Voluntas tamen nullo modo sufficit ad bonum, nisi auxilio superiori roboretur, ut ait Chrysost. homi. 85. in Matth. Ideoq; Deus cooperari nobis debet, ut quæ uolumus perficiamus. Velle adiacet mihi. **Rom. 7.** inquit Apostolus, perficere aut non inuenio. Nam Deus est qui operatur in nobis uelle, et perficere. Et rursus: Deus qui cœpit in uobis opus bonū, perficiet usq; in diē Christi. **Philip. 2.** Iesu. Hoc ipsum uoluit Hiero. cōtra Pelagi. epist. 13. dicens: Conditi sumus liberi arbitrij, sed ipsum liberum arbitrium

Dei ntitur auxilio, illiusq; per singula ope indiget.

Dat itaque dominus ut bonum uelimus, per uoluntatem uerò nostram liberè acceptamus, et uolumus bonum. Dum autem uolumus bonum, nobis cooperatur Deus ut perficiamus: sicut praeuenit nos ut uellemus. Quāobrem Esa. 26 ei dicimus illud Esaie: Omnia opera nostra operatus es nobis domine. Et illud regij prophetae, Misericordia tua Psalm. praeueniet me. Et misericordia tua subsequetur nos. Et iterum: Misericordia tua domine adiuuabit me. Quid ergo coronat in nobis, atque laudat Deus? ait Hierony. in dialogo contra Pelagij haeresim parte. 1. episto. 17. Quod ipse operatus est: uoluntatem scilicet nostram, quae obtulit omne quod potuit: & laborem, quo contendit ut faceret, & humilitatem, qua semper respexit ad auxilium Dei. Homo enim liberè cooperatur diuino auxilio praeuenienti, & subsequenti. Dicit iterum Hieronymus ad Damasum: Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semp Dei indigere auxilio. Et tam illos errare qui dicunt cum Manicheo, hominem peccatū uitare nō posse: quā illos qui cū Iouinia. asserūt hominem nō posse peccare. Vterq; n. tollit arbitrij libertatē. Et Tert. li. 2. aduersus Marcionē: Nec boni, nec mali, inquit, merces iure pensaretur, ei qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuētus, nō uolūtate. Cypri. aut ad Corne. Papam, lib. 1. episto. 3. sic habet. Homo libertati suae relictus, & in arbitrio proprio cōstitutus sibimetipsi uel mortem comparat, uel salutem.

Perpicuum fit ex his, quod gratia non tollat liberum uoluntatis arbitrium: sed perficiat, secundum illud Chrysost. de Adam & Eua, hom. 1. His ecclesiasticis regulis, & diuina sumptis auctoritate documentis, ita confirmati

DE GRATIA ET LIB. ARB.

sumus, ut omnium bonorum effectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumq; uirtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur authorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire. Per quem item fit, ut aliquid boni uel le inueniamur & facere. Quo utiq; auxilio & munere Dei, non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Agit quippe in nobis, quod uult & uelinus & agamus.

Constat itaque quod nihil boni ualeat liberum arbitrium, nisi gratia Dei adiuuetur. Nihilq; agat Dei gratia, sine libero arbitrio hominis rationis capacis cooperante. Docet hoc luculenter D. Grego. lib. 16. Moral. cap. 11. sic inquit. Quia diuina bonitas ut nos innocentes faciat, praeuenit. Paulus ait. Gratia Dei sum, id qd' sum. Et quia eadem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit. Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius oibus laboraui. Vt ergo sine gratia se nihil esse ostenderet, ait. Non ego. Vt uero secum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit. Sed gratia dei mecum. Munditia itaq; manuum suarum innocens saluabitur, quia hic praeuenitur dono, ut innocens fiat. Cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur.

Differuit haec ipsa concilium Mileuitanum contra Pelagianos conuocatum, ca. 5. Vbi dicitur, Quicumq; dicit. Si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possumus etiam sine illa implere mandata Dei, anathema sit. Et cap. 4. Haec gratia non solum ostendit quid appetere sciamus, aut uitare: sed per illam nobis praestatur, ut quod

faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque
ualeamus.

Articulus. 4.

Ait dominus per Ezechielem: Proiicite à uo R E T H.
bis omnes prauaricationes uestras, quas impiè Ezech. 18.
egistis in me: & facite uobis cor nouū, & spiri-
tū nouū, & facite oīa mandata mea. Igitur in no-
stro sitū uidetur arbitrio, ut ad deum nos cōuer-
tamur: & non gratiam p̄uenientem p̄stolemur.

Obiectioni tuæ respondet August. de gratia & libe. THEO.
arbi. ca. 3. Meminerimus (inquit) deum dicere: proiicite à Ezech. 18.
uobis omnes iniquitates uestras, cū ipse iustificet im-
piū. Meminerimus ipsum dicere, Facite uobis cor no-
uum, & spiritum nouum: Qui dicit. Dabo uobis cor no-
uum, & spiritum nouum dabo uobis.

Quomodo ergo quod dicit facite uobis, hoc dicit da- Ezech. 39.
bo uobis? Quare iubet, si ipse daturus est? Quare dat, si
homo facturus est, nisi quia dat quod iubet: & adiuuat,
ut faciat cui iubet? Semper est autem in nobis uoluntas li-
bera: sed non semper est bona. Aut enim à iustitia libera,
quando seruit peccato, & tunc est mala. Aut à peccato
libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona: Gratia
uerò dei semper est bona: & per hanc fit, ut sit homo bo-
næ uoluntatis. uide suprā tit. 3. art. 7. & art. 8. Artic. 5.

Quid sibi uult Apostol. dum ait: Non enim R E T H.
quod uolo bonum hoc ago, sed quod odi ma- Rom. 7.
lum, illud facio?

Dicunt Theologi duplicem esse hominis appetitum, THEO.
sensitiuum uidelicet, & rationalem: qui sibi inuicem aduer-
santur. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spi- Galat. 5.
ritus aduersus carnem.

DE LEGIS OBLIGA.

Vult itaq; dicere. Et si uoluntas rationalis bonum appetat perficere, secundum fidem aut rectæ rationis dictamen: appetitus tamen sensitiuus renititur: & tantū aliquando hominē deflectit, ut operetur secundū appetitum sensitiuum, reluctā te rōne, quæ semp deprecatur ad optima.

DE LEGIS OBLIGATIONE, TITVLVS. VIII.

ARTICVLVS I.

RHET. **I**ustos non astrictos legi docet Apostolus, dum ait. Iusto non est lex posita. Et iterum. Si spiritu ducimini, non estis sub lege: Non ergo astringitur iustus operibus præstandis ipsa lege præscriptis.

THEO. Miror uos tam pueriliter labi. Absit à Paulo, ut uelit seruos Christi, ueluti filios gemini, absque lege aut iugo uiuere: ubi Christus tanta exhibuit obedientiæ præstandæ exempla. Ait enim aliquādo ipsemet Paulus. Quæ à Deo sunt ordinata sunt, quæ uerò ordinata sunt, sine lege esse non possunt. Legem autem præuaricari non licet. Angelis namq; & primis nostris parentibus legē condidit Deus, quam quia præuaricati sunt: angeli è coelo, parentes uerò nostri è paradiso pulsi sunt. Quia uerò aliquando dixerit saluator. Si filius uos liberauit, uerè liberi eritis: Nō per hoc suos ab omni lege eximere uoluit: sed à seruitute peccati liberos esse. Hoc uel ex illo innotescet, quod præmiserat. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ab hac peccati seruitute liberare nequiuerāt, uel ipsa legalia quidem sacrificia: dicente Apostolo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo, Et si ex lege esset in

stitia, Christus gratis mortuus fuisset. Per legem enim cognitio peccati, non abolitio: Vt supra habitum est titulo tertio. Figura quippe fuerunt legalia perfecti sacrificij Christi. Poterant profectò abolere quasdam carnis irregularitates, non autē peccati sordes, secūdum illud Apof. Si sanguis hircorum, aut taurorum & cinis uitule asper Hebr. 9: sus iniquitates sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit consciētiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuētī. Confirmat nostrā sententiā Alchuius super praefato uerbo. Si filius uos liberauerit. Hæc est (inquit) spes nostra fratres: ut à libero liberemur: & liberādo seruos nos faciat. Serui enim eramus cupiditatis: liberati, efficimur serui charitatis. Prima libertas est, non permanere in peccato, seruire iustitiæ, dicente Apostol. Cū serui essetis Rom. 6. peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc autem habetis fructum uestrum in sanctificatione: finem uerò uitam æternam. Perfecta uerò libertas, est Christo seruire: illum diligere, qui uerē nos liberauit. Hunc locum de seruitute & libertate peccati interpretati sunt etiam Chrys. & glo. interli. à qua seruitute liberare solus poterat Christus.

A lege etiam Moſis uoluit nos saluator liberos esse: quia lex seruitutis erat, quia imperfecta erat, & umbra futurorum. Nihil enim ad perfectum deducit lex: Ideo Hebr. 7. que non conueniebat filijs, quos patris perfectionem imitari uoluit Christus: dum ait. Estote perfecti, sicut & pater Matth. 5. ter uester perfectus est. Ait enim Apof. Translato sacer Heb. 7 dotio, necesse est ut & legis translatio fiat. Et cū uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 1. Cor. 13.

DE LEGIS OBLIGA.

Hanc legem Moſis, ad diſcrimen euangelij, legem appella-
at Chriſtus: gratiam autem euāgelium. Nam eo tempore
quo de lege mentio haberetur, euāgelium, quod tunc pro-
mulgabatur, nec dum ita receptum erat, ut apud omnes
uim legis obtineret. Patet itaq; quòd Chriſtus nos à ſerui-

1. Cor. 7. tute peccati, & legis Moſis liberauerit: non ab alia huma-
na ſeruitute, Dicit enim Apoſtolus. Vnuſquiſq; in qua ui-
catione uocatus eſt, in ea pmaneat. Seruus uocatus es: non

RETH. ſit tibi curæ: Sed ſi potes liber fieri, magis utere. Act.

1. Timo. 1. Quid ergo ſibi uult Apoſtolus, dum ait, Iu-

THEO. ſto non eſt lex poſita?

Ipfius literæ contextus (ſicuti ſemper conſuevit) ipſa
ipſum uerum ſenſum ediſſerit. Sunt enim hæc Apoſtoli
uerba. Scimus quia bona eſt lex, ſiquis ea legitime utatur.
ſcientes hoc, quia iuſto non eſt lex poſita: ſed iniuſtis, &
non ſubditis, impijs & peccatoribus. Hæc uerba pertra-
ctans Aug. cap. 10. de ſpiritu & litera, ſic ait. Hæc duo
Apoſtolus Paulus uelut inter ſe contraria cōnectens, me-
net mouetq; lectorem ad perſcrutandam quæſtionem atq;
ſoluendam. Quò enim bona eſt lex, ſiquis ea legitime uta-
tur, ſi etiam quod ſequitur uerum eſt, ſciens hoc quia iu-
ſto lex non poſita: Nam quis legitime utitur lege, niſi iu-
ſtus? At ei non eſt lex poſita: ſed iniuſto. An & iniuſtus,
ut iuſtificetur, id eſt, ut iuſtus fiat, legitime lege uti debet
qua tanquam pædago go perducatur ad gratiā, per quam
ſolam quod lex iubet poſſit implere? Per ipſam quippe iu-
ſtificatur gratis, id eſt, nullis ſuorum operum preceden-
tibus meritis: alioqui gratia iam non eſt gratia. Quando
quidem ideo datur, non quia bona opera ſecimus: ſed
ea facere ualeamus, id eſt non quia legem impleuimus: ſed
ut legem

ut legem implere possimus. Iniustus ergo legitimè utitur
 lege, ut iustus fiat, qd' cum factus fuerit, ea iam nō utatur
 tanquā uehiculo, cū puenerit, uel potius, ut supradicta
 similitudine apostoli utar, tanquā pædago go, cū eruditus
 fuerit. Quō & iusto lex nō est posita, & iusto est necessa-
 ria: non qua iniustus ad iustificantē gratiam pducatur, sed
 qua legitimè iam iustus utatur. Bernar. uerò ad Carthusiē
 ses, epi. ii. sic præfata uerba ptractat. Filij, inquit, nō sunt
 sine lege, nisi forte aliq's aliter sentiat, pp hoc qd scriptū
 est, iustis non est lex posita. Sed sciēdū q est alia lex p mul-
 tata à spiritu seruitutis in timore: alia à spiritu libertatis
 data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filij, nec sine
 ista patiūtur. Vis audire quia iustis non est lex posita? Nō Roma. 8.
 accepistis spiritum seruitutis (inquit) iterū in timore: Vis
 audire quod tamen sine lege charitatis non sint? Sed acce-
 pistis (ait) spiritum adoptionis filiorum. Denique audi iu-
 stū utrūq; de se fatentē: Et q non sit sub lege, nec tñ sit si-
 ne lege. Factus sum, inqt, ijs qui sub lege erāt, quasi sub le-
 ge essem, cū ipse non essem sub lege ijs qui sine lege erant,
 tanquā sine lege essem, cū sine lege Dei nō essem, sed in
 lege essem Christi. Vnde non dicitur, iusti non habent le-
 gem, aut iusti sunt sine lege: sed iustis nō est lex posita: hoc
 est, non tanquam inuitis posita, sed uoluntarijs: eò liberali-
 ter data, quò suauiter inspirata. Vnde & pulchrè dñs ait.
 Tollite iugū meum super uos. Ac si diceret, nō pono inui Matth. 2.
 tis: sed uos tollite si uultis, alioqui nō requiē, sed laborē in-
 uenietis aīabus uestris. Ambr. aut de lege Moſis itelligit,
 qua nō indigēt iam iustificati, accepta remissione pctorū:
 q de cætero seruabūt legē naturæ. A quo nō dissonat Ire-
 neus, lib. 4. cap. 30. aduersus Valētinum. Quare (inquit)

DE LEGIS OBLIGA.

patribus non disponit testamentum Deus? Quia lex non est posita iustis. Iusti autem erant patres, uirtutem decalogi conscriptam habentes in cordibus & animabus suis, diligentes scilicet Deum qui fecit eos, & abstinentes erga proximum ab iniustitia: propter quod non fuit necesse admonere eos correptorijs literis: quia habebant in semetipsis iustitiam legis. Non ab his discrepant theolo. ponentes bifariam legis potestatem. Vnam, qua est regula directiua humanorum actuum. Alteram, qua est lex coactiua & punitiua transgressionum. Quod ad primam eius uim, omnes legi subiiciuntur. Quis enim tam uecors, ut dicat iustos legi euangelice aut naturali non subiectos: Cum Paulus dicat

Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit? Quis ambigit subditos legi superioris necessitate parere? in quantum uero lex est coactiua aut punitiua, ei non subiiciuntur iusti. Nam non coacti, sed spontanei quae legis sunt faciunt. Et hoc uult Ambro. dicens, ubi supra. Iustis non est lex posita: quia iustis lege non est opus: iniustis uero imponitur quasi iustis. Coguntur timore supplicij obseruare, qui amore eam nolunt implere ut iusti: & hoc insinuat Apostolus, dum subdit: sed iniustis, &c. Quamobrem ait idem

Roma. 13. Apostolus. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.

Articulus. 3.

R H E T. Videris sentire quod iustis non est lex posita, tanquam inuitis, sed quod spontanei se legi subiiciant, tanquam suorum operum regulae. Hoc autem non uidetur conuenire cum illo Apostoli, ubi dicitur:

Gala. 5 Si spiritu ducimini, non estis sub lege.

T H E O. Qui spiritu Dei ducuntur, non sunt sub lege carnis.

aut peccati: de qua ibi loquitur Apostolus, ut litera ipsa edocet. Et August. in lib. de natura, & gratia: ut habet ibi glos. ordi. Sub lege est qui timore, non amore abstinet à malo: reus in uoluntate. Qui uerò spiritu Dei ducuntur, altiori, scilicet duce, sub lege non sunt: quia perfectiora, quàm ipsa lex iubet, amplectuntur, eo schemate quo ait Saluator. Non ueni soluere legem, sed adimplere: sublimiora Matth. 5. peragens, quàm lex ipsa præceperat. Præcepit quidē lex diligere amicum & proximū, quam non soluit iustus, sed perficit dum diligit etiam inimicos: dum orat pro psequen-
tibus & calūniantibus: dum benefacit his qui oderūt eū. Lex iubet castum & honestū seruare cōiugium: eam non soluit, sed perficit, coelibatū aut uirginitatem amplectens. Lex dicit: Non iurabis in uanum. Non eam præuauaricatur sed perficit, cuius est sermo, est est, nō non &c. Qui ergo superiori duce, scilicet spiritu sancto reguntur, non solum quæ legis sunt faciunt: sed ea quæ lex dicere gestiuit (non aut ualuit) ipsi perficiunt. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Ideoq; pædago eam cōparauit Apostolus: qui Hebræ. 7. paruulis non iam perfectis necessarius est. Anselmus autē hoc corroborans, sic eum locū interpretatus est: Si spiritu ducimini, non estis sub lege, quasi diceret. Cū caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: his qui ducuntur desiderijs carnis, iure dominatur lex: quæ terredō cōpescat eos. Sed uos si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Sub lege enim est, qui timore supplicij, quod lex minatur, non amore iustitiæ, abstinet ab opere peccati: reus in uoluntate, qua mallet non esse quod timeret, ut liberē faceret quod occultē desiderat. Articulus. 4.

Fingitis legem Dei contentam esse externa & R H E T.

DE LEGIS OBLIGA.

ciuili iustitia: Non uidetis eam requirere ueram dilectionem Dei ex toto corde: dānare totam concupiscentiam in natura. Ita ut nemo faciat quod lex requirit.

THEO. Falsum (ut affoles) theologis impingis. Nunquam docuerunt legem Dei cōtentam externa & ciuili iustitia. Dicunt enim saluatorem imitātes, primum & maximū mandatum esse. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. Quod mandatum asserunt cōstare non solis externis operibus, sed præcipue interiori mentis cultu. Sicut nihilominus quædam diuina præcepta, quæ impleri ualent etiam ab eo, qui est charitatis expers. Quis enim ambigit, pagani posse honorare parentes, & eis obsequi à furto abstinere, nocere nemini, coniugij thorum seruare immaculatū subsidium ferre indigentibus & hominū operibus diuinis & naturæ obedire mandatis? Quis dicet homines diuinorum istorum præceptorū transgressores quia pagani sunt, modò parentibus obsequantur: nō adulterantur, &c.

Rom. 2. Cum Paulus dicat. Gentes quæ legem non habent (scilicet scriptam) naturaliter ea quæ legis sunt faciunt (scilicet naturæ) ceu præcepta moralia legis. Eiusmodi legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis. Natura enim pro lege utuntur, ut ibi ait Theophy. Articulus. 4.

RHE T. Asseritis uos Theologi nedum præfata domini præcepta decalogi: sed & dilectionis Dei super omnia præceptum, secundum substantiam ex naturalibus posse perfici.

THEO. Non inficior. Philosophi enim ex naturalibus cognouerunt Deum summum bonum, à quo omnia, per quem

omnia, finem, & principium omnium: ut habet Aposto-
 lus ad Roma. Sic cognitum dilexerunt, non infra se, nec Roma.
 æqualiter sibi: ergo supra se, & super omnia. Est enim di-
 ligere, uelle alicui bonum: Quidnam uelle poterant sum-
 mo, nisi summum bonum? & hoc dicimus diligere Deum
 super omnia, secundum substantiam actus: ueluti & quæ-
 dam alia præcepta secundum actus substantiam per exter-
 nas actiones perficiuntur. Non tamen inferri ex hoc ad-
 mittimus, aliquem posse ex naturalibus saluari. Præceptū
 enim dilectionis Dei super omnia, quod iustificat & sal-
 uat, non hanc duntaxat requirit naturalem Dei dilectio-
 nem, sed affectiuam, qua homo Deo amore charitatis in-
 hereat, tāquam summo bono beatificanti, ac cæteris crea-
 tis præferat, habeatq; cum Deo spiritualem quandam so-
 cietatem, quam natura nequit efficere. Valet enim natura
 Deum diligere super omnia, ut principium & finem na-
 turalis boni. Charitas uerò adherere facit summo ut bea-
 titudinis obiecto. Fatemur & quædam esse diuina præce-
 pta, quæ sine charitate perfici nequeunt, ut præceptū di-
 lectionis Dei super omnia: & præcepta de sumenda Eu-
 charistia, de spe in Deum, &c. Articulus. 6.

Quod paganus possit Deum diligere uel alia RHET.
 diuina præcepta implere, nō uidetur consonare cū il Rom. 14.
 lo Apostoli. Omne qđ nō ē ex fide, peccatū est.

Non obsistit hoc nostræ sententiæ. Nam Apostolus lo-
 quitur ibi de eo qui manducat non ex fide, hoc est contra THEO.
 conscientiam, ut dicit glos. interlinea. Sic etiam interpre-
 tatus est hoc ipsum & Theophylactus dicens, Quoties-
 cunq; quispiam uel nihil confidit uel autumat obsonium
 aliquod immundum esse, & ita ut deprauata conscientia

DE LEGIS OBLIGA

illud degustet, prorsus est peccatum obnoxius. Et Anselmus. Omne quod non est ex fide peccatum est: quia etiam illud quod est bonum, si putetur esse malum, & tunc fiat, peccatum est. Augustinus uero contra duas epistolas Pelag. lib. 3. cap. 5. sic interpretatus est. Vt quiuis paganorum etiam si maxima opera fecerit, & fidem non habeat, minor sit fideli qui pauciora & minora opera bona fecerit. Nam iste saluabitur, non ille. Articulus. 7.

RHET. Scriptura ubique clamat, quod multum absumus ab illa perfectione, quam lex requirit.

THEO. Loca designasse oportuit, Subtices aut, ut aliquid calumnie struere uidearis. Audi Hier. in expositione fidei ad Damasum papam, ad barbam tibi respondisse. Execramur, inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid homini a Deo praeceptum esse, et mandata eius non a singulis, sed ab hominibus in comune posse seruari: fateor quod

Genes. 17. dem scriptura homini indicere perfectionem. Ait namque

Matth. 5. dominus ad Abraham. Ambula coram me, & esto perfectus. Et ueritas ipsa. Estote perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Et Adolescens imitandam perfectionem proposuit dicens. Si uis perfectus esse: uade, uende omnia

Matth. 9. quae habes. Et de Ioanne scribitur, quod uenit domino pa-

Luce. 1. rare plebem perfectam. Et Paulus. Gaudete, inquit, perfecti

2. Cor. 13. estote. Et rursus. Docemus omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Non enim uult scriptura his in locis aut similibus,

Colos. 1. ut simus perfecti secundum consummatam iustitiam: hoc enim impossibile est in hac uita aerumnosa. Voluit aut, ut coner-

mur secundum fragilitatis humanae facultatem ad perfectionem iustitiae. Dum enim ait Saluator: estote perfecti,

Matth. 5.

sicut & pater uester perfectus est. Quis tantæ est demen-
 tiæ, ut dicat dominum uoluisse hominem ad diuinam per-
 fectionem pertingere: quod profectò impossibile est? Vo-
 luit itaq; dominus, ut quilibet secundum suam facultatem
 niteretur fieri perfectus: modo tamen humano. Quæad-
 modum scribitur de Noe, quod erat uir iustus atq; perfe-
 ctus. Non quod caruisset omni peccato: hoc enim non est Gene. 6.
 fragilitatis humanæ, quia in multis offendimus omnes. Et Iaco. 3.
 si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos sedu- 2. Ioan. 1.
 cimus. Vult itaq; scriptura tales perfectos, quales & ius-
 tos. Iusti aut in scripturis appellantur: non quod omni ui-
 tio careant: sed ex maiori parte uirtutum comendantur,
 ut ait Hierony. contra Pelagij hæresim episto. 13. par. 1.
 Nam Zacharias silentio condemnatur, & Iob suo sermo-
 ne reprehenditur. Et Iosaphat & Iosias, qui iusti absq;
 dubio scripti sunt, fecisse narrantur quæ domino displice-
 rent. Quorum alter impio tulit auxilium, & correptus
 est à propheta. Alter contra præceptum domini ex ore
 Hieremie occurrit Nechar regi Aegypti & interfectus
 est. Et tamen uterq; iustus appellatur. Confirmat hoc Pe-
 trus dum ait, uix iustus saluabitur. Quod pertractas Hie- 1. Pet. 4.
 ro. in dialogo, cōtra Pelagi. lib. 2. cap. 17. ait. Certè iustus
 est qui in die iudicij uix saluabitur. Saluaretur autem fa-
 cile, si nihil haberet maculæ. Ergo iustus est in eo, quod
 floret multis uirtutibus. Et uix saluatur in eo, quod in qui 1. Pet. 4.
 busdam indiget Dei misericordia. Rursus idem ibidem.
 Possibilia præcepit Deus. Sed hæc possibilia cūcta singu-
 li habere non possumus, non imbecillitate naturæ, ne ca-
 lumniā facias Deo, sed animi lassitudine, qui cūctas simul
 & semper non possit habere uirtutes. Ex quo pspicuum

DE LEGIS OBLIGA.

Eccle. 7. est iustos quidem dicit: Sed si negligentia surrepserit, posse concidere. Non est enim iustus qui faciat bonum & non peccet. Habes ex his duplicem perfectionem atque iustitiam, unam consummatam, à qua nemo excidere queat, quæ non est huius uitæ. Sed merces futurae repromittitur. Nam quantumlibet hic iustus aut perfectus, de culmine uirtutum ad uitia delabi potest, sicut de uitijis facinorosus quilibet ad sublimia uirtutum ascendere ualet, ut nunquam homo hic securus sit, sed semper metuatur, etiã in tranquillitate naufragium. De hac ait Aug. De perfectione iustitiæ, lib. unico. Tunc plena erit iustitia, quando plena erit sanitas, quando plena charitas. Plenitudo enim legis charitas. Tunc animi plena charitas, quando uidebimus eum sicuti est: qui tamen eum uidemus in speculo & quasi in ænigmate. Altera est perfectio quæ conuenit nostræ fragilitati, ad quam prouocamur, ut secundum uires nostras quantum ualuerimus eam attingamus. Hoc modo perfecti & iusti uocati sunt Noe & Abraham: hanc requirit lex, ad hanc prouocat, priorem autem promittit scriptura uenturam, quando sponse sue dicturus est sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Articulus. 8.

RETH. Hæc duo præcepta omnes nos accusant. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c. Non concupisces. Ex primo obligamur ad extremum nostrum posse, quod ubi non sit, rei sumus. Ex secundo quotidie nos labi cernimus.

THEO. Execramur, ait Hieronymus, eum qui dicit dominum impossibile præcepisse, ut patuit articulo præcedenti. Non uoluit dominus (dans præceptum ut diligeremus Deum) sem

per actualiter extremo conamine in ipsum animū ferri.
 Sed q̄ dilectionem ipsam nullo mortali crimine interrumpere-
 mus. Quod Deus non semper exigit actuale dile-
 ctionem, docet Hiero. in dialogo contra Pelagi. epist. 17.
 par. 1. dicens: Putasne Apostolum Paulum eo tēpore quo
 scribebat: lacernam siue pemulam, quam reliqui Troadæ, 2. Tim. 4.
 apud Carpum, ueniens asser ac libros & maximē mem-
 branas, de cœlestibus cogitasse mysterijs, & non de his
 quæ in usum cōmunis uitæ uel corporis necessaria sunt?
 Da mihi hoīem, qui non esuriat, nō sitiāt, neq; algeat, nō
 doleat, non febricitet, non torminibus & urinae difficul-
 tatibus torqueatur, & ego tibi cōcedam posse hominem
 nihil nisi de uirtutibus cogitare. Quod extremum cona-
 men non requirat Deus, uel in illo attende. Si, ut præfati
 sumus, continuum non exigit dilectionis actum dominus:
 quō remissior dilectionis actus in crimine erit? Memine-
 ris etiam, quō uirtutis medium non in puncto, sed in lati-
 tudine quadam consistat. Non enim temperatiæ medium
 excedit, qui quinque uel sex guttas plus minū sue sumpse-
 rit. Sic in quocūq; gradu dilectio Dei super oīa habetur,
 non fit transgressio præcepti. Vult autem dominus diligi
 ex omni nostra potentia, ut nullum operū nostrorū instru-
 mentū a suo cultu uacet, ut nulla noxa dilectionē perimat.
 Diligamus itaque Deum ex toto corde, ut desit error ne-
 cessariorū ad credendum. Ex tota aīa, id est uoluntate: ut
 desit affectio cōtraria s. peccatum mortale Ex tota mēte,
 id est memoria, ut desit obliuio eorū, quæ scire tenemur.
 Ex tota fortitudine, id est, ex uiribus sensitiuis, ut desint
 omnes operationes contrariæ charitati. Si cui non placet
 hæc explanatio, quia est diui Thomæ in. 3. dist. 27. in ex-

DE LEGIS OBLIGA.

positione literæ, quæ horrent omnes malè sentientes, quid malleus est omnium hereticorū. Audiamus quō sentiat cum eo Theoph. eandem interpretans domini sententiā. Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo, &c. hoc est omnibus partibus & uirtutibus animæ ei adhæreas.

Matth. 22 Et Augu. lib. 1. cap. 22. de doctri. Christi. Diliges, inquit, Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente tua, ut omnes cogitationes tuas, & omnem uitam, et omnē intellectum in illum conferas, à quo habes ea ipsa quæ cōfers. Cum autē ait: toto corde, tota anima, tota mente, nullam uitæ nostræ partem reliquit, quæ uacare debeat, et quasi locum dare, ut alia re uelit frui. Sed quicquid aliud diligendum uenerit in animum, illuc rapiatur, quō totus dilectionis impetus currit. Et Bernar. in capite ieiunij, sermo. 2. Conuertatur amor tuus, ut nihil oīno diligas, nisi ipsum, aut certē propter ipsum. Vides itaq; quōd extremum conamen non requirat dominus, sed dilectionem Dei super omnia, ut omnes uires in eum dirigantur, nullaq; fruatur homo creatura. Hæc est sn̄a Chrysost. in expositione altera super Matth. hom. 42. Articulus. 9.

RETH. Omnes nos damnat præceptum de non cōcupiscendo. Quis enim sine concupiscentia uitam peragit?

THEO. Hoc præcepto dominus non actum appetitus sensitiui seu passionem interdixit: sed uoluit ne uoluntas à sensu contra rationem abduceretur: quamobrem audire libeat Aug. lib. 1. ca. 23. de nuptijs & concupiscentijs tibi satisfaciētem. Ipsa, inquit, concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non cōsentitur, atq; ut ea perpetrent, à regina mente membra

non dantur. Vt si non fit quod scriptum est: Non concu- Eccles. 18.
piscēs, fiat saltem quod alibi legitur: Post concupiscentias
tuas non eas. Et ca. 31. Quāuis lex ipsa peccati captiuum
teneat aliquid carnis, unde resistat legi mentis: non tamen
regnat in nostro, licet mortali, corpore, si non obediatur
eius desiderijs. dicit enim Apostol. Ego mente seruo legi Rom. 7.
Dei, carne autem legi peccati. Quod sic intelligendū est.
Mente seruo legi dei, non consentiēdo legi peccati. Car-
ne autem seruo legi peccati, habendo desideria peccati,
quibus etsi non consentio, nondum tamen penitus careo.
Lex itaque dicens: Non concupisces, non omnem prohi-
bet motum concupiscentiæ, sed præcipit ei non consenti-
re. Diximus enim: ti. 1. art. 7. illas sensuales concupiscen-
tias post baptismum nobis in exercitium relictas, ut in as-
sidua pugna uincentes coronemur aliquando. In futura
uita id euenturum præstolamur, ut nulla sit concupiscen-
tia. Vnde idem August. lib. 3. ca. 7. contra duas epist. Pe-
lag. dicit. Hic est præceptum, ut non peccemus. ibi præ-
mium, non posse peccare. Hic præceptum est, ut deside-
rijs peccati non obediamus. ibi præmiū, ut desideria pec-
cati non habeamus. Verū quia non est tam uigili dili-
gentia sollicitus, quem non aliquando abducatur, nel in mo-
dico, sua concupiscentia. Non est (inquit Salomon) homo 2. Reg. 8.
qui non peccet. Et rursus: Septies cadit iustus et resurget. Proue. 24.
Ideo nobis omnibus cum Dauid clamandum est. Non in-
tres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustifica-
bitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et Aug. li. 1. ca. 29.
de nuptijs & concupiscentijs, ait. Ad hoc lex dixit non
concupisces, ut nos in hoc morbo iacere inuenientes me-
dicinam gratiæ haberemus. Et in eo præcepto sciremus,

DE MANDA. ET STATV. HOM.

quo debeamus in hac mortalitate proficiendo coronari. Memineris etiam, si quis minimis concupiscentijs his parum abducitur, aut eas confestim non reprimit: non propter hoc fieri præcepti transgressorem. Dicitur enim. 2. ethi. Si parum discedatur à medio, non est contra uirtutem. Quemadmodum à uia paululum deuians, eam penitus non deserit, sic leues istæ concupiscentiæ non restringunt, seu alia minora delicta cõmissa, charitatem non auferunt, aut transgressorem præcepti constituunt. Nā præcepti transgressoribus aufertur gratia, & pœna debetur æterna, quibus non sunt obnoxij minima hæc committentes peccata. Minima hæc dixerim, non quia paruipendenda, sed quia gratiam non auferunt, & sine eis non ducitur uita humana. Boni nanque filij est etiam in minimo piū patrem nolle offendere: illis nāque minimis etiam conscientiam pungentibus dicitur homo iustus apud deū: quod in Iob, in Iosia, ac alijs facile est conspiceret, quos & iustos cõmemorat scriptura: sine his tamen minoribus peccatis uitam non duxerunt, ut habitum est articulo septimo huius tituli.

DE MANDA. ET STATV. HVMA. TITVLVS. IX. ARTICVLVS. I.

RETH.



Pera quatenus non sunt præcepta à lege Dei, sed habent formam rectam ex humano præscripto, sunt opa traditionum

Matt. 15.

humanarum, de quibus Christus dicit: Frustrantur me mandatis hominum, ut certa ieiunia instituta non ad carnem coercendam: sed ut per

illud opus reddatur honor Deo, & compensetur mors eterna.

Quis tam uecordi animo, & ingenio tam stupido ut THEO, dicat, id solum deo acceptum, quod ipse fieri praeceperit, & non potius quod ipse tanquam eminentius bonum consuluerit, docente Hierony. contra iouinia. libro. 1. cap. 7. Maioris gratiae est offerre quod non debeas, quam reddere quod exigeris. Quis mente tam attonita, ut dicat actum bonum esse, non quia conformis est legi dei, aut rationi recte, sed quia sub praecepto mandatus? Quae tu asfirmare uideris Rhetor. Quis audebit non commendare, quem multis praeconijs extulit Christus Ioannem Baptistam, propter insolitam uictus abstinentiam, uestitusque asperitatem? Quomodo potuisset Christus commendare quod deo gratum non esset? At si gratum fuit quod Christus commendauit, ergo aliquid acceptum est deo, ac probat, quod tamen in praecepto non est. De Ioannis assumpta carnis afflictione, mihi sermo est. Virginitatem (de qua praeceptum domini non habebat Paulus, consuluit ta 1. Cor. 7. men tanquam misericordiam consecutus) quis praesumet dicere non acceptam deo, cui & tanta promittuntur praemia? Sed quid ad aliorum currimus testimonia: ipsum saluatorem audiamus, non quod praeceptum est adolescenti consulentem. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae Matth. 19 habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo. Non iubeo, inquit, sed arbitrio tuo relinquo, ideo dico, si uis perfectus esse. Nonne acceptum est deo ad quod prouocat? Nonne probat quod ipse asserit perfectum facere operantem? Si potus aquae frigidae datus in nomine discipuli Mar. 10. non erit sine mercede, quanta putas remunerabitur coro

DE MANDA. ET STATV. HVM.

na, rigida carnis afflictio et inedia, casta uirginitas, prompta obedientia, suorum abrenunciatio, propter deum facta, & si non praecepta? Si mulier quae sponte obtulit deo duo aera minuta meruit à Christo commendari, quomodo indignos censet collaudatione, qui sese Deo offerunt in holocaustum?

Mar. 12.

Miror etiam qua fronte praesumpseris peruertere Christi uerbum, & in tuum detorquere sensum: Non curat quid intenderit ipse, modò praetexeres male tuae opinionis adminiculum. Vt autem pateat quomodo scripturam ipsam corruperis, textum ipsum adducemus. Quare, inquit Christus, uos transgredimini mādatum Dei propter

Mar. 15.

traditionem uestram? Nam Deus dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam. Et irritum fecistis mādatum Dei propter traditionem uestram.

Esa. 22.

Hypocrite, bene prophetauit de uobis Esaias dicēs. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mādata hominum. Si omnia haec componantur, nihil est quod tuae sententiae conueniat. Sed unum assumis & detorques, reliqua praetermittendo (ut moris est haereticorum) quatenus simplicitas innocentium hoc tuo astuto dolo illaqueari ualeat. Pensa uerborum seriem, & uidebis dominum locutum non de quibuslibet hominum mādati, sed de his quae praecceptis diuinis obuiant. Ait enim: Deus dixit: honora patrem tuum, uos autē dicitis. Munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum: quasi di-

cerent. Parentes habes carnales, esto, etiam egentes, secundum corpus parentes sunt. Est alius tibi parens non tam corporis quam animæ Deus. Huic si offeras, quod parenti carnali etiam egenti eras daturus, proderit tibi secundum animam. Hoc modo interpretatur Theophy. inter cætera dicens: Pharisei persuadebant pueris nequid darent parentibus, sed offerrent in thesaurum: docebantque ipsos, ut dicerent donum Dei est, id est oblatum Deo o pater id quod per me usui esse tibi cupis. Et sic parentes relinquebantur, et contemnebantur, nec in senectâ alebantur. Et Chryso. ibidem. Pietatis simulatione despicere parentes adolescentes fuerunt eruditi. Mandato itaque suo iure diuino pariter et naturæ debitum parenti auferentes, suæ cupiditati consulentes, uoluerunt illud Deo offerri, quâobrem sequitur, Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram, de quibus subditur. Sine causa colunt me, hoc est sine fructu docentes scilicet has doctrinas et mandata hominum, uidelicet de rapina facere holocaustum. Dicit quoque Tertul. de præscrip. hæreti. Hæ sunt doctrinæ hominum atque demoniorum prurientibus auribus natæ de ingenio sapientiæ secularis. Talia mandata hominum legi Dei aduersantia reprehendit saluator, non uniuersaliter omnia mandata. Absit enim ut fuerit reprehensione dignum quod stauerint Apostoli gentibus ad fidem conuersis, abstinere scilicet à sanguine, à suffocato, ab immolatis simulachrorum Actu. 15. et fornicatione, qui non temere præmiserunt statuto: Visum est spiritui sancto et nobis, etc. Rursus ibidem dicitur. Perambulabat Paulus Syriam et Ciliciam confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum et seniorum. Ait etiam Fabianus papa et martyr in epistola

DE MANDA. ET STATV. HOM.

ad episcopos orientales. Cura uestre sollicitudinis est adhibenda, ut ea que sunt ab Apostolis eorumq; successoribus ordinata, & instigante spiritu sancto instituta, ne dissimulatio negligentie, nec aliqua presumptio ualeat perturbare. Sed sicut hoc qd̄ exigebat rōnis utilitas oportuit definire: Ita qd̄ definitū est, non debet uiolari. Artic. 2.

RETH. Nōne Paulus qui dānat Mosaicas traditiones & cæremonias, potest & nostras damnare, quia sicut illæ non poterant mereri iustitiam coram Deo, ita nec nostræ.

THEO. Videris non multum dissentire ab Albanensibus, qui dixerunt quod uetus testamentum nō est à Deo, & quod Moyses fuerit malus. Quibus te animo credo dissentire licet uerba non multum discrepent. Absit enim ut Paulus

Roma. 7. dānauerit traditiones Mosaicas, de quibus ait. Lex quidē sancta, & mādātum sanctum, & iustum, & bonum. non ergo dānat, sed docet quod iustificare non poterant absq; Christo, quamobrem egenas eas uocat, dicens. Quō conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Et hoc sibi uult ibidē. Euacuati, inquit, estis à Christo, qui in lege iustificamini, hoc est secundum glos. qui ex lege creditis iustificari, à gratia excidia

Gala. 4. stis. glo. quæ ad hoc uenit ut cessante onere iustificet. Nec
Gala. 5 damnauit Pau. cæremonias in se, quæ Christum futurum protestabantur & gratiam. forent enim noxiæ iam obseruate, nam designarent futurum, quod iam uenisse creditum est. Rationem damnationis tam traditionum Mosacarū, quam cæremoniarū profers, quia iustitiam mereri non poterant coram Deo. Esto, non poterant in se: poterant tamen in fide Iesu Christi. Sic enim & circūcisio &

holocausta

holocausta iustificabant, sic etiam & nostræ iustitiæ ex merito Christi nobis communicato, & uirtute passionis Christi merentur & gratiæ augmentum, & beatitudinis premium in iustificato, ut suprâ habitum est, titu. 3. articu. 7. titu. 6. arti. 10.

Articulus. 3.

Docent Germani articulo suo. 15. quod ritus **R H E T.** ecclesiastici sunt seruandi, qui sine peccato seruari possunt, & prosunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in ecclesia, sicut feriæ & festiuitates, &c. admonentur tamē, quod traditiones humanæ institutę ad placandum dominū, ad promerendā gratiam, ad satisfaciendum pro peccatis, aduersentur Euangelio, & doctrinæ fidei.

Prime articuli uestri parti non contradicimus: secun- **T H E O.** da uerò ad hoc prouocat, ut hoīes ab omni opere bono se contineant, à pœnitentia satisfactoria abstineāt, ocio delitescant, & delicijs affluentes torpeant. Quis imperitus ut non audierit Niniuitas, oratione, ieiunio, cinere, & cilicio ex edicto regis placasse dominum? Dicit nanque Iona. 3. Iona. 3. nas propheta. Vidit nanque Deus opera eorum, quia cōuersi sunt de uia sua mala, & misertus est dominus super malitiam quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit. Et. 2. Paralipo. 30. scribitur. Oravit Ezechias pro populo dicens. Dñs bonus propitiabitur cūctis, qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum suorum: & nō imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Quem exaudivit dominus, & placatus factus est populo. Nōne de publicano, qui nec oculos audebat leuare ad cœlum: sed percutiebat pectus suum dicēs: Deus propitius esto mihi peccatori, ait Saluator: Descendit hic iustificatus ab illo: sci-

Luca. 8.

K

DE MANDA. ET STAT. HVM.

licet Phariseo. quare? Quia ingemuit pro peccatis suis, & misericordiam domini implorauit. Et Gregorius pertractans illud. Adhuc illo longè agente legationē mittens rogat quæ pacis sunt, dicit hom. 37. Qui omnia relinquere non potest, cū adhuc longè est rex, legationē lachrymarum mittat, & eleemosynarū, hostiarum munera offerat: uult enim placari precibus, qui portari nō potest iratus. Et Chrysost. hom. 6. in Ioan. Oratio, inquit, non per uiam nobis affert consolationem, & à peccatis abluit iunium diuinā in nos iram extinguit: & eleemosynis purgantur peccata, sicut Daniel ait Nabuchodonosor: Peccata tua eleemosynis redime: & iniquitates tuas eleemosynis pauperum. Vel horum testimonijs admitte nobis quòd opera nostra & placant dominum, & satisfaciunt pro peccatis.

Dan. 4.

Articulus. 4.

RHET.

Dicit Phil. Melanchthon in huius articuli definitione, quòd Theologi iudaizant, aperte obruunt euangelium doctrinis dæmoniorū, quando docēt, q̄ hæc sunt cultus utiles ad promerendam remissionem peccatorum, & obscurāt beneficium Christi, & iustitiam fidei.

THEO.

Iudaizarent utique, si solis suis meritis, uel legis operibus æstimarent se iustificari, aut saluari sine Christi sanguine. Sed hoc nunquam aliquis asseruit theologorū. Diximus autem, titu. 3. arti. 7. iustificationem qua ex impiis fit iustus, gratis fieri sine nostris præcedentibus meritis, non tamen sine nostris cōcurrentibus operibus fidei, spei, & charitatis. Diximus & priora bona præparare & sponere de congruo ad futuram gratuitam iustificationem, ut prius. Diximus insuper, quòd opera bona charitate

trata sunt meritoria non primæ iustificationis, qua ex im-
pio fit iustus: sed secundæ, qua iustus fit iustior, quæ est cor-
roboratio & augmentatio iustitiæ iam adeptæ, de qua di-
citur. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Meretur præterea Apoc. 22.
& gloriæ gradum, secundum illud Apostoli. Vnusquisque
propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, ut 1. Cor. 3.
deductum est, titu. 3. arti. 7.

Non obruunt itaq; theologi euāgelium doctrinis dæ-
moniorum (ut calūniatur Melanchthon) qui gratiā & præ-
uenientem, & concomitantem necessariam docent iustifi-
cationi: ut patuit. Magis ipse uidetur docere doctrinas dæ-
moniorum, qui dulcia & placita suadet, quibus homines
segnes redduntur ad pia, & poenitentiae opera exercenda.
Non obscurant theologi beneficium Christi, qui dicunt
nullam fieri, aut dari salutē, peccatorumue expiationem
sine Christo. Non pessundant iustitiam fidei, qui accedunt
ad Christum per fidem, spem, & charitatem. Non detra-
hant efficaciæ mortis Christi theologi, docentes poeniten-
tiam agere homines pro suis delictis. Docet hoc & ipse
Saluator, Matth. 3. 11. & 12. Luc. 3. G. & 13. Et Paulus Roma. 6.
ait. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ,
& iniquitati ad iniquitatem, ita nūc exhibete membra ue-
stra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et rursus: Si filij
sumus, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chri-
sti. Si tamen compatimur, ut & cōglorificemur. Ecce do-
cet Paulus compati: deinde cōglorificari. Patet itaque q̄ Roma. 6.
euangelij gloriam, aut Christi honorem, non obruimus:
sed magnificè prædicamus, qui nullum meritum Deo ac-
ceptum, nullā satisfactionē efficacē, nullam salutem homi-
ni possibilem dicimus sine Christi sanguine. Artic. 5.

DE MANDA. ET STAT. HVM.

RHET

Actu. 15.

Gala. 5.

Ait Petrus aliquando, Quid tentatis Deū im-
ponere iugum super ceruices discipulorū: quod
neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus.
Et Galatas uerat Paulus iterū seruituti legis subi-
ci. Volunt igitur Apostoli ecclesie hanc manere
libertatem, ne iudicentur ulli cultus legis, aut
traditionum necessarij esse, sicut in lege fuerunt
necessarię ceremonię ad tempus ne obscuretur
iustitia fidei.

THEO.

Iaco. 3.

Sap. 3.

Semper alienam à præmissis infers conclusionē. De-
cent præmissæ authoritates populum christianum deum
non subiiciendum legi Mosaicæ. Et tu infers: ergo nulli
cultus humanitus instituti necessarij sunt. Quō opera no-
stra conueniant uel necessaria sint in iustificatione, fre-
quentius discussum est titu. 3. & 6. Esto, opera nostra no-
merentur primam iustificationē, qua ex impio fit iustus.
Non enim omnia opera nostra in ea solam iustificationi
diriguntur, sed etiam in secundam, ne fides sit otiosa, quæ
sine operibus mortua est. Absit enim ut bona opera à uer-
bo patrata inania sint, cum dicatur, Bonorum operū glo-
riosus est fructus. Tu uerò doloſe de iustificatione loqueris,
primam à secunda non secernis, ut admissio quod opera
nostra non mereantur primā iustificationē: inutilia etiam
in reliquis estimantur, sicq; persuadeantur homines ut uer-
cent à bonis opibus, omnisq; pessundet cultus: omneq;
humanum statutum aut mandatum sine scrupulo præter-
mittatur.

Articulus. 6.

RHET.

Vbi Christus libertatē dedit in cibis & in cal-
tu: quō ualent episcopi instituere, ad quę uolunt
homines obligari, & onerare conscientias plu-

mis præceptis & excommunicationibus, ut uix-
tura sit alicuius conscientia?

Non multum discrepāt dicta tua ab Albanen. & Ioan THEO.

nis de Vvasalia errore, qui dogmatizare conati sunt q̄ ec-
clesiarum prælati nullam habent potestatem faciendi ali-
quas constitutiones obligatorias, aut excommunicandi.

Quem errorem prosternit Christus dum ait. Super cathe Matt. 23

dram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia quæ-
cunque dixerint uobis facite & seruare. Et iterum: Si ec- Matt. 18

clesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.

Vt autem innotescat unde & qualis sit ecclesiæ potestas
in statuendo, memineris illius apostoli. Quæ à Deo sunt
ordinata sunt. Vbi est ordo: ibi profectò superior & infe Roma. 13.

rrior. Superioris utiq; est gubernare secundum legem: In-
ferioris uerò parere. Porro omnis politia à minoribus ad
maiora paulatim prouecta est. In primis nanq; parētibus
ius erat paternum. Deinde per tyrannidem Nembroth Genes. 10.

ius dominiuum est introductum, qui cœpit potens esse
in terra, & erat robustus uenator coram domino: secun-
dum Alciuum, hoc est hominū oppressor. Tādem ad re-
gna, & ad monarchias deuentum est. Rudis admodum in
initio sui erat Romanorū principatus: quando uel ex mi-
litibus gregarijs, uel ab aratro, dictatores, consules, aut re-
ges, assumpti sunt. Quando peracto officio ad pristina re-
dierunt, non erat qui tunc palpando, imperatoriam præ-
conizaret maiestatem. Non erat tunc triumphalis pōpa:
sed uulgaris toga in principāte. Post coaceruatas diuitias,
gloriæ effulsit apparatus, & cum tpe imperialis maiesta-
tis titulus accessit. Pari modo omnia in ecclesia per tem-
porum interualla acceperunt incrementa. Non enim con-

DE MANDA. ET STAT. HOM.

ueniebat Christo omnia ad hominem pertinentia, in
adhuc ecclesia præsceptis cōplecti: sed tantūmodo quæ
dam præcipua uti fundamēta: supra quæ cætera dirigeren-
tur & struerentur: & uti exemplaria & regulæ, quibus
cætera dirigerentur. Reliqua uerò permisit facultati
iudicio eorum, qui rebus moderandis præessent: ne uile-
sceret diuina maiestas, ad humilia quæq; statuenda descen-
dens, ne industria humanæ rationis ocio torperet: ne ue-
thoritas magistratuum & ministrorū imbecillior esset:
quæ nec in minoribus negotijs censendi facultatem habe-
ret. Itaq; nō expediebat apostolicis uiris, primæuis patri-
bus, ecclesiam adhuc lactentem, ac in cunis uagientē, mul-
titudine legum potius obruere quā instituere. Sed dece-
bat ut accuratius prospicerent rebus, quæ tunc magis su-
gebant: & quædam alia cōmunia traderent, mutanda &
moderanda, pro loco & tpe: quæ prudentiæ, facultati, et
diligentiæ posterorū relinquerentur. Accedit quod pau-
citas fidelium non poscebat pluribus legibus gubernari:
nec admisisset Ethnicorū potentia opprimens ecclesiam
primæuis temporibus. Præterea nouis casibus euenientia-
bus, nouis est legibus occurrendū. Tunc etiā modicis ad-
hortationibus ad optima quæq; contendebant: Iam uerò
etiam stimulis uix à malo diuelli possunt: ne dicam, ad bo-
na prouehi. Quapropter statuta ecclesiastica illis tempo-
ribus fuere pauciora: quæ successiuis seculis, crescēte po-
pulo, emergētibus uarijs negotijs, sensim aucta sunt. Qui-
dem sanctè consultissimeq; urgentibus causis, à sanctis
patribus fuere sancita: Sed (prohdolor) quorundam auaritia
ac improbitas effecit, ut optima quæque statuta, ad
propria potius cōmoda, quā ad reipublicæ utilitatem

interpretentur. Nihil enim tam probum, tam sanctū est, quo præposterè prauī uti non ualeant.

Habent itaq; ecclesiarum prælati potestatem, non ut pro sua uoluntate, quæ placet, statuunt: sed ut ecclesiæ utilitati, & saluti consulant. Ait enim Aposto. Potestatem de- 2. Cor. 10.

dit nobis dominus in ædificationem, & non in destructionem. Hac sancti authoritate statuerunt Apostoli dicentes. Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quā hæc necessaria: ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorū, & sanguine, & suffocato, et fornicatione. Hac facultate sanxit Apost. apud Corinth.

Mulieres, inquit, in ecclesiis taceant: non eis permittitur 1. Cor. 14.

loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit. Siquid autem uolūt Gene. 3.

discere, domi uiros suos interrogent. Turpe enim est mulieri loqui in ecclesia. Denuo apud eosdem. Cæteris ego 1. Cor. 7.

dico, non dominus. Siquis frater uxorem habet infidelē, & hæc consentit habitare cum eo, non dimittat illam, & econtrā: Quod si infidelis discedit, discedat.

Nō enim seruituti subiectus est frater, aut uxor in hmoi. Et rursus. Volo, inquit, uos orare in omni loco, leuantes 1. Timo. 2.

puras manus, sine ira, & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecūdia & sobrietate: non

in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, &c. Hac se usum aliquando potestate, ait Thessalo. Scitis quæ præce 1. The. 4.

pta dederim uobis. Et in actis Apost. dicitur: Paulus per- Actiū. 15.

ambulabat Syriam & Ciliciam, cōfirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorū et seniorū. Quæ

nam sunt illa si rogas, audi Aug. de baptismo cōtra Dona- tistas lib. 2. cap. 7. & lib. 4. cap. 24. Quæ custodiuntur,

inquit, per uniuersam ecclesiā, & non inueniuntur in con-

DE MANDA. ET STAT. HOM.

cilijs posterorū instituta, non nisi ab ipsis apostolis tradi
Actuū. 15. ta, & cōmendata creduntur. Ait quoq; Ignatius epist. 2.
Studete confirmari in dogmatibus domini, & Apostolo
rum. De his supra tit. 2. art. 1. **Articulus. 7.**

RHET. Premuntur his diebus homines tot præcep-
torum & excommunicationum oneribus, ut
uix alicui tuta sit conscientia.

THEO. Sicuti eam non probo quam quisq; cupit libertatem,
qua liceat sibi quicquid sensui sit accōmodum liberè age-
re: Sic nec laudo eam præceptorū ac censurarū multitudi-
nem quam intuemur, prohdolor, non animarū saluti, sed
auaritia & cupiditati prælatorū utilem esse. Nam uide-
mus & eum, qui nouissimus esse debet, in fratris emendi
excommunicationis gladium tam leuiter, tam irrationabili-
ter de uagina educi ac uibrari, ut nedum emendet, sed nec
terreat quidem, immo irrisioni pateat. De hoc abusu lo-
quitur Aug. ad inquisitiones Ianuarij. lib. 2. cap. 19. dicēs.
Ipsam religionem nostram, quam paucissimis & manife-
stissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei li-
beram esse uoluit, seruilibus oneribus premunt, ut tolera-
bilior sit conditio Iudæorū, qui etiam si tempus libertatis
nō agnouerint: legalibus tamen sarcinis nō humanis præ-
sumptionibus subiiciuntur. Sed ecclesia Dei inter multam
paleam, multaq; zizania constituta, multa tolerat, & ta-
men quæ sunt contra fidem, uel bonam uitam non appro-
bat, nec tacet, nec facit. Dicit quoq; Tertul. de præscrip-
tione hæretico. Apostoli nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod
inducerent, elegerunt, sed acceptam à Deo disciplinam si-
deliter nationibus adsignauerunt. **Articulus. 8.**

RHET. Non repello potestatem aliquam salubriter

ordinandi pro loco, pro tempore, pro conformitate uiuendi, sed quod subditi illa cōstringantur sub peccato obseruare, non admitto. Falsi enim sumus, ar. 3. huius, quod traditiones ueteres factas in ecclesia utilitatis & trāquillitatis causa libenter seruamus.

THEO.

Quemadmodum in praelatis potestas est ordinādi: ita subditis necessitas incumbit obediendi statutis rationabiliter ordinatis. dicit enim Paulus. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō est potestas nisi à deo. Roma. 13.

Quae autē à Deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi dānationem sibi adquirunt. Quapropter post pauca cōcluditur. Necessitate subditi estote, non solum propter iram

(glo. principis uitandam) sed etiam propter consciētiam. Actu. 5. Theophy. Ne conscientia carere appareas. Propterea sic legitur in Actis Apostolor. Visum est spiritui sancto & nobis, nil ultrā imponere uobis oneris, nisi haec necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Quō enim clariū insinuari potuit obligatio obediendi, quā necessitate parendi? Quod enim liberū est facere uel prātermittere necessarium dicit nemo. Conscientias itaq; obligant prātergradientium, modō iustae sint leges. Ostendit & hoc dñs Deute. 21.

in Deuter. ubi iussit filium contumacem & proteruū, qui non audiuit parentū imperium, & coercitus obedire contēpsit, lapidibus obrui, uide infrā tit. 35. art. 9. Arti. 9.

Idcirco pteruus ille filius iussus est perire: quia R H E T. domini prāceptū prāteriuic. Dicitur enim ibi, comestationibus uacat, & luxuriæ, quæ diuino

DE MANDA. ET STATV. HOM.
præcepto fieri prohibentur, nō quia parentum
mandatis non paruit.

THEO. Non fuerat hic filius lapidibus obruendus, quia comes-
sationibus uacasset, aut luxurijs. Plures enim erant illius
delicti, qui non sic interierunt. Nec enim luxuriam prohi-

Deute. 23. buit dominus sub ea poena, dum ait. Non erit meretrix de
filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Quod uero
punitus fuerat aliquando populus fornicans cum filiabus
Moab, erat propter speciale Dei præceptum. Nec forni-
catus est solum populus cū eis, quinimo & deos earum
adorauit. Iste uero perimi iussus est lapidibus, quia pa-
rentum monita audire contempsit. Ad stipulatur & huius

Nume. 25. uerbum Apostoli dicentis: Siquis non obedierit uerbo no-

2. Thes. 3. stro, per epistolam hūc notate. Et Samuel ait. Quasi pec-

1. Reg. 15. catum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ

Danie. 9. nolle acquiescere. Hoc scelus planxit Daniel dum ait. Pec-

cauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessi-

mus, & declinauimus à mandatis tuis. Non obediimus

seruis tuis prophetis. Cōfirmat nostram sententiam quod

sub Iosue accidit. Quidam enim contra Iosue mandatum

tulit de anathemate regulam auream, pallium coccineū,

& ducentos siclos argenti. His dominus offensus placari

non uoluit, donec lapidibus obrutus de medio populi au-

ferretur. Deliquit iste non contra domini præceptū, quia

præda iure gentium cedit uictori, ut habes Genes. 14. sed

contra Iosue mandatum imediatè. Propterea cōmendati

sunt à domino filij Rechab, quia obedierunt sermoni pa-

Hiere. 35. tris suis Ionadab & mādati, ne biberent uinum, ne plan-

tarent uineas, et ne ædificarent sibi domos. Et ait ad eos.

Pro eo q̄ obedistis præcepto Ionadab patris uestri, non

deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab in conspectu
meo cunctis diebus. Si bona est filiorum obediētia: ergo
mala eorum inobediētia. Articulus. 10.

Quomodo homo hominem ualet obliga- R E T H.
re ad peccatum?

Quod humanum præceptum prætergrediens peccet, THEO.
non est ex nudo humano præcepto, sed ratione mādati di
uini, qui uoluit subditos parere præceptis superiorum iu
stis. Omnis enim lex humana iusta ab æterna dependet.

Qui ergo humanam iustam transgreditur, præterit & di
uinam, secundum illud saluatoris. Qui uos audit me au- Lucæ. 10.
dit: & qui uos spernit me spernit. Et Apostolus ait, Scitis quæ 1. Thes. 4.
præcepta dederim uobis per dominū Iesum. Itaq; qui hæc
spernit non hominē spernit, sed Deum, qui etiā dedit spi-
ritum sanctum suum in nobis. Et iterum ad Roma. Non Roma. 13.
est potestas nisi à Deo. Itaq; qui resistit potestati, ordina-
tioni Dei resistit. Qui autē resistit, ipse sibi damnationem
acquirat. Vide in Deutero, apertam scripturam huic loco Deute. 17.
suffragantem.

Articulus. 11.

Non repugnātem dictis tuis si prælati no- R H E T.
stri spiritum sanctum haberent, sicuti Paulus &
Apostoli habuerunt.

In obediētia præstanda, non personæ qualitas sed cō THEO.
ditionis dignitas attendenda uenit. Prælatuæ enim debe-
tur obediētia, non bonitati personæ. Attendendum est
itaq; utrum mandans ius habeat præcipiendi, quemadmo-
dū in iure paterno pater filijs præcipit. In regimine oeco-
nomico maritus uxori, & dominus seruo mandat. In do-
minatiuo autem seu politico reges suis subditis, & præla-
ti suis clericis præcepta ferunt, quibus inferiores parere

DE SACRAMEN. ECCLE.

debent, ut docet Apost. Roma. 13. Colof. 3. Ephes. 6. 1. Corin. 14. ad tit. 3. Et Petrus. 1. Pet. 2. 3. 5. Malus autem praefectus quemadmodum officium suum non perdit: ita nec debetam sibi subiectionem. Saul namque & David manserunt reges post scelera patrata. Ait enim dominus. Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei. Omnia ergo quaecumque dixerint uobis seruare & facite: secundum opera eorum nolite facere. Dicunt. n. et non faciunt. Non. n. refugit dominus iudicium Annae, Cayphae, aut Pilati, quia mali fuerunt. Immo eorum potestatem honorauit, & iudicium pertulit. Paulus non ideo Caesarem appellauit, quia princeps sacerdotum malus erat. Fuerat enim & ipse Caesar paganus et nequissimus. uide infra tit. 11. art. 7. Dicit quoque August. ad Bonifacium, dist. 9. cap. Imperatorem quicumque legibus, &c. Quicumque legibus imperatorum quae pro ueritate feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium. Patet ex his quod errauerunt Begardi circa haec, dicentes perfectos nulli esse subiectos et Vualden, praelatis qui negauerunt praestandam obedientiam, aut principibus, modo essent in peccato mortali: quos imitati sunt Ioannes Vuicleff. & Ioannes Huss, & Lutherus, qui ait eis solum necessitate parendum in his quae sacra scriptura praecipit.

DE SACRAMEN. ECCLESIAE TITVLVS. X. ARTICVLVS I.

RHET. **S**I sacramenta uocamus ritus qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiae: facile est iudicare quae sunt propria sacramenta, Verè etenim sunt sacramenta, ba-

ptissimus, coena domini, & absolutio, quæ est sacramentum pniæ. Nam hi ritus habent mandatum Dei, & promissionem gratiæ, quæ est ppria noui testamenti. Si uerò illa dicuntur sacramenta, quæ habent mandatum Dei, poterunt officia & magistratus etiam uocari sacramenta. Si aut illa sunt sacramenta quæ habent mandatum Dei & pmissiones, possent & his annumerari eleemosynæ, & afflictiones & orationes uerè essent sacra, habent enim mandatum Dei & promissiones.

In re maxime seria, & quæ præcipua est in religione THEO. nostra christiana non congruebat tam uariè, tam ambigüe loqui, sed cum unius rei una sit definitio explicàs esse rei, eam oportuit dedisse, ex qua constaret quæ sunt sacramenta, & quæ non. Magistratus & orationes & eleemosynæ, an sint sacramenta in ambiguo ponis. Sed & uerbum Dei à numero sacramentorum non secludis, qd' mandatum habet Dei: *Ite docete omnes gentes: & promissio Matth. 28 nem: Beati qui audiunt uerbum Dei. Quis uerò ex pri- Lucæ. 11* scis patribus hæc posuerit sacramenta in ecclesia præter te hactenus non cõperi. Attendentes igitur quod canon ait, ca. Ad abolendam. de hæreti. Quicumq; de ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & obseruat uinculo perpetui anathematis innodamus. Nos cū ueritate quæ neminem palpat, quæ se palàm facere non ueretur, quæ tandem uincit cum ecclesia catho. cum Magistro in. 4. dist. 1. dicimus: Sacramentum est inuisibilis gratiæ, uisibilis forma (hoc est sensibilis figura) ut ipsius imaginem (hoc est similitudinem) gerat: & causa existit, sci-

DE SACRAMEN. ECCLE.

licet instrumentalis. Sacramenta enim nouæ legis sacramenta dicuntur quasi sacramenta, quia sanctitatem quæ per similitudines rerum sensibilibus figurant, efficiunt. Veteris uero legis sacramenta signabant quidem, sed non conferebant gratiam: quæ imobrem eadem elementa appellat ea Apostolus.

Gala. 4.

Principalis actor & causa gratiæ est Deus, sacramenta uero instrumenta sunt, figuratiua & causatiua gratiæ. Efficiunt namque instrumentaliter quod figurant, ut, si licet intus agatur in anima, quod foris cernitur in sensu.

apls.

u. fir.

Quod est uidere in singulis inter septem sacramenta (quem numerum recitat concilium Constantiense. sessione. 15.) Nam in baptismo corpus abluitur & per gratiam datam animæ sordes purgatur. In confirmatione, regum more miles Christi inungitur, ut assequatur gratiam, qua nec mortis formidine à fidei confessione recedat, quam gratiam per impositionem manuum contulerunt Samaritanis Petrus & Ioannes.

qua dicit.

Actu. 8.

ordo

uit. absol.

atrimoniu

In Eucharistia est manducatio corporis Christi, & eo modo anima spiritualiter confortatur in uia Dei ambulatura.

In ordinis sacramento datur per consecrationem spiritualis potestas, ut sanctificatus digne consecret & ministret.

In poenitentia uero à culpa absoluitur peccator, et gratia restituitur. In matrimonio datur gratia, ut sit coniugatorum indissolubile uinculum, sciatque uterque coniugum suum possidere in sanctificatione & honore, & non in passionis desiderio, sicut gentes quæ ignorant Deum, sed in dilectione, ut docet Apostolus. Viri diligite uxores uestras sicut Christus dilexit ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret.

Ephes. 5.

ph. uisio.

In extrema quoque unctione linitur animus per gratiam, ut non cedat homo infirmus temptationibus quæ occurrunt morituris, tum ex demonum insidijs, tum

ex pusillanimitate quæ accidit ex prioris uitæ lapsu per
quinque sensus hominis. Ex his perspicuum redditur sa-
cramenta quam causent gratiam, efficientes instrumenta-
liter quod sensibilibus figurant. Sunt enim gratiæ diuinæ
figura causaq; instrumentalis.

Articulus. 2.

Cōfirmationem, ritum à patribus acceptum R H E T.
non ad salutem necessarium dicimus: ideoque ei
sacramenti nomen negamus.

Fuit is error Græcorum, Ruthenorum, Vualden. & THEO.
Ioannis Vuicleff. superaddentis eam ex motione diabo-
li introductam, & quod reseruetur episcopis cupidita-
tem eorum adinuenisse. Cum autem non sit periculosior
iactura quam si uana pro ueris sacramentis ecclesia reci-
piat, aut fictis corporalium signis utatur: eum errorē de-
clinantes, ecclesiæq; catholicæ adherentes, quam nō pos-
se errare credimus in his quæ fidei sunt propter promissum
à domino affuturum auxilium, dicimus confirmationem
esse sacramentum secundum patrum sententiā, quam
potius sequimur, quam damnatorum hæreticorum erro-
rem: quibus subscribit Lutherus. Dicit enim Clemens Pa-
pa & martyr Petriq; Apostoli successor in epistola pri-
ma ad discipulos suos. Cum quis regeneratus per aquam
fuerit: postmodum septiformi spiritus gratia ab episcopo
confirmetur, quia aliter perfectus esse christianus nequa-
quam poterit ut à beato Petro accepimus. Et cæteri san-
cti Apostoli præcipiente domino docuerunt. Et Eusebius
Papa et martyr in epistola ad episcopos Cæpaniæ & Tu-
scia. Manus, inquit, impositionis sacramentū magna ue-
neratione tenendū est, quod ab alijs perfici non pōt nisi à
summis sacerdotibus. Nec tpe Apost. ab alijs quā ab ipsis

DE SACRAMEN. ECCLE.

Apostolis legitur aut scitur peractum esse. Neq; ab alijs
quàm ab illis qui eorum locum tenent unquam perfici po-
test, aut fieri debet. Melchiades uerò Papa & martyr in
suo decreto sic habet. De his sup quibus rogastis uos in-
formari, id est utrum maius esset sacramentum, manus im-
positio episcoporū, aut baptismus: scitote utrūq; magnū
esse sacramentum. Et post pauca. Ita coniuncta sunt hæc
duo sacramenta ut abinuicem nisi morte præueniente nul-
latenus possint segregari. Spiritus sanctus in fonte plenitu-
dinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmen-
tum præstat ad gratiam. Regeneratio per se saluat mox in
pace beati seculi recipiendos. Confirmatio aut armat &
instruit ad agones mundi huius & prælia reseruandos. In
decreto autem Innocentij ad episcopum Egubinū cap. 3.
sic legitur. Infantes non debent nisi ab episcopo. consigna-
ri: non à presbyteris, qui pontificatus apicem non habent.
Hoc aut solis episcopis competere lectio actuum Aposto-
lorum declarat, quæ asserit Petrum & Ioannem directos
ad Samariam, ut Samaritanis conuersis imponerent ma-
nus. Vbi etsi unctionis non fit mentio, non ambigitur ta-
men facta. Nam dicit Fabia. papa in epist. sua ad episco-
pos orientales. Chrisma instituerunt Apostoli haud dubiè
ut confirmandi chrismate ungerentur, ideoq; idem Fa-
bianus eos reprehendit episcopos, qui non singulis annis
chrisma innouarint. Et Augu. lib. 2. cap. 4. contra literas
Petiliani Donatistæ, ait confirmationem esse sacramentū
chrismatis, quod quidem in genere uisibile signaculo-
rum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus. Quod sacra-
mentū contulisse feruntur Petrus & Ioannes Samaritanis
per manus impositionē. Et per solos episcopos posse con-

Actu. 8.

ferri definiuit concilium Toletanum. 1. cap. 20. & Ispalen. 2. cap. 7. & concilium Constantien. Articulus. 3.

Cum omnia sacramenta sint gratiæ collatiua: **R H E T.** gratiæ autem actor & dator sit Deus solus, non potest esse confirmatio sacramentum, quæ non à Christo, sed à patribus est instituta, ut præfatæ tuæ sonant productæ authoritates.

A Christo solo omnia sacramenta etiam cōfirmationis **T H E O.** instituta ~~probabiliter~~ asseruimus propter rationē per te allegatam. Apostoli uerò promulgarunt quædam potius quam instituerunt. Quamobrem dicitur à patribus accepta confirmatio. Siquis uerò contentiosus ab Apostolis dixerit eam manasse, dicemus quòd eam non propria authoritate, sed Christi instituerunt mādato. Et hoc in idem redit cum priori. Quia uerò noui testamenti sacramenta dicimus gratiæ collatiua: adhibetur enim homini ad eum sanctificandum, non ad sanctificationem ipsam figurandā, ut ueteris legis sacramenta: Secludimus ab eis eleemosynas, orationes, carnis afflictiones, & uerbum Dei. Non enim in homine hæc causant gratiam, licet animā ad eam percipiendam disponāt, & aptent. Magistratus quoq; & alia officia, quia instituta sunt ad populum gubernandū, non ad gratiam præstandam (quod sacramentorum est) sacramentis non annumeramus. Articulus. 4.

Vnctionem nō admittimus inter sacramen- **R H E T.** ta numerari, quia à patribus, non à Christo dimanauit pro sacramento,

Fuit & is error Heraclitarum, Albanen. Ruthenorū, **T H E O.** Vualden. & Ioannis Vuicleff, quem repullulare fecit Lutherus. Vnctionem autē esse sacramentum definiuit Inno-

DE SACRAMEN. ECCLE.

centius primus decreti sui cap. 8. sic inquit. Omnes fideles ~~egrotantes~~ secundum Iacobi uocem oleo chris-matis perungi possunt à sacerdote, non poenitentibus autē illud infundi non potest: quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quō unum genus posse putatur concedi? Hoc sacramentum promulgauit Aposto-lus Iacobus (non ut quidam autumant, instituit.) Id enim tradi-dit populo quod ipse à Christo acceperat: quemadmodū alia per Matthæum, alia per Lucam, Ioannem, aut Mar-cum, mundo innotescunt. Sunt enim peculiaria quedam cuiq; Euangelistæ, quorum nullus aliorū meminit. Quia ergo uetat ut quedam nobis innotescere uoluerit Christus per apostolum suum Iacobum, quēadmodum per apostolum suum Paulum quēdā innotuit? Ait nanq; Augu. lib. 1. de uisitatione infirmorum, adducēs hoc ipsum Iacobi uerbum. Infirmatur quis in uobis, &c. & concludit. Ergo si roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus: imò per Apostolum suū dominus, ipsa olei sacri delibutio intelligitur spiritus sancti typica unctio. Effectum huius sacramenti exprimit ipse Iacobus, dum ait. Si in peccatis sit, dimittetur ei. Materiam designauit, oleum sacrum, quia-bus dandum est sacramentum, insinuauit dicens. Infirmatur quis, &c.

Articulus. V.

R. H. E. T.

Matrimonium nō primū institutum in nouo testamento, sed statim in initio, creato genere humano dicimus. Habet enim mandatū Dei & promissionem, non quidem propriē ad nouum testamentum pertinentem, sed magis pertinentem ad uitam corporalem. Et sic propriē non est sacramentum noui testamenti.

Matrimonij statum reprehensione dignum censuerūt THEO.
 aliquando Taciani, Martiani. Eustachius, Adamitæ, Ma-
 nichæi, Abeloitæ, et Cataphrygi. Quorum errorē præ-
 uidens Apostolus redarguit dicens. In nouissimis tempo- 1. Tim. 4.
 ribus discedent quidem à fide, attendentes spiritibus erro-
 ris, in hypocrisi loquentium mendacium, prohibentiū nu-
 bere, &c. Hic error damnatus est in concilio Gangren.
 quod contra Eustachium fuerat conuocatū: dicitur nanq;
 ibidem. cap. 1. Siquis nuptias in accusatione duxerit, aut
 abominandas, anathema sit. Idem habetur in synodo To-
 letana. 2. cap. 21. contra Priscilianū. Et in cōcilio Bracha-
 ren. 1. cap. 11. dicitur. Siquis coniugia humana damnat, si-
 cut Manichæus & Priscilianus docuerūt, anathema sit.

Armeni qui faciunt matrimonia per uim, nullam ha-
 bentes contrahendi formam, & pro libito separant, sacra-
 mentū negāt, ut impingit eis Guido: Lutherani uerò pro-
 priè sacramentum nouæ legis esse non admittunt, Quod Ephe. 5.
 tamen sacramentū asserit magnum in Christo & ecclesia
 Apostolus: Vbi Ambros. mysterij sacramentū grande in
 unitate uiri ac foeminæ esse significat. Et Augusti. libr. 1.
 cap. 10. de nuptijs & concupiscentia, sic ait. Non tantum
 foecunditas, cuius fructus in prole est: nec tantum pudici-
 tia, cuius uinculum est fides: uerum etiam quoddam sacra-
 mentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis.
 Vnde dicit Aposto. Viri diligite uxores uestras, sicut &
 Christus dilexit ecclesiam.

Articulus. 6.

Fatemur quidem matrimoniū sacramētum, Ephe. 5.
 hoc est sacri rei signum, quēadmodum dicūt per RETH.
 re adductę authoritates: non aut probasti ipsum
 esse sacramentum gratiæ collatiuum.

THEO.

Sacramentum nouæ legis esse matrimonium definiuit
Lucius Papa. 111. de hæreticis. cap. Ad abolendam. ubi sic
habet. uniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis
domini nostri Iesu Christi, uel de baptismo, seu de
peccatorum confessione, matrimonio, uel reliquis eccle-
siasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuit,
quàm sacrosancta Roma. ecclesia prædicat & obseruat,
uinculo perpetui anathematis innodamus. Et in concilio
Constantiensi sessione quintadecima sic habetur, Sacerdo-
tes criminosè uiuentes sacerdotij polluant potestatem, &
sic ut infideles filij sentiunt infideliter de septem sacramen-
tis ecclesiæ. Vides quomodo matrimonium unum de se-
ptem enarratur sacramentis apud Lucium expresse, in con-
cilio Constantien. implicite. Nam dum ecclesiæ septem enu-
merantur sacramenta, matrimonium inter hæc unum ha-
betur sacramentum. Quòd uerò gratiam conferat, ut alia
sacramenta, & non habeat promissionem tantum ad uitam
corporalem pertinentem, uel in hoc attendas, quòd
dominus iam matrimonio iunctis primis nostris parenti-
bus benedixerit, dicens. Crescite & multiplicamini. Ab-
sit autem ut corpori ad multiplicationem, & non potius
animæ ad salutem benedixerit dominus. Nō enim præter
Hebræ. 13. æquitatem, ait Aposto. Honorabile connubium in omnia
bus, & thorus immaculatus. Quis enim thorus immacu-
latus, nisi qui caret macula? Porro carere macula non ua-
let, nisi adsit gratia quam dicimus in hoc sacramento cō-
ferri, ut coniugum uterq; sciat uas suum possidere in san-
ctificatione & honore, non in passione desiderij. Efficat
hoc sacramentum, indissolubilem coniugum unionem, re-
presentantem unionem Christi cum ecclesia, quemadmodum

dum ait Aposto. Viri diligite uxores uestras, Sicut Chri- Eph. e.
stus ecclesiam suam dilexit, & post pauca. Sacramentum
hoc magnum est, in Christo & ecclesia.

DE SACRAMENTO ORDINIS
ET SACERDOTIO. TITVLVS XI.
ARTICVLVS PRIMVS.

Ecclesia Christi ignorat sacramentū ordinis. R E T H.

Ecclesiam Lutheranam fateor ignorare, non Christi, THEO.
nō orthodoxorū. Quō enim ignorare ualuit quod à prin-
cipio consecrauit, & hactenus continuauit, & confirma-
uit? In primitiua ecclesia quis ambigit episcopos, presbyte-
ros, uel diaconos fuisse: uitam nanq; episcopo dignā expli-
cauit Apost. 1. Timot. 3. ad Titum. 1. Presbyterorū memi-
nit. 1. Timot. 5. & eorū ordinationem per singulas eccle-
sias legis, Actu. 14. De diaconibus habes. 1. Timot. 3. &
Actu. 21. Et Clemens D. Petri successor ait in epistola ad
Iacobum fratrem domini, de sacratis uestibus, & uasis.
Tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignē possint
dominica sacramenta tractare. Melius est enim sacerdoti
paucos habere ministros, qui possint dignē opus dei exer-
cere, quā multos inutiles, qui onus graue ordinatori
adducant.

Articulus. 2.

Non inficior tempore Apostolorum fuisse R E T H.
ordines: sed ordinem nego sacramentum, quia
gratiam non confert noui testamenti.

Audi membrum catholice ecclesie Aug. lib. 2. ca. 13. THEO.
cōtra epistolam Permeniani, attestantem ordinem esse sa-
cramentū sicut & baptismum. Vtrunq; sacramentū est,
inquit, & cū quadam consecratione utrunq; homini da-

DE SACR. ORD. ET SACER.

tur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur. Gratiam uero conferre sacrum ordinem suscipienti, aperte docet Paulus

1. Timo. 4. scribens Timoth. Noli, inquit, negligere gratiam, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum pra-

1. Timo. 1. sbyteri. Et eidem. Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae in te est per impositionem manuum mearum. Hanc ob causam per orationem & ieiunium sunt impositae ma-

Actu. 13. nus Paulo & Barnabae, & septem diaconibus ordi-

Actu. 6. natis. Articulus. 3.

R H E T. Ecclesia primitiua tres duntaxat habuit ordi-
nes, episcopatus, presbyteratus, & diaconatus.

T H E O. Hunc errorem impingit Guido Græcis & Vualden. Qui facile repellitur, si uerum est quod ait Hiero. in ar-
gumento epistolarum ad Thessa. & Colos. qui eas dicit mis-
sas per Tychicum diaconum & Onesimum acolytum. Alios
etiam fuisse ecclesiae ministros docet Ignatius beati Ioha-
nis discipulus in epistola ad Antioch. sic inquit: Saluto
sanctum presbyterum uestrum, saluto sanctos diaconos,
saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios laboran-
tes, & exorcistas. horum graduum meminerunt & cano-
nes Apostolo. cap. 25. Concilium etiam Carthagine. qua-
tum. 214. episcopo. omnes ordinis gradus, & modum quo
ordinatio facienda est, decernit. Ordinatio enim Aposto-
lorum habetur, cap. 1. & 2. Presbyterorum, cap. 3. Dia-
conorum, cap. 4. Subdiaconorum, cap. 5. Acolytorum,
cap. 6. Exorcistarum, cap. 7. Lectorum, cap. 8. Ostiario-
rum, cap. 9. Articulus. 4.

R H E T. Primitus qui sacerdos erat, & episcopus.

T H E O. Non inficior apud Paulum episcopum aliquando sa-
cerdotis uel presbyteri nomine appellatum, & ex hoc quod

dam sibi desumpsisse ansam errandi. Nam Aetius quidam
 ambiens episcopatum, neq; ualēs obtinere, docuit nullum
 esse discrimen inter episcopum & presbyterū. Quem so-
 pitum errorem repullulare iusserunt Valden. quos imita-
 ti sunt Martinus Paduanus, Hiero. de Praga, & Ioan. de
 Vuesalia. Huic errori facile dissentiet qui crediderit Ana-
 cleto martyri, tertio beati Petri successori. Ait enī in epi-
 stola de ordinatione episcoporum, Archiepiscoporum, &
 presbyterorum. A beato Petro apostolo, & reliquis alijs
 apostolis, ac à beato Clemēte nostro prædecessore et mar-
 tyre accepimus, quod episcopi apostolorum domini, præ-
 sbyteri quoq; septuaginta discipulorum locum tenent. Epi-
 scopi autē non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent
 constitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates
 atq; uillas debent ab episcopis ordinari & poni, singuli
 tamen per singulos suos titulos, ne uilescat nomen episco-
 pi. Et infra. Porro Hierosolymitarū primus archiepisco-
 pus beatus Iacobus, qui & iustus dicebatur, à Petro, Iaco-
 bo & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus uide-
 licet dando formam eorum, ut nō minus quā à tribus epi-
 scopis, reliquis prouincialibus assensum præbentibus, ulla-
 tenus episcopus ordinetur. Reliqui uerò sacerdotes à pro-
 prio ordinētur episcopo. Præterea episcopi presbyteros,
 non autem presbyteri episcopos consecrare ualent, sicut
 nec confirmare, ut docet Eusebius papa & martyr, in epi-
 stola ad episcopos Campaniæ. quod similiter decreuerunt
 concilium Toletanum primum, cap. 20. Ispalen. 2. cap. 7.
 & Constan. uide sup. titu. 10. art. 2. Et rursus. Oportet fi-
 guram respondere ueritati. In ueteri lege distinctio erat
 sacerdotū. Nam Aaron fuit summus sacerdos: Filij autem

DE SACR. ORDİ. ET SACER.

eius minores sacerdotes. Summus sacerdos alijs utebatur
Exo. 29. uestibus. Ipse solus intrabat sancta sanctorū, ad ipsum per
Leuiti. 16. tinebat celebrare festum expiationis, &c. quæ alijs sacra-
Hebr. 9. dotibus non fuerāt licita, ut docet liber Leuiticus & Pau-
 lus. Cōfirmat autem hoc Leo papa epist. 66. sic dicente
 In diuinis literis præcipiente domino solus Moyses in ta-
 bernaculo erexit altare, solus ipse unxit, qui utique sum-
 mus Dei sacerdos erat. Ideoq; id quod tantū facere princi-
 pibus sacerdotum iussu est, quorū typum Moyses &
 Aaron tenuerunt, omnino decretum est ut coepiscopi uel
 presbyteri, qui filiorū Aaron figuram gestant, accipere
 non præsumant. Differre etiam presbyteros ab episcopis
 docet Dionysius in epistola ad Demophylum monachū,
 sic inquit: Sacerdotes angeli sunt diuinorū iudiciorum,
 continuò post pontificem magistri. Idem docet in li. eccle.
 Hier. cap. 2. par. 2. Articulus. 5.

R H E T. Laicis conuenire sacerdotū non diffitemur,
1. Pet. 2. dicente Petro: Vos estis regale sacerdotiū, gens
 sancta, &c.

T H E O. Quis unquam cōfessus est Apostolos sacerdotes fuisse
 se antequā dominus in cœna illis contulisset potestatem con-
 secrandi? Quis baptizatos à Christo, uel ab ipsis discipu-
 lis ante Christi passionem pro sacerdotibus ueneratus est?
 Non enim nostrum sacerdotium uilius est illo legali, quod
 solis Aaron & filijs suis delegatum est: nostrum itaq; non
1. Cor. 12. conuenit nisi quibus cōmittitur. Ait enī Paulus. Vos estis
 corpus Christi, & membra de mēbris. Et quosdam qui-
 dem posuit Deus in ecclesia primū Apostolos, secundū
Hebr. 5. prophetas, tertio doctores, &c. Et ad Hebræ. Nec quis-
Titi. 1. quā sibiumat honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam

Aaron. Quāobrem ait Tito discipulo suo. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Et Timotheo. Noli negligere gratiam quæ data est tibi cum impositione manuum mearū. Non ait plebis aut uulgi, contra Lutherum, qui ait adueniente cōsensu uulgi, quemlibet effici sacerdotem. Cui & contradicit Ambro. in lib. de pœni. cap. 2. Ius, inquit, ligandi atq; soluendi solis sacerdotibus permissum est. Et glo. ordi. super illo. quodcunq; ligaueris. Habet oīs ecclesia in presbyteris & episcopis potestatem ligandi atq; soluendi. Inquit etiam Dionysius lib. de ecclesiast. hierar. cap. 5. par. 1. Ne ipse quidem sacerdos erit nisi pontificalibus officijs ad hoc fuerit promotus. Sicut enim solis sacerdotibus data erat potestas iudicandi inter leprā & nō lepram, ita mundatos à lepra ad solos misit sacerdotes saluator. Et Lazarum resuscitatū per solos discipulos iussit solui. Hanc uetustā hæresim redarguit & Tertul. in lib. de præscri. hæreti. dicens. q̄ quorundā hæreticorum ordinationes sunt temerariæ, leues, inconstantes. Nūc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia ueritate non possunt. Nusquam facilius proficiscitur, quā in castris rebellū, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque hodie alius episcopus, cras alius. Hodie diaconus, qui cras lector. Hodie presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Cypria. quoq; lib. 1. epist. 3. idem habet dicens. Planē episcopi non de uolūtate Dei fiunt, qui extra ecclesiam Dei sunt, sed contra dispositionem & traditionem euangelij fiunt, sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit, Sibi metipsis regem constituerunt, Osee. 8.

1. Timo. 4.

Matth. 16

Leuiti. 13.

Deut. 27.

Matth. 8.

Luc. 17.

DE SACR. ORD. ET SACER.

De sum. & non per me. Hanc hæresim eliminavit & conciliū La-
trini. teranen. sub Inno. 3. Vbi dicitur, hoc sacramentū, scilicet
 & si corporis & sanguinis Christi nullus cōficere potest, nisi
 de catholi. sacerdos rite ordinatus, secundū clauēs ecclesiæ, quas ipse
 cap. 1. Christus cōcessit Apostolis, & eorū successoribus. In con-

cilio uerò Remen. cap. 1. dicitur. Interdicta est laicis, &
 mulieribus, nedum corporis cōsecratio, sed nec cōtactus
 admittitur, de consecr. dist. 2. cap. peruenit. Dicimus autē
 ad Petri propositam authoritatem, oēs perinde reges, et
 sacerdotes, quia secundū Bedam, & Dydimum super eoa-
 dem loco, Christo uniti sunt, qui est rex & sacerdos. Re-
 ges sunt omnes sese christianè regentes, futuri regni præ-
 mium præstolantes. Sunt & sacerdotes Deo sese in holo-
 caustum offerentes, quemamodum ait Ioannes in Apoca.

Apoc. 1. Gratia uobis & pax à Iesu Christo, qui dilexit nos, & la-
 uuit nos à peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos Deo
 nostro regnum & sacerdotes (utique spiritales) Deo
 patri. Articulus. 6.

R H E T. Sunt qui mulieribus etiā sacerdotij dignita-
 tem conuenire non abnuunt.

R H E T. Illius erant farine Cataphrygi, Pepusiani, & Val-
 den. Dicunt enim hominem, etiā mulierem de sua secta, sa-
 cerdotem esse. A quibus & Lutherus non dissentit ppter
 Petri authoritatem, ar. præcedenti adductam. Hi nostrū
 sacerdotium equiparare moliuntur sacris Priapi (à quibus

1. Reg. 15. matrem suam pijsimus rex Iuda Aza amouit) uilius æsti-
 mantes sacerdotium nostrum legali, uel gentiliū sacerdo-
 tio. Gentes enim sic ueneratæ sunt suum sacerdotiū ut re-
 ges & imperatores scepra deferrent, & sacerdotio fun-
 geretur, Legale quoq; sacerdotium solis Aaron filijs con-

cessum fuisse, non est qui abnuat. Mulieribus non conueni-
 re sacerdotium agnoscat, quicumq; sacerdotale officium se-
 xumq; pensitauerit muliebrem. Sacerdotis est conficere
 corpus Christi, peccata in confessione audire & absolue-
 re, populis præesse, et eos docere. Duo prima mulieribus
 non cōueniunt: quia dominus hoc munus uiris non fœmi-
 nis præstitit. Negantur eis & reliqua, quia suapte natura
 subiectionis habent statum. Dixit enim dominus mulieri.
 Sub uiri potestate eris. Et Paulus: Caput mulieris est uir: Genes. 3.
 & omnis uiri caput Christus. Etenim non est creatus uir Ephe. 5.
 propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideò debet 1. Cor. 11.
 mulier uelamen habere super caput suum. Et capilli pro
 uelamine ei dati sunt. Et iterum. Mulier in silentio discat, 1. Tit. 2.
 cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permit-
 to, neq; dominari in uirum, sed esse in silentio. Et rursus:
 Mulieres in ecclesijs taceant: non enim eis permittitur lo- 1. Cor. 14.
 qui, sed subditas esse, sicut & lex dixit: Siquid autem uo- Gene..
 lunt discere (non ait docere) domi uiros suos interrogent.
 Quamobrē dicitur in concilio Carthagi. 4. 214. episco-
 porum, cap. 110. Mulier quamuis docta & sancta, uiros
 in conuentu docere non præsumat. Articulus. 7.
 Quare nō æquē malitia arcet à sacerdotio, si. R H E T.
 cui sexus: cum dominus nō sit uindex naturæ
 Dixerunt aliquando Vualden, præbyterū non digni- THEO.
 tatem, sed uitæ meritum efficere potiorē: & mortali cul-
 pæ obnoxiiū, neque seculari, neque ecclesiastica dignitate
 potiri. Et Ioannes Vuicleff ait. Si episcopus uel sacerdos
 existat in peccato mortali, non ordinat, non cōsecrat, non
 conficit, non baptizat. Eiusdem erroreris fuerunt & Al-
 ban. Hi redarguuntur ex decreto Anastasii Papæ dicētis.

DE SACRA. ORD. ET SACER.

Mali bona administrando, sibi tantummodo nocent, nec ecclesiae sacramenta commaculant, quemadmodum radij solis foedissima loca transeunt, & nulla contactus inquinatio ne maculantur. Non enim homo, sed Deus per sacramenta operatur. Super cathedram Moysi, inquit Saluator, sederunt Scribae & Pharisei, quaecumque dixerint uobis facite & seruate. Nam Annae & Cayphae, Herodis & Pilati pessimorum hominum non declinauit Iesus forum: Docens in hoc: quod bonitas non dat homini cathedram, nec malitia spoliatur: sed institutio rite facta dat iudici potestatem: ut sup. titu. 9. art. 11. Articulus. 8.

R H E T. Sacerdotium non intelligitis ministerium uerbi & sacramentum dispensandorum: sed sacrificium, quasi oporteat esse in nouo testamento sacerdotium Leuitico,

T H E O. Vbi, rogo, legisti apud quempiam theologorum ministerium uerbi, aut sacramentorum dispensandorum secludi, & non complecti nostro sacerdotio? Afferimus enim triplex sacerdotij officium, seu ministerium. Habet enim sacramentorum dispensationem, uerbi Dei declamationem, & eucharistiae consecrationem, & oblationem, Subdiaconi uero est materiam eucharistiae preparare: Diaconi autem sacerdoti in suo ministerio assistere. Praeterea quis absurdum iudicabit ueritatem conuenire cum figura? Fuerunt enim in ueteri lege pontifices, sacerdotes, leuitae, ac alij ministri: Eos et potiores in nostris conuenit esse sacrificijs. Ait enim Cyprianus, lib. 3. epist. 9. Apostolos, id est, episcopos & praepositos dominus elegit: Diaconus autem post ascensum domini in coelos, Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui, & ecclesiae ministros. Dicit etiam Ignatius

ad Heronem diaconum epist. 9. Episcopi baptizant, sacerdotalium agunt, ordinant, manus imponunt: Tu uero eis ministras sicut sanctus Stephanus Iacobo, & ceteris presbyteris in Hierosolymis. De alijs ordinibus loquitur idem Ignatius in epist. 8. ad Anthiocen. ut habes sup. art. 3.

DE COELIBATV ET CON-
IUGIO SACERDOTVM
TITVLVS XII.

ARTICVLVS. I.

Saliquādo fuere causæ cur ademptum sit **SACERDOTIBUS** coniugium: potiores iam sunt rationes reddendæ: Dicit namq; Paulus. Propter 1. Cor. 7. fornicationem unusquisq; propriam uxorem habeat: Melius enim est nubere quàm uri. Preterea **MATTH. 19** Christus inquit: Non omnes capiunt uerbum hoc, scilicet, Non expedit nubere, sed quibus datum est. Qui potest capere capiat. Vbi Saluator docet, non omnes homines ad coelibatum idoneos esse. Unusquisq; enim proprium donum habet à 1. Cor. 7. Deo, ait Apost. Alius quidem sic, alius uero sic. Non est etiam humanæ potestatis, sine singulari dono & opere Dei creationem immutare. Igitur qui non sunt idonei ad coelibatum, debent matrimonium contrahere. Nam mandatum Dei & ordinatione eius, nulla lex humana tollere potest. Ex his causis docent Germani sacerdotes licere sibi uxores ducere. Et cum senescere iam mundo, paulatim natura humana fiat fragilior & imbecillior: conuenit prospicere, ne plura uitia ser-

DE COELIB. ET CONIV. SAC.
pant ex prohibitione quàm ex admessione nu-
ptiarum: Cum impurus coelibatus plurima pa-
riat scandala, adulteria, stupra, incestus, & alia sce-
lera. Quamobrem dicit Paulus cōiugium in re-

THEO, medium esse fragilitatis humanæ.

Ait aliquando Ioannes de Vuesalia, nullam esse cau-
sam rationabilem indicendi clericis castitatem: cui non
consentimus. Primitiua quidem ecclesia dum adhuc rudis
ex gentibus constituebatur, leuiora dedit præcepta, ne
territi fugerent, ne laqueum uideretur iniicere, & plus
imponere oneris, quàm posset hominum sustinere fragi-
litas. Ideoque & Apostoli non præcipiunt continentia
coelibatum, sed uirginitatem consulunt, ieiunia non im-
probant. At ex eorum traditionibus obseruari docet Hi-
eronymus in epist. ad Marcellam, tum in lib. de celebratio-
ne Paschæ. In tenella adhuc ecclesia dum ecclesiasticus
ordo instituitur, propter conuersorum paucitatem admi-
sum est sacerdotibus, uti matrimonio prius cōtracto. Ro-
borata uerò ecclesia, hominibûsque ad potiora prouoca-
tis, addictus est ecclesiastico ordini coelibatus: ut non, nisi
deinceps coelebs uicturus, admittatur ad ordines. Ratio-
nem huius assignat Hieronymus. contra Iovinianum. lib. 1. ca. 19.
Si laicus, inquit, & quicumq; fidelis orare nō potest, nisi
careat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro popu-
lo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si sem-
per orandum est: ergo semper carēdum est matrimonio.
Nam in uete. lege qui pro populo hostias offerebāt, non
solum in domibus suis non erant: sed purificabantur, ad
tempus ab uxoribus separati, & uinum & siceram non
bibebant: que solent libidinē prouocare. Et Ambrosius in 1.

epist. ad Timo. cap. 2. ueteribus, inquit, idcirco concessum est leuitis & sacerdotibus uxores ad usum habere: quia multum tempus ocio uacabant à ministerio, aut sacerdotio. Multitudo enim erat sacerdotum, & magna copia leuitarum, & unusquisque certò seruiebat tempore diuinis caerimonijs, secundum institutum Dauid. Nunc autem septem diacones esse oportet, aliquantos presbyteros, ut bini sint per ecclesias, & unus in ciuitate episcopus. Ac per hoc omnes à cōuentu abstinere debere: quia necesse est eos quotidie præsenti esse in ecclesia, nec habere dilationem, ut post conuentum legitime purificentur, sicut ueteres. Omni hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis: incolis tamen uel bis in hebdomada. Et post pauca. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se praecepit Apostolus, ut uacent orationi: quantò magis leuitis & sacerdotibus, quos dies noctūque pro plebe sibi cōmissa oportet orare? Præterea nullus in ueteri lege carnes agni Paschalis Exo. 12. comedere præsumpsit, qui renes non praeingeret. Et panes propositionis sacerdos Abimelech dare Dauid cum 1. Reg. 21. pueris suis noluit, donec se ab uxoribus continuisse profiterentur. De gentiliū sacerdotum castitate, audi Hiero. lib. 2. cap. 30. contra Iouinia. epist. 6. Antequam, inquit, religio nostra fulgeret in mundo, unicubas semper habuisse inter matronas decuit. Per illas fortunæ muliebri sacra fieri solitum, nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum leges: Hierophantes quoque Atheniensium usq; hodie cicutæ sorbitione castrari, & postquam in pontificatum fuerint electi, uiros esse desinere. Arti. 2.

Remedium fornicationis datū fragilitati car. R E T H,

DE COELIB. ET CONIV. SAC.

1. Cor. 7. nis est matrimonium, secundum illud Apostoli
præfatum. Propter fornicationem unusquisque
propriam uxorem habeat. Itaque qui se continere
non ualeat, nubat, secundum Pauli indulgentiam.

THEO. Qui se non continere iudicauerit, sacris se initiari or-
dinibus non sinat: utatur sibi admissio fornicationis reme-

Sap. 8, dio, matrimonio. Qui donum hoc cœlitus sibi datum (se-
ne quo continens esse non potest) non existimat, ab ordi-
nibus suscipiendis absteineat, & nubat cui uult in domo
no. Si autem sacris se initiari fecit, factum est ei illicitum,
quod prius licuisset. Quemadmodum ait Hieronymus, contra Iovinianum lib. 1. cap. 7. epist. 5. Et si nupserit uirgo, non
peccauit. Non illa uirgo, quæ semet cultui dei dedicauit.
Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia
primam fidem irritam fecit. uide infra tit. 34. ar. 11. Aristoteles.

RHET. Existimaui me posse continere: sed carnis pe-
tulancia post susceptos ordines sic efferbuit, ut
mihî iam sit impossibile. Itaque fornicationis re-
medio utendum erit matrimonium dico.

THEO. Memineris Pauli qui ait. Omnia possum in eo qui me
Philip. 4. confortat Deus. Oblitus es sponsionis Christi, qui ait.

Luce. 11 Ego dico uobis: Petite & dabitur uobis: querite & in-
uenietis, pulsate & aperietur uobis. Et rursus. Quodcu-

Ioan. 14 cunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Et

Ioan. 15 iterum: Si manseritis in me, & uerba in uobis manserint,

Iacob. 4 quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis: Petitum au-
tem, & non accipitis (si tamen petitis) eò quod male pe-
tatis. Et impossibile dicitis: non quia gratia Dei assistit
impossibile est, sed quia negligentia torpentes non conueni-
mini ut sitis continentes. Quid nanque facturum est uir-

cuius uxori iam superuenit impotentia coeundi: aut cuius
 ius uxor fugam cum adultero iniit? Quid actura est mu-
 lier, cuius maritus iam redditus est frigidus? Nunquid hi
 sine suo delicto non ualentes habere exactum debitum con-
 iugale, alijs misceri poterunt? Absit. Ait enim Apost. Mu Rom. 7.
 lier alligata est legi quanto tpe uir eius uiuit. Quod si dor 1. cor. 7.
 muerit uir eius, liberata est. Quod et in uiro intellige. Nā
 coniuges iudicantur ad paria, ut ait. Hiero. & recitatur.
 32. q. 5. cap. apud nos. Quid itaq; facturus est petulantem
 & lasciuientem carnem sentiens, & debitum coniugale
 non ualens assequi? Oret, abstineat, ieiunet, corpus inedia
 subijciat, occasiones libidinem prouocantes fugiat, ad bo-
 na opera se conferat: & diuino fultus auxilio cōtinere po-
 terit, quod sibi prius impossibile suspicatus fuerat. Dicit
 enim negligens se non posse continere: non quia non pōt,
 sed quia non uult. Nam deliciarū affluentiam, epularum,
 et poculorum copiā refecare iste non cupit: muliercularū
 consortia, & alia cōcupiscentiæ incentiua uitare refugit,
 otium studio, repellere negligit, dicente Hiero. ad Rusti-
 cum monachū. Ama scientiam scripturarū, & carnis ui-
 tia non amabis. Itaq; plerisq; sacerdotibus, non uirtus con-
 tinendi, sed uolūtas deest. Vellent nanq; pleriq; hominum
 esse boni, sed non sunt, non quia esse non possunt, sed quia
 non uolūt, ut ait Aug. de pecca. merit. lib. 2. cap. 17. Nam
 cōtra naturam est copijs uoluptatum, sine uoluptate per-
 frui, teste Hiero. contra Iouin. lib. 2. cap. 37. epist. 6. Istis
 quoq; inquit Chrysosto. homilia in psal. 50. Non possunt
 (ais) me cōtinere: hoc pusillanimitatis est & negligentiae
 tuae, qui Dei praecepta cōtinere malles quā facere, ui-
 de infrā titu. 34. arti. 12.

Articulus. 4.

M

DE COELIB. ET CONIV. SAC.

RHET,

Hanc de cœlibatu legem quam defenditis et probare nequeo: quia cū iure diuino & natura pugnat, ab ipsis canonibus conciliorū dissensio & cōstat superstitiosam & periculofam esse. Parit enim infinita scādala, peccata & corruptelam publicorū morum. Hæc res nullam requirit disputationem: tantū requirit æquum iudicem, et bonum, & timentem Deum.

THEO.

Hunc arbitrum exopto et ego, qui æqua lance nostram et tuam sententiam libret ac diiudicet. Dicis namque legem de cœlibatu cum iure diuino pugnare et naturæ. O quam blasphemiam sanctissimis atque castissimis uiris pariter et mulieribus irrogas. Quis unquā præter te præsumpsit dicere, Hieremiā legis fuisse præuicatorē: quia cœlibatū nixit? Quis præter te arguit Ioānem Baptistā, aut Evangelistam, Ceciliā, Agnetem, aliasque clarissimas uirgines, quæ uirginitatem seruantes, seculum quoque cum sexu uicerunt? Quis præter te audebit Christum dicere legis diuinæ et naturæ præuicatore, quia matrimonio usus non est? Qui ait: Non ueni soluere legem, sed implere.

Matt. 5.

Cur non formidas Saluatorem redarguere: quia Ioānem nubere uolentem, de nuptijs uocauit, ut ait Hiero. in prologo super Ioan. Cur et Paulum notare nō uereris, qui ad castitatem et uirginitatē adhortatus est? Art. 5.

RHET,

Constat hanc legem cœlibatus superstitiosam esse, & periculofam; Parit enim infinita scādala, peccata, & corruptelam publicorum morum.

THEO.

Quō superstitiosum erit quod Christus exemplo ostendit et uerbo docuit? Ait enim. Sunt eunuchi qui se castrant propter regnū Dei qui pōt capere capiat. Virg.

Matth. 19.

et uerbo docuit? Ait enim. Sunt eunuchi qui se castrant propter regnū Dei qui pōt capere capiat. Virg.

primitiæ sunt Dei: Ergo uiduæ, & in matrimonio continentes, erunt post primitias, id est, in secundo, & tertio gradu, ut ait Hiero. contra Iovin. lib. 1. cap. 25. epif. 5. Vir Apoc. 14. ginibus singularis datur merces, ut sequantur agnū quocumq; ierit, contentq; canticum, quod nemo præter uirgines cantare audet. Quānam fronte astruere præsumis, q; scandala, peccata & publicorū morum corruptelam patriat lex coelibatus? Nō hæc parit lex coelibatus, sed abolitio amoris, & timoris domini, libera concupiscentia, appetitus effrenis, horror uirtutis. Et interdum pōtificum, & aliorū promouentium uitio hæc accidunt, qui non doctiores, non meliores, sed nobiliores, ditiores, & argutiores in clerum eligunt: & simplices quosque, probos tamen & innocentes, tanquam in idoneos repellūt. Qui affinis cognatis & amicis (quasi terrenæ foret militiæ) officia largiuntur, non utilitati consulentes egentis ecclesiæ: sed potentum, aut amicorum parere uolētes inuersioni. Quodque his deterius est, illis donāt clericatus gradum: quorum fuerunt aliquando obsequijs deliniti, magis personæ cōmodum quā accipientis idoneitatem, aut ecclesiæ utilitatem attendentes. Quibus dicitur. Aedificastis Miche. 3. Sion in sanguinibus, & Hierusalē in iniquitate. Nō enim omnes religioni, sacerdotio, aut ecclesiastico gradui conueniunt. Præstaret paucos & morum probitate pollentes in ecclesiastico præeminere ordine, quā multos ineptos, auaros, elatos, rudes, prorsus indignos, reprehensibilis uite.

Articulus. VI.

Lex coelibatus ab ipsis canonibus concilio RHE.T. rum dissentit. Pafnutius nuptiarum inexpertus laudatus est, dum contradixit Nicēno concilio

DE COELIB. ET CONIV. SAC.
uolenti coelibatum indicere episcopis, sacerdotibus, & diaconibus.

THEO.

Nicæna synodus uolens hominū uitam in ecclesiis ciuorantium prouehere ad potiora, tentauit legem ponere, ut episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi cū coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem Pafnutius in medio contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge. Suasitq; cōcilio, ne talem poneret legem grauem, asserēs esse causam quæ aut ipsi, aut eorum iugalibus, occasio fornicationis existeret. Synodus laudauit huius sniam, & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in uniuscuiusque uoluntate, non in necessitate dimisit. ut habet histo. triparti. lib. 2. cap. 14. Liberū itaque fuit apud Græcos uel coelibem uiuere, uel uti matrimonio prius contracto, & non compellebantur, neq; ad coelibatum, neq; ad coniugium. Quod uerò Apostolus dixerit: Oportet episcopum esse unius uxoris uirum, non ep. uerbum præceptiuū, sed exclusiuum bigamiæ, ne scilicet uxore mortua, ad secunda matrimonia transeat. Sic enim interpretati sunt hoc uerbū Ambr. 1. Tim. 3. Theoph. ad Tit. 1. & Chrysost. hom. 2. de patien. Iob. Ait namq; Aposto. ad Titū. Cōstitue episcopum unius uxoris uirū: Non ea ratione, q̄ id nūc in ecclesia obseruetur. Oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatū esse. Sed quod id quandoq; ad eos qui in fornicatione erant, magnū fuit. 1. Timo. 3. ideo dicitur. Constitue episcopos sicut disposui. Siquis est sine crimine, unius uxoris uir: non quod illud legis loco posuerit: sed quod errori ignoscebat. Licuit itaq; Græcis uti matrimonio ante ordines contracto, sed post ordines

sacros susceptos matrimonium contrahere permissum est
 nemini. Dicitur nanque in canonibus Apostolorū cap. 25.
 Qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, ut si uoluerint
 uxores accipiant: sed lectores, cantoresq; tantūmodò. Et
 in concilio Neocæsariē. sic habetur cap. 1. Presbyter si
 uxorem duxerit, ab ordine illum deponi oportet, adulte-
 rantem aut fornicantem ab ecclesia abijci, & inter pœni-
 tentes laicos redigi oportet. Innoc. autem. iij. de cler. con-
 iug. cap. cum olim, sic ait: Orientalis ecclesia uotum con-
 tinentie non admisit: quoniam oriētales in minoribus or-
 dinibus contrahunt, & in superioribus utuntur matrimo-
 nio iam contracto. Hoc etiam habes ex concilio Anchiri-
 tano. & recitatur dist. 28. cap. diaconi. Dicit autem Gra-
 tianus ibidem ca. de Syracus. in fine. Hoc diligenti obser-
 uatione custodit orientalis ecclesia, ut post adeptum sacer-
 dotium defuncta priori uxore cū qua sacerdos factus fue-
 rat, si alteram duxerit, deponatur. Sic etiam habet conci-
 lium Toletanū primū, cap. 4. Subdiaconus defuncta uxo-
 re si uxorem aliam duxerit, ab officio remoueat, et in-
 ter ostiarios habeatur. Ait enim Hieron. contra Iouinia:
 lib. 1. cap. 14. Apostoli habuerunt quidē uxores, sed quas
 eo tpe acceperant, quādo euangelium nesciebant. Qui as-
 sumpti in apostolatū relinquunt officium coniugale. Ex
 quorū persona ait Petrus. Ecce nos reliquimus omnia, Si Matth. 19
 omnia reliquerunt, uxores utiq; reliquerunt. Ecclesia ue-
 rò latina non admittit, ut matrimonio etiā contracto utan-
 tur subdiaconi, diaconi, aut presbyteri: dicit nanq; conci-
 lium Carthagi. 2. cap. 2. Omnibus placet, ut episcopi, pre-
 sbyteri, diaconi, uel qui sacramenta contractant, pudici-
 tie custodes ab uxoribus abstineant. Ex cōcilio autē. Cili-

DE COELIB. ET CONIV. SAC.

bertino. ca. 33. etiam subdiaconatui annexa est castitas. Dicitur enim ibidem. Placuit prohibere episcopis, presbyteris, diaconis, & subdiaconis, abstinere se à cōiugibus ad deiiciatur. Et in Synodo Toletana. 8. cap. 6. dicitur. Subdiaconi nouerint sibi cum uasis ministerij, ac benedictione, castitatis uinculum delegatum. In concilio uerò Agathen. cap. 39. sic habetur. Presbyteri, diacones, aut subdiacones, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum uitent conuiuia. & Calistus papa ait, ut habetur distin. 27. ca. presbyteris. Presbyteris, diaconibus & monachis, concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdiciamus, cōtracta disiungimus. Leo uerò papa epist. 70. ad episcopum Narbonē, inquit. Laicis, & lectoribus licet uxores ducere: sed cum ad gradum ministrorum puenerunt, coepit eis non licere quod licuit. Ex his patet q̄ Lutherus peior sit Græcis schismaticis, qui & sacerdotibus & monachis docet licet contrahere matrimonium: quod nunquā Græci præsumpserunt: imò ad secunda transuolare matrimonia non eos prohibet, q̄ nunquam licuit sacris initiatis. Dicitur nāq; in decreto Siriciij papæ, cap. 2. Quisquis uiduam, aut secundam coniugem duxerit, omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis nudetur, laica cōmunionē concessa. Et Innocen. in epist. ad episcopum Rothomagen. cap. 6. dicit. Siquis secundā duxerit uxorem, clericus non fiat: quia scriptum est. Viri uxoris uirum. Et iterum. Sacerdotes mei semel nubāt. Et alibi: Sacerdotes mei non nubant amplius. Et in concilio primo Toletano ca. 4. dicitur. Subdiaconus defuncta uxore si uxorem aliam duxerit, ab officio remoueatur, et inter ostiarios habeatur. Quid mirum si sacerdotibus po-

mortem uxoris non liceat ad secunda matrimonia transire: cum hoc etiam sacerdotum uiduis interdictum fuerit. Dicitur namque in concilio Toletano. cap. 18. Siqua uidua episcopi, presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, morienti tamen sacramentum subueniat. Artic. 7.

Dum ait Apostolus, Oportet episcopum esse RHET.
unius uxoris uirum: uoluit ut non sit multarum
maritus: non autem secundam uenit ducere uxorem: priori defuncta.

Opinionem illam, uel in parte extinximus. Audi THEO.
Hieron. illa Apostoli uerba ad Titum interpretantem. Matrimonio iam per Christum ad primum institutum redactum, ut sint duo & non plures in carne una, quia masculum & feminam creauit Deus, non plures feminas. Si nulli iam christiano liceat Iudeorum more, plures simul habere uxores, uoluit Apostolus his uerbis, ampliorem in episcopo esse castitatem, qui populo preeminet in dignitate. hanc uidelicet, ut mortua uxore: ad secunda matrimonia non transuolat. Vnde & Ambro. interpretans hoc ipsum 1. Timo. 2.
uerbum: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, ait. Quauis secundam numero uxorem habere non sit prohibitum, ut tamen quis dignus sit ad episcopatum, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis: quia ceteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius. Et Ansel. Oportet episcopum esse unius uxoris uirum, id est, qui unam uxorem habuerit, non habeat secundam. Hoc ipsum habet & Chrys. hom. 2. super epistola ad Titum circa principium. Et rursus Hiero. epi. 26. ad Geruntiam. De Monogamia parte. 3. Considera, in

DE COELIB. ET CONIV. SAC.

quit, quod uidua nō eligatur, nisi unius uiri uxor: & nos putabamus sacerdotum hoc tātum priuilegium esse, ut nō admittatur ad altare, nisi qui unam habuerit uxore. Non solum enim ab officio sacerdotij digamus excluditur, sed & ab eleemosyna eccle. dum indigna putatur stipe, quae ad secunda cōiugia deuoluta est. Si enim Paulus ait omnibus fidelibus: Qui habent uxores tanquam non habentes sint, quō sacerdotibus secunda admitteret coniugia? Vide & Tertul. De Monogamia in fine. Articulus. 8.

RHET.

Nō est humanæ potestatis sine singulari Dei dono creationem Dei mutare. Et mandatū Dei nulla lex humana tollere potest: Igitur ut prius, matrimonium contrahere licet sacerdotibus.

THEO.

Memineris quō Adam delicti sui nō ueniam obtinuerit, sed uindictam senserit: dum culpā suam in Deū suum

Genes. 3.

retorquere conatus est, dicens. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: Tu eum imitari lubricæ carnis casum, non tuæ uoluntati, aut negligentiae: sed diuinæ creationi ascribere conaris, non attendēs illud

Genes. 4.

domini ad Cayn. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Verē non est cui nostrā ascribamus æritiam, nisi propriæ uoluntati, ut ait Ambro. de uita beata.

1. cor. 10

Fidelis Deus, inquit Apostolus, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiā prouentum, ut possitis sustinere.

Nec Dei creationem immutat, qui cœlibatum seruat. Non enim in omnem usum membris utendum est. Aurem aut linguam quia habemus: non omnia licet audire aut loqui. Si unum exerceant actum membra in bonū, non erūt frustra. Cum autem subdis. Nulla lex humana tollere uos

let mandatum Dei: nihil ad intentum tuum. Præceptū do-
mini datum in principio humani generis, Crescite et mul-
tiplicamini: non singulos constringit. Quemadmodū si-
gna à Christo data ecclesiæ, dum ait. Signa eos qui credi-
derint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: Ioan. 16.
linguis loquentur nouis: serpentes tollent: Et si mortiferū
quid biberint, non eis nocebit. Hæc signa (inquam) nō ha-
bet quisq; fidelis: Nam Paulus ait. Alij per spiritum datur 1. cor. 12.
sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ: alteri fides: alij gra-
tia sanitarum: alij operatio uirtutū. Hæc omnia operatur
unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vni-
uersalis ecclesiæ omnia hæc habet: singulares uerò perso-
næ particularia quædam adeptæ sunt. Necesse nanq; fuit
prius plantare syluā, & crescere, ut esset quod postea pos-
set excidi. Iam uerò repleta terra, non singulos quosque
obligat præfatū præceptum: alioquin illius præcepti trās-
gressores fuissent Hieremias, Ioannes, Agnes, Cecilia, Ca-
tharina: imò & ipse Christus operā matrimonio non dan-
tes: Quos eo crimine maculare, præsumet nemo.

DE POENITENTIA.

TITVLVS XIII.

ARTICVLVS I.

DVodecimo suo articulo docent Germa- R H E T.
ni, q̄ lapsis post baptismum, contingere
potest remissio peccatorum, quocunq;
tempore conuertuntur ad poenitentiam.

Huic & tuo articulo subscribimus. Pn̄a enim nunquā THEO.
sera, si tamen uera, ut habet Cyprianus contra Demetria-
nū, tractatu primo, Et in sermone de cœna domini. Non

DE POENITENTIA.

est tam immane scelus, quod non donat Deus uere poenitentem, qui ait: Quacumque hora auerterit se impius ab impietate sua, & tegerit iustitiam, omnium iniquitatum eius non recordabor. Quod perspicuum fit in latrone, cui in ultimo spiritu poenitenti dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. Sed ne disceptemus de uoce (cum de re agatur) quid poenitentiam uocas? Articulus. 2.

RHET. Optima poenitentia, inquit noster Lutherus, est noua uita, conformiter ad Ambrosium dicentem. Hæc est uera poenitentia, cessare à peccato. Non enim ait Saluator Marth. Magdalene, aut adulteræ. Ieiuna: peregrinare: induere cilicio: abstine à carnibus. Sed adulteræ ait. Vade, & amplius noli peccare. Et Magdalene. Vade in pacem. **Luce. 8.** Fides tua te saluam fecit. Sufficit itaque credere culpam condonari, & mores in melius commutare.

Luce. 7.

THEO. Optimè sentis Rhetor, dicens, quod poenitentia sit ueteris uitæ expoliatio, ac nouæ indutio. Dicit enim Chris. hom. 80 ad populum. Non à pristinis tantum malis desistere, sed etiam meliora sequi officia, dicitur poenitentia. Ait quoque regius propheta. Declina à malo, et fac bonum. Et Isido. de sum. bon. dist. 3. ca. Irrisor est, et non poenitens, qui agit adhuc quod poenitet. Sed

De poeni. dist. 3. ca. **irrisor.** neque hoc sat erit uere poenitenti. Dicimus namque, quod aliud sit poenitere et aliud probe & bene uiuere. Non quod poenitere non sit probe uiuere, sed quia non quodlibet bene uiuere dicitur poenitere. Omnis namque ad æternam uitam peruenturus, ut bene uiuat necesse est, attestante Saluatore.

Matt. 19. re. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et propheta David. **Psalmus** uid. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis quiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula

la, & operatur iustitiam. Sed hæc uita non sufficit pœni-
 tenti, dicente domino. Non ueni uocare iustos, sed peccato. *Lucæ. 5.*
 res ad pñiam. Non quòd iustos nō uocauerit, qui misit ser. *Matt. 22.*
 uos suos uocare inuitatos ad nuptias. Qui ait. Venite ad *Matt. 11.*
 me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam
 uos. De quo ait Marcus. Vocauit ad se quos uoluit ipse. *Marc. 3.*
 Et Apost. Quos prædestinauit: hos et uocauit. Sed quòd *Roma. 8.*
 aliter iustos, aliter uocat peccatores: illos ad continuandā
 uitam probam: hos ad lamentū & fletum. De priori uo-
 catione dicitur. Negociamini dum uenio. Contendite in- *Luc. 19.*
 trare per angustam portā. Qui perseuerauerit usque in *Luc. 13.*
 finem, hic saluus erit. De secunda. Pñiam agite: appropin *Matt. 10.*
 quabit regnum cœlorum. Et iterum. Nisi pñiam egeritis: *Matt. 3.*
 omnes simul peribitis. De utriusque uita dicitur. Gaudiū *Luc. 13.*
 est in cœlo super uno peccatore pñiam agente: quā su- *Luc. 15.*
 per nonaginta nouem iustis, qui non indigent pñia. Quid
 sit hæc pñia, deducit Tertul. i lib. de pñia. Nec obsistit no-
 stræ snæ quod obijcis. Quis enim pro suo delicto tantū
 perpeffus est uerecundia, sicut adultera illa? Quis pecca-
 tum suū deplanxit, ut Magdalena? De hac Greg. hom. 33.
 Quot in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holo-
 causta, & cætera, ut infrā titu. 16. arti. 4. Matthæi quo-
 que uita quid nisi pñia fuit?

Articulus. 3. REHT.

Proba uita nōne pœnitentia est?

THEO.

Proba uita indigent omnes iusti, non autem indigent *Lucæ. 15.*
 pñia, ut ait Saluator. Igitur aliud est simplex bona uita.
 & aliud pñia. Superaddit enim pñia ad probā uitam, uin-
 dictam priorum delictorū. Aliter nāque obligamur Deo
 ratione beneficiorum acceptorū, & aliter ratione pecca-
 torum cōmissorum. Ratione beneficiorū debemus ei gra-

tiam & probam uitam. Ratione delictorum pñiam, attes-

stante Hiero. qui ait contra Iovinian. lib. 2. cap. 47. epi. 6.

Aliud est poenitentem esse, & lachrymis ueniam deprecari.

Aliud semper esse cum patre: quod est probè uiuere. Et

De poeni. August. in sermone de pñia. Non sufficit mores in melius

dist. 1. cap. cōmutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiā de his

nō sufficit. quæ facta sunt satisfiat domino per pñiæ dolorē, per huius

militatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, coopera-

rantibus eleemosynis, et ieiunijs. Et rursus in lib. de pñia.

De poeni. Poenitere est poenā tenere, ut semper puniat in se ulciscen-

dist. 1. 3. c. do, quod cōmisit peccando. Poena enim propriè dicitur

poenitere læsio quæ punit, uindicans quod quisque commisit. Pñia

est. itaque est uindicta semper puniens in se quod dolet com-

misisse. Hanc pñiam definiuit Gregorius hom. 34. dicens.

Pñiam agere, est perpetrata mala plangere, & plangen-

da nō perpetrare. Ad quam idem hortatur hom. 39. dum

ait. Mala quæ fecimus, per quotidiana lamenta diluamus.

transactas nostras nequitias, surgentia ab amore Dei &

proximi recta opera superent. Hanc differre à proba ui-

ta docuit & Ambro. lib. 2. de pñia, cap. 10. sic inquit.

Facilius inueni qui innocentiam seruauerunt (quæ utique

est proba uita) quàm qui congruè egerunt pñiam. An illā

quispiam pñiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignita-

tis, ubi uini effusio, ubi ipsius copulæ coniugalis usus? Re-

nunciandū est seculo, somno ipsi minus indulgendū, quàm

natura postulet. Interpellandus est gemitibus Deus: inter-

rumpendus est suspirijs: sequestrandus orationibus: uiuen-

dum ita, ut uitali huic moriamur usui, seipsum sibi homo

abneget, & totus mutetur. Et Chrysost. de pñia hom. 41.

sic habet. Poenitentem irasci nō oportet, neque seuire: sed

conteri, tanquam condemnatum non habentem fiduciam, tanquam iudicatum reum, tanquam ex sola saluari misericordia debentem: tanquam ingratum erga benefactorem redargutum: tanquam imundum & reprobum: tanquam innumeris dignum supplicijs. Si hæc cogitat, non irascetur: non indignabitur: sed lugebit & flebit, gemet, & conqueretur per noctem et diem. Poenitentem nunquam oportet obliuioni peccatum tradere, sed Deum quidem rogare, ne eius meminerit. Iesum uero ipsius nunquam obliuisci. Dicitur proinde in concilio Romano contra Nouatū. Lapsi in certamine fraterna miseratione sunt curandi, & fomentis pñæ medicandi: ut habet histo. eccle. lib. 6. c. 34. Histo. quippe triparti. lib. 9. cap. 30. docet quam subierit pñam Theodosius Imperator p occisione Thessal. octo mensium spatio, &c. Huius etiam exemplum oculis nostris obiecit Ambrosius in Apologia David, cap. 4. Peccauit, inquit, David, quod solent reges: sed pñam gessit: fleuit & ingemuit: quod non solent reges. Confessus est culpam: obseruauit indulgentiam: humi prostratus deplorauit ærūnam, ieiunauit, orauit. Quid horū fecisset, si non deliquisset? Et Hiero. in regula monachorum cap. 14. Saccus, ait, & ieiunium arma sunt pñæ. Ieiunium curat uulnera delinquentis, curatosq; sanctificat. Ieiunio passiones corporis, oratione, pestes sanandæ sunt mētis. Hoc ipsum docuit & Saluator dum ait. Væ tibi Corozaim. Væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone facta fuissent signa quæ facta sunt in te, olim in cinere & cilicio pñam egissent. Hanc pñam cōmendauit Christus etiam in Niniuitis, quam factam in ieiunio & cinere & sacco tradit Ionas propheta. De eadē uide suprā tit. 9. art. 3. Hoc ipsum Iona. 3.

DE CONTRITIONE

Roma. 6. uoluit & Paulus, dicēs. Sicut exhibuistis membra uestra
seruire inmunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc
exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificatio-
nem, ut scilicet quantū glorificauit se homo, & in delicto
Apoc. 18. fuit: tantū assumat tormentū, et luctum. Exigit enim pla-
ctum à nobis pñia præteritæ cōuersationis. Exigit fletum
desyderium futuræ beatitudinis, ut ait Bernar. sermo.
in capite Ieiunij. Vides itaque quō aliud est simplex bo-
na uita, quæ sine gemitu, et fletu, aut graui afflictione co-
poris esse ualet: & aliud pñia, quæ superaddit priori bo-
næ seu probæ uitæ debitum gemitū, fletum, &c. Hoc quo-
que dicit Cypri. lib. 1. epist. 3. loquens sic cōtra Felicem
Fortunatum, & alios pseudoepiscopos. Honor ergo de-
tur Deo, quādo sic Dei maiestas & censura cōtemnitur,
ut cum indignari se ille, & irasci sacrificantibus dicat, &
cū poenas æternas, et supplicia cōminetur, proponatur
crilegis atque dicatur, ne ira cogitetur Dei, non timeat
iudicium domini, ne pulsetur ad ecclesiā Christi, sed sub-
ta pñia, nec ulla exomologesi criminis facta, despectu
episcopis atque calcatis, pax à non ueris presbyteris uera-
bis fallacibus prædicetur? Dicit quoque Tertul. in libr. de
præscrip. hæreti. Hæretici negant Deum timendū: itaque
libera sunt illis omnia & soluta.

DE CONTRITIONE TITVLVS XIII. ARTICVLVS I.

RHE T.

Constat pñia his duabus partibus: altera
est contritio, seu terrores incussi consci-
entiæ agnito peccato: Altera est fides, quæ

concipitur ex Euangelio, seu absolutione, & credit propter Christum remitti peccata, & consolatur cōscientiam, & ex terroribus liberat. Deinde sequi debēt bona opa, qui sunt fructus pñe, ut dicemus in duodecimo articulo nostro.

Hic mos est à ueritate declinantium, ut à seipsis diffideant. THEO.
 Dicis hic constare pñam contritione & fide: Fidem quoque concipi ex euāgelio seu absolutione. Et quia quod in buccam uenerit, & non ad regulam euangelij loqueris, tertiam partem addis pñe pro uolētibus, scilicet fructus dignos pñe. Fidem etiam hic cōcipi dicis ex absolutione. Et alibi. tit. 10. arti. 1. ipsum pœnitentiæ sacramentum absolutionem appellasti. quō autem fides concipi potest ex absolutione, quæ est ipsummet creditum, & absolutionem præcedere dehet, cum ipse dicas si credis te absolutum, absolutus es. Cū autem fidem hīc connectas contritioni: quare spem & charitatem similiter non connectis, cum dicat & tuus Melanchthon tit. de dilectione & legis impletionem: impossibile est dilectionem diuelli à fide? Dicis itaque nobiscum primam partem pñe esse cōtritionē, quæ non est sine fide, spe, & charitate: fide namque cognoscitur diuinæ maiestatis & bonitatis magnitudo, quæ peccatis offenditur: Fide agnoscitur peccati scditas & reatus: Spes quoq; erigit, ne hæc attēdens, deijciatur pusillanimitate: Charitatis uerò amor accedit, piū patrem ueniæ supplicatione placaturus. His tribus peccatū ipsum perfecte displicens in animo cōminuitur: cōtritionemq; asserimus illam peccati cōminutionē. Arti. 2.

Nos satis explicitè & planè loquimur de cō R H E T.
 tritione, præcidentes illas infinitas & otiosas di

DE CONTRITIONE

sputationes: utrum ex dilectione Dei, uel timore poenae doleamus, dum dicimus contritionem esse ueros terrores conscientiae, quae Deum sensit irasci peccato: & dolet se peccasse. Et haec contritio fit, quando uerbo Dei arguuntur peccata: Quia haec est summa praedicationis euangelij, arguere peccata, & offerre remissionem & iustitiam propter Christum, & spiritum sanctum, & uitam aeternam: ut renati beneficiamus.

THEO: *Etiam inuitus compelleris et hic nobiscum sentire. Dicimus enim contritionem ueros esse terrores, &c. Siqui ueri sunt conscientiae terrores, sunt & alij non ueri: quos attritionis nomine appellamus. Dum enim (ut ais) per uerbum Dei aut internam inspirationem arguuntur peccata, & offertur remissio peccatorum: Sunt quibus uere & perfecte displicet peccatum: quia eo tam piū patrem longanimitē expectantem, benignē recipientem, misericorditer condonantem offenderunt: quem & placatū exoptant, deinceps non offensuri per Dei gratiam. Hi per se habent ueros terrores, seu modo nostro, contritionem. Cominutum enim est in eis peccatum per displicentiā: ne aliquid eius adhuc placeat in animo. Sunt & alij nō uero et perfecte corde compuncti: abstinent quidem à peccatis, non quia Deo displicent scelera, sed supplicij formidine, quod admodum & Horatius ait: Oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderunt peccare mali formidine poenae. Hos attritos dicimus, nō contritos: quoniam peccatum in eorum animo non est cominutum, aut contritum: sed adhuc uel in parte placet, solum poena timore ab eo resiliente. Nec enim planius mentem suam explicuisse poterat theologi:*

logi: Ipsum enim & tu implicite fateris, non plane: ut
uel calumniam uidearis statuere: uel aliud domi libe-
rius doceas.

Articulus. 3.

Nos ut explicemus pias conscientias ex his R H E T.
labyrinthis sophistarum, constituimus duas par-
tes pñæ, uidelicet contritionem, & fidem: ut per
pñiam totam conuersionem intelligamus, in qua
sunt duo termini, mortificatio & uiuificatio, seu
contritio, & fides. Siquis uult addere tertiam, ui-
delicet dignos fructus pñæ, hoc est bona opera
sequentia conuersionem, non refragamur.

Dicta tua, ut arundo, omni uento agitantur, nunc in THEO.
unam, nunc in aliam partem ambigue feruntur: quia non
in petra ueritatis Christo fundatur. Quemadmodum enim
supra tit. 10. uacillans de sacramentis locutus es, uel tria po-
nens, uel plura pro uoluntate admittes: ita nunc ponis duas
pñæ partes, uel tertiam pro libito addis. Nos uero planius
& categorice sine labyrintho, sine uacillatione, sub uno
contritionis nomine (quæ sine fide, spe, & charitate non
inuenitur) mortificationem & uiuificationem animæ com-
plectimur. Fructum autem bonorum operum subsequetur
non refragamur: modo adsit tempus operandi. Quem ne-
cessarium ostendit Saluator in parabola de domo munda = Matt. 12
ta & ornata, sed uacante. Verum non omnia subsequētia
bona opera, fructus dicuntur digni pœnitentiæ: sed qui se-
cundum Glo. interli. secundum quantitatem culpæ priora
delicta in suo uindictant actore. Ait namq; aliquando domi-
nus. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus. Dicit Deute. 25.
enim Beda (ut assert ibi glo. ordi.) non solum fructus pœ-
nitentiæ, sed dignos pñæ admonet esse faciendos. Aliud

N

DE CONTRITIONE

namq; est fructum poenitentiae facere, aliud dignum poenitentiae facere. Non enim par fructus boni operis esse debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit: aut eius qui in nullis, et eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus dignos poenitentiae, uniuscuiusq; conscientia convenitur, ut tanto maiora quærat bonorum operum lucra per poenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Articulus. 4.

RHET. Si propter tuam contritionem credis te absolutum, remissio peccatorum erit incerta: Si autem propter verbum Christi credis te fortiter absolutum, absolutus es.

THEO. Matt. 24. Firmissime fidendum diximus promissis Dei infallibilibus, dicente domino: Coelum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Verum quemadmodum confirmationes divinae, sic & promissiones sub conditione fiunt. Post multa pollicita subiecit dominus conditionem. Dicens: Si custodierint filii tui testamentum meum. Commendatus etiam fuerat dominus Niniuitis interitum: & poenitentibus sententiam mutavit. Et per Hieremiam dicit dominus: Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam: agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Si autem fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: poenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Non itaque de Dei promissione diffidendum est: de nostrae autem conscientiae dignitate formidare licet, secundum illud Salomonis: Nescit homo, utrum amore vel odio dignus sit: sed omnia in futurum servabuntur. Articulus. 5.

RHET. Non habet editio Hebraica, aut Graeca, se

nec uersio Hiero. illud in ecclesiaste. Nescit homo, utrum amore uel odio dignus sit: Donetur tamen esse de textu, Salomon nō hoc loco agit quasi incerti sint sancti de sua salute. Hi enim gloriantur dicentes: Spero in domino, & non confundar. Fortunā uerò mortalium etiam sanctorum sic uariè à domino dispēfari insinuat, ut nemo possit uel amorem uel odium eorū, id est, quæ amant uel odiunt, expectant uel fugiūt, cognoscere, aut præscire.

Presumo hunc locum esse de textu, cū ipse Hiero. sit THEO. eum cōmentatus, sed hoc missum faciamus. Est, Symachus eum locum de fortuna mortalium interpretatus sit: sed procul à tuo sensu, ut incertum sit homini quid amet uel odiat: expectet uel fugiat. Hoc enim quilibet ualet in se experiri. Porro ita dicit dispēfari fortunas mortalium, ut ignoret homo quæ amat uel odit, expectat uel fugit, euentura sint uel nō, quòdque amicitias uel inimicitias Dei uel hominū aduersus se nosse nequeat. Sic enim habet Symachus (ut allegat Hiero. in commento præfato) Omnia hæc statui in corde meo, ut uentilarem uniuersa: quia & iusti & sapientes & opera eorū in manu Dei sunt. Et insuper. Neque amicitias, neque inimicitias scit homo: sed omnia coram eis incerta: ppter ea quòd omnibus euentū similia, iusto & iniusto. Cū itaque Symachus dicit, amicitias & inimicitias ignorare hominem, nec explicet cuius, Dei uidelicet, hominis, an proprias: magis oportuerat te nobiscum in aliorū doctorum declinare sententiā, qui asserūt hominem ignorare Dei uel hominum erga se amicitias uel inimicitias, quàm in tuum detorquere sensum: ut

DE CONTRITIONE

dicās hominē ignorare amicitias uel inimicitias pprias,
hoc est, quæ ipse amat uel odit, cū experientia doceat me
nosse quæ odiam, uel diligam. Nostra uerò sententia cū
Hiero. expositione conuenit. Dicit namque interpretamur
prætacta uerba, carpēs Symachum. Porro hic est sensus.
Etiam in hoc dedi cor meum, & scire uolui quos Deus di-
ligeret: & quos Deus odisset. Et inueni iustorum quidem
opera in manu Dei esse, & tū utrum amarentur à Deo,
an non, nunc eos scire non posse: et ambiguum fluctuare,
utrum ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad sp
pliciū. In futuro igitur scient, et in uultu eorū sunt omnia.
Id est, antecedit eos, cū de uita hac discesserunt notitia
isti rei, quia tunc est iudicium, nunc autē certamen. Con-
cordat & glo. interli. Sic enim habet: Sunt iusti atque sa-
pientes: & opera eorū in manu sunt Dei, (ab ipso dispo-
nuntur:) & nescit homo (etiam cū bene fecerit) utrum
amore uel odio (Dei) dignus sit. Albinus Anglus Be-
discipulus (ut uult Ioānes Triterius scribens in ecclesiā-
sten) per omnia tum nostræ translationi, tum D. Hiero.
interpretationi accedit. Similiter Hugo card. & Guillel-
de Anchona. Cōfirmat & nostram sententiā Bernar. ser-
mo. 2. in octa. paschæ, dicēs: Nouit dominus qui sunt ei: &
& solus ipse scit quos elegerit à principio. Quis uerò ho-
minum scit si est dignus amore uel odio? Quod si (ut cer-
tum est) nobis omnino negatur: nunquid non tantò dele-
tabiliora erunt, si qua fortē electionis huius signa possi-
mus inuenire?

Donetur tamen, non sit de textu: & Symachi uera sit
interpretatio, hoc tamen non licet ignorare, eandem sen-
tentiam pluribus in locis reperiri, unumq; locū per alium

explanari ac roborari. Audire itaque libeat, quæ nostrā priorem sententiam corroborarent. Dicit namq; Salomon. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à Proue. 20. peccato? Et quis hominum potest intelligere uiam suam? Et Iesus filius Syrach, De propitiatu, inquit, peccatorū Eccle. 5. noli esse sine metu. Rursus Iob ait. Si uenerit ad me, nō ui Iob. 9. debo eum: & si abierit, nō intelligam. Et ueritas ipsa. Spi Ioan. 3. ritus ubi uult spirat: & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quō uadat. Vides quō omnes conscientie suæ metuentes, iustos sese existimare formident quod protesta- tur & ipse Iob dicens: Si iustificare me uoluero, os meū Iob. 9. condemnabit me: Si innocentē ostendere, prauū me com- probabit: Et si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quis etiam securior Paulo esse poterit? Is enim ait: 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Vide supra tit. 5. art. 3.

Articulus. 6.

Illud Apostoli nō tuam corroborat snām. RHET. Non enim euincit, sanctos non esse certissimos se propitiatum habere Deum, sed iudicium Co- rint. in utrāq; partem tollere uoluit: ut non cura- ret quid humano iudicio de se constituerent ho- mines. Nouit qdem Paulus se ex gratia Dei, nō ex propria iustitia iustificari. Ex qua certitudine ait. Quis nos separabit à charitate Christi? hæc etiam uerba non certitudinem fidei, sed certitu- dinem scientiæ uidentur negare: etiam secundum theologorum sententiam.

Liquet quōd à temetipso dissideas, qui præfatam uer THEO. bum Pauli in nostram adducit sententiam, dum per ipsum calumniam struere te putas, ut infra patebit, tit. de indul-

DE CONTRITIONE

gentijs. Voluit quidem Apostolus iudicium in utrâq; partem non curari apud Corinthios, sed per præeuntem propositionem, qua ait: Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die. Cū uerò subnectit: Nihil mihi conscius sum, insinuat se non proprio iudicio confidere, aut stare. Dicit namq; Dauid. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Sic enim interpretatur Anselmus: Nihil mihi cōscius sum. q. d. Recte me ego se recolo, sed tamen de meritis non præsumo: quia ad eius examen uita nostra ducitur, sub quo et uirtutes nostrae tripidant. Et Theophylactus: Nec sanè, inquit, mihi alicui facinoris conscius sum, neq; ob id tamen sum iustificatus: hoc est, haud tamen sum peccati expers, & purior redditus. Consentaneum enim est me aliqua cōmisisse, & esse me cōmissorum ignarum. Est tamen dominus, cuius arbitrium est certissimumq; iudicium, sententiam de me latens. Trepidat itaq; Paulus ex parte sui: sperat nihilominus ex bonitate Dei. Articulus. 7.

RHET.

Iustus scit certitudinaliter certitudine fidei, se Deum habere propitiatum: quia iustificatus est ex gratia Dei, non ex merito proprio. Et illi certitudini innixus Paulus ait: Quis non separabit à charitate Christi? quasi dicat nullus. Et iterum:

Roma. 8.

Ibidem.

Spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

THEO.

Ea certitudine qua se iustum nouit, & se habere Deum propitiatum fassus est. Certitudine quidem probabilis euidentiæ. Fidei certitudo, quæ est infallibilis & ideo certissima est de promissis Dei, qui ait. Cælum et terram transibunt: uerba autem mea non transibunt: non aut de aliis.

Matt. 24.

transibunt: uerba autem mea non transibunt: non aut de aliis.

bus humanis particularibus. Certitudine fidei hanc teneo. Ezech. 18.

In quacunque hora auerterit se impius ab impietate sua & fecerit iustitiam: omnium iniquitatum eius non recordabor.

Et quod poenitens assequatur remissionem suorum peccatorum. Non autem ista est fidei: Petrus assequitur remissionem peccatorum. Potest enim Petrus non esse uerè poenitens, qui

se poenitentem aestimat. De gratia itaque Dei, aut diuinis promissis ambigere potest nullus: de propria uerò, & digna dispositione, formidare licet: quæ tamen necessaria est uerè poenitenti. Ait namque Aug. de spiritu & littera, cap. 9.

interpretans illud Apostoli: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam uoluntatem, sed iustificati gratia per gratiam ipsius. Non quod sine nostra uoluntate fiat: sed uoluntas ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem: & sana uoluntas impleat legem. Quamobrem ait sapiens.

De propiciatu peccatorum, noli esse sine metu. Et hoc modo Eccle. 5.

locutus est Apostolus dicens: Nihil mihi conscius sum, 1. Cor. 4.

sed non in hoc iustificatus sum. Rationem subiungit. Qui iudicabit me, dominus est: Cuius, secundum Theophy, ibidem, acerrimum certissimumque iudicium est: Cuius iudicium non comprehendo, ut ibidem ait Anselmus. Alia enim Dei, alia hominum sunt iudicia, potissime de seipsis. Amor

namque sui, plurimorum iudicium obtenebrat. Cum uerò Pau Rom. 8.

dicat. Quis nos separabit à charitate Christi? Non ait se certum de charitate, nisi de probabili coniectura. Nisi forte dicamus, quod reuelatione diuina nouerit se prædestinatum, quemadmodum aliquando ait suis Apostolis dominus. Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Luc. 10.

Articulus. 8.

N 4

DE CONFESSIOE

RHET.

Certitudinem charitatis sue constat Apo-
stolus, dum subiungit. Certus sum ego, quia neque
mors, neque uita, neque angeli, neque creatura alia
poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in
Christo Iesu.

THEO.

Neque hic aliam certitudinem afferre poterit, nisi pro-
babilitatis, aut reuelationis, et confidentiæ: quia nouit sibi
auxilium diuinum non defuturum. Ideoque subiungit. Quæ
est in Christo Iesu. Sic enim interpretatus est hunc locum
Ambr. Confido, inquit, quia neque mors, neque uita, etc.
Confidentia hæc de sponsione Christi est, quæ promissit in
tribulatione adiuuare dicatam sibi fidem, et post pauca.
Idcirco hæc commemorat, ut muniat nos: ut si aduenerint
confidentes de spe et de auxilijs Christi, armati fide ad-
uersus hæc repugnemus. Etiam illud Pauli. Ipse spiritus
(scilicet Dei) testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus
filij Dei. Non nisi certitudinem probabilem, adducit
secundum Ambro. interpretationem dicentis. Ipse bene-
agentibus nobis, et per hoc, ipso manente in nobis spiri-
tu sancto testimonium reddit, etc. Hoc est, inquit, testimo-
nium filiorum, si in eos per spiritum uideatur signum pater-
num. Vides quoniam Ambrosius certitudinem signorum,
et non aliam adducat.

Rom. 8.

DE CONFESSIOE TITV. XV. ARTICVLVS PRIMVS.

RHET.

DE confessione docemus articulo nostro. xi.
quod absolutio priuata in ecclesijs retinenda
sit: quanquam in confessione non sit neces-
saria omnium delictorum enumeratio, quia im-

possibilis, quam tamē dicitis esse iuris diuini. Et de absolutione, quę uerē est iuris diuini, frigide loquimini uos theologi.

Num usque adeo deliras, ut abroges confessionē, sicut THEO. Vualden, qui eam nugacem asserunt? Illi uerō de secta flagellantium, magis suis flagellis quā confessione aut absolutione dixerunt expiari peccata.

Absolutionem quidem iuris esse diuini dicis, cōfessionem sub ambiguo deferens. Nos uerō & cōfessionem & absolutionē iuris esse diuini asserimus: utranque aliquando publicē, aliquando priuatē fieri. Ait enim ueritas ipsa.

Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Et quorū Ioan. 20 retinueritis peccata, retenta sunt. Eisdem uerbis cōfessionem pariter & absolutionem mādans ac instituens. Non enim pro suę uoluntatis arbitrio sacerdoti licet remittere, uel retinere peccata. Nam si liberē remittere posset, et non remitteret, impius esset: Si uerō absolueret nō dignū absolutione, infidelis probaretur. Hoc itaque arbitriū ad rationis iudicium pertrahens dñs, ait subnectens. Quorū retinueritis peccata, retenta sunt. Talis nanque debet esse remissio uel retentio ministri, ut assistat ei operatio Dei, cuius uice fungitur. Alioqui non uerificabitur illud Chri sti, quod aliquando sponndit: Quęcunq; alligaueritis su Matt. 18 per terram, erunt ligata & in cœlo. Et quęcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Docet hoc luculenter Grego. hom. 26. in octa. Paschæ, sic inquit: Sæpe in soluendis ac ligandis subditis, suę uoluntatis motus, non autē caussarum sequitur iudex. Vnde fit ut hac ipsa soluendi ac ligandi potestate se priuet, qui hanc pro suis uolūtatibus, et non p subiectorū moribus exercet. Vnde rectē

DE CONFESSIÖNE

Ezech. 13. & per prophetam dicitur. Mortificabant añas quæ non moriuntur, & uiuificabant añas quæ non uiuunt. Nō morientem quippe uiuificat iustum damnat. Et nō uicturum uiuificare nititur, qui reum à supplicio absoluere conatur. Causse ergo pensandæ sunt: & tunc ligandi atq; soluendi potestas exercenda, uidendum est quæ culpa ante, quæ post pñia secuta post culpam: ut quos omnipotēs Deus per cōpunctionis gratiam uiuificat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim uera est absolutio præsidentis, cū eterni arbitrium sequitur iudicis. Quod diffusè per Lazarum typicam resurrectionem declarat. Et Hierony. exponit

Matt. 26. illud. Tibi dabo clauēs regni cœlorum, sic habet. Istum loquens cum episcopi & sacerdotes non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorū sumunt supercilio: ut uel damnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur. Cū apud Deum

Leuit. 14. non sentētia sacerdotum, sed reorum uita quærat. Nam

Luce. 17. dati ibant ad sacerdotes, & sacerdotes discreuerunt.

Huic consonat & illud Cypria. sermo. 5. de lapsis. Ne quicquam sibi usurpat, & uindicat humana sententia, nisi annuat & censura diuina. Articulus. 2.

RHET. Dicitis iudicem debere cognoscere causam priusquam pronunciet. Hoc nihil ad rem pertinet, quia absolutio est executio alieni beneficii, non autem iudicii.

THEO. Qui ait, Quorū remisistis peccata, remittuntur eis, ait. Et quorum retinueritis peccata, retenta sunt. Quibus autem retinentur, nisi quibus non remittuntur? Retinentur autem non ad liberum præsidentis arbitrium ne iudicium serui discrepet à iudicio domini, & infidelis sit suo domino. Ergo retinenda sunt peccata, & donanda ubi ratio

stat. Quod sine iudicio aut discussione non fit, ut docuerunt autoritates prioris articuli. Est itaq; absolutio iudicium, quo absoluitur qui dignus post discussionem reperi-
tus est. Est & executio diuini beneficii. Nam magnæ est gratiæ, quod dominus hanc contulerit terrigenis potestatem, ut possint à reatu absoluere, quo obligabantur Deo. Nostram sententiam confirmat & illud Ambro. recitatum, cap. uerbum. de poeni. distin. 1. Verbum, inquit, Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex, sacerdos quidem suū officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet. glos. Bartho. 1. nulla sua potestate.

Articu. 3.

In confessione dicimus non necessariam esse R H E T.
omnium delictorum enumerationē: utpote impossibilem, secundum illud prophetæ. Delicta quis intelligit? quasi dicat, nullus.

Non multum dissides ab Armenis dicentibus, quod generalis confessio absq; expressione specialium peccatorū sufficit ad remissionem omnium peccatorū. Vos autē aliqua speciatim cōfiteāda admittitis. Quæ ratio est (quæso) ut unum mortale necessario confiteatur homo, et nō oīa? Dices sortassis, quia impossibile est omnīū reminisci. Audi Hiero. ad Damasum Papam epist. 42. Execramur, inquit, blasphemiam eorū qui dicunt Christum impossibile præcepisse. Et Augu. lib. 2. cap. 7. de pecca. meritis, ait. Dubitare non possum nec Deum aliquid impossibile præcepisse, nec Deo ad opitulandum & adiuuandū, quò fiat qđ iubet, impossibile aliquid esse. Cum uerò dominus præcipiat confiteri omnia mortalia: modo intellige humano, ut ea uidelicet confiteatur homo, quæ humanæ subsunt facultati. Itaque sub integritate confessionis illa cadunt mor

DE CONFESSIOE

alia, quorum ualeat homo habere memoriam, diligenti
 et indagine, qualis in arduis negocijs adhiberi solet. Nō
 autem omnia absolutē præcipiuntur cōfiteri. Oblita enim
 & incognita humanæ non subsunt facultati: quorū tamen
 ueniam precari non distulit Dauid ab eo cui nuda et ap-
 ta sunt omnia, dicens. Ab occultis meis munda me domi-
 ne. Ea quoque ratio quæ unum cogit confiteri peccatum
 (de mortali loquor, cū uenialia necessitati confessionis
 non subiiciantur) compellit confiteri & aliud. Nā quod
 exitiale peccatum reddit hominem inimicū Deo. Vñ
 quoque sine alio non condonat Deus, ut sit homo totū
 amicus uel inimicus Deo, & nō ex parte. Omnibus enim
 sceleribus æqualiter offēditur Deus, secundum illud Ia-
 cobi. Qui offēdit in uno, factus est omnium reus.

Iaco. 2

Itaque omnia quæ post diligentem indaginem occurre-
 re ualent patrata mortalia, speciatim confitenda sunt. Vi-
 cit enim Chrysost. sermo. de pœni. & confes. Non sufficit
 dicere: peccator sum, sed operepretium est, & speciatim
 peccatorum & delictorum reminisci. Et rursus in Gene-
 sim homi. 19. Peccator post absurdum facinus obambulat
 nullo conscio, sustinens intolerabiles pœnas illas, & iu-
 dex sui ipsius factus & accusator, iam qui hæc fecit, si no-
 luerit, ut decet, uti conscientie adiumento, & ad confessio-
 nem facinorum festinare, & medico ostendere ulcus, qui
 curet & non exprobet: atque ab illo remedia accipere,
 & soli ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cū di-
 ligentia: facile peccata sua emendabit. Ait quoq; & Aug.
Cōfessio est, per quam morbus latens spe uenie aperitur.

Liquet ex his, quomodo speciatim peccata mortalia
 sint confitenda, & omnia. Articulus. 4.

Non habent sacerdotes mandatum cognoscendi de occultis: quia habent potestatem remittendi infinita peccata, quæ nec ipsi meminerint quibus remittuntur.

Error fuit iacobitarum dicentium, de occultis non esse confitendum, & quidem si per occulta intelligentur quæ memoriam suggerint hominum: ea confiteri impossibile fecit obliuio. Remittuntur uero in contritione: dum confitentur in genere, quæ speciatim non occurrunt, quamobrem nec confitentur. Si autem per occulta uelis intelligi quæ in corde sunt peccatoris, mandatum habent sacerdotes ea cognoscendi: sicut remittendi, uel retinendi. Dum enim dominus ait. Quæcunq; ligaueritis uel solueritis super terram, erunt ligata uel soluta & in cælo: nullum peccatum nec cogitationis quidem secluserit. Præfatis itaque uerbis et mandatum dedit, dominus poenitenti sua scelera confitendi, & sacerdotibus potestatem ligandi atque soluendi commisit, quemadmodum rex dans alicui Vassallo potestatem, dat & subdito facultatem, ut postulans & confitens suum delictum, assequi possit remissionem.

De cogitationibus quidem confitendum esse docet Augustinus. ser. 30. ad fratres in eremo, sic inquit: Discere solent homines, Deus cuncta nouit, omnia uidet, omnia ponderat, quare igitur uult ut confiteamur hominibus peccata nostra, quæ nequiter gessimus? Nunquid melius est cuncta tacere, quam ea prædicare in tectis? Vult Deus quod confiteamur, non quod ignoret peccata nostra, sed ut diabolus audiat quoniam confitemur, & poenitet nos peccasse. Nec soli Deo sufficit confiteri: sed alterutrum peccata nostra confiteri debemus. Discute mentem tuam: prospice singula secreta

RHET.

THEO.

Matth. 18.

DE CONFESSIOE

cordis : considera antequam ad confessionem accedas, q
cor appetēdo mala peccauit, oculus uidēdo uanitatē, &c.
Et Cypria. sermo. 5. de lapsis sic ait, Hi quāuis nullo sacri
ficiij aut libelli facinore constricti sunt, quoniam tamen de
hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum ad sacerdotes Dei dole
ter, & simpliciter confiteātur. Cyrillus quoq; lib. 3. super
Leui. sic ait: Remissionem peccatorū docet per pñiam ob
tineri posse: cū lauat peccator lachrymis stratum suum
cū nō erubescit sacerdoti domini indicare peccatum, &
querere medicinam. Est in hoc aliquod mirabile secretū,
quod iubet pronunciare peccatum. Et enim cuius genera
pronuncianda sunt, & in publicū proferenda cuncta qua
gerimus: Siquid in occulto gerimus: Siquid in sermone so
lo, uel etiam intra cogitationum secreta cōmisimus, cūta
necesse est publicari, cuncta proferre. Artic. 5.

RHET.

Apud scriptores ecclesiasticos fit qdem men
tio confessionis: Sed hi nō loquūtur de hac enu
meratione occultorum delictorum, sed de ritu
publicē pœnitēti. Quia enim lapsi & famosi pec
catores non recipiebantur sine certis satisfactio
nibus, ideo confessionem faciebāt isti apud prē
sbyteros, ut pro modo delictorū præscriberen
tur eis satisfactiones publicę, propter disciplinā
ecclesię. Indecorum enim esset tam famosos ho
mines statim admittere ad communionem.

THEO.

Quā uasfrē ac uersutē homines à necessaria priuata
cōfessione subducere conaris. Si solis facinorosissimis ho
minibus necessaria fuit cōfessio, ut pro agnito modo deli
cti debita infligeretur pñia: quare doctores quos prior
articulo citauī etiam de cogitationibus dixerunt esse com

fitendum? Constat enim pro solo cogitatu nemini unquam indictam fuisse publicam pñiam. Audi itaque uel inuitus, quid doctores tam scientia quàm sanctitate clarissimi, de priuata publicaq; cōfessione scripserint: ut agnoscas te falso crinatum eos esse.

Ait nanq; Hierony. 2. par. epist. 14. de diuersis generibus leprarum ca. 8. Alia sunt peccata quæ ante baptismū uidentur esse cōmissa: quæ tamen per gratiam baptismi diluuntur. Alia uerò quæ post lauacionem baptismatis perpetrantur: quæ siue grauiora, siue minora peccata sint, uisus tamen sacerdotis emundat. Quodcunq; enim modicum delictum fuerit, potest à sacerdote omnino relaxari. Quæ autem grauiora sunt, disciplina debent ecclesiasticæ regule & oratione purgari. Quæ uerò insanabilia sunt, Deo iudici reseruantur. Et Augu. in lib. de uera & falsa poen. cap. 11. Et si, inquit, peccatum occultum est, sufficit referre in notitiam sacerdotis: ut grata sit oblatio muneris, quæ admodū docet in resuscitatione filiæ principis paucos interfuisse, quos autem extrà inuenit. Animaduertendum est quō suscitauit. Flebat turba post filium uiduæ. Flebat Maria & Martha supplicans pro fratre: Flebat & turba lacrymis Mariæ admonita: In quo docemur publicè peccantibus non propriū, sed ecclesiæ sufficere meritum. Et post pauca: Qui enim multos offendit peccando, placare multos oportet satisfaciendo: ut ecclesia prius offensa per culpam in cōuersione flectatur per misericordiam: orans pro ipso quem defunctum dolebat. Origen. uerò super Psal. 37. sic ait: Vide quid nos edocet scriptura diuina, quæ oportet peccatum non celare intrinsecus. Fortassis enim sicut hi qui habēt intus inclusam escam indigestam, aut hu

DE CONFESSIOE

moris, aut phlegmatis stomacho grauitur & moleste in-
 nentem, si uomuerint, releuantur: ita etiam hi qui peccau-
 runt si occultant & retinent intra se peccatum, intrinse-
 cus urgentur, & propemodū suffocantur à phlegmate uel
 humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum ac-
 cusat seipsum & confitetur, simul euomit & delictū, atque
 omnē morbi digerit causam. Tantūmodo circumspecte di-
 gentius, cui debeas cōfiteri peccatum tuum. Proba prius
 medicum, cui debeas causam lāguoris exponere: qui sciat
 infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condoleat
 di & compatiendi noūerit disciplinam: Vt ita demum
 quid ille dixerit, siquid cōsiliij dederit, facias & sequaris.
 Porro de publica confessione subiūgit. Si intellexerit aut
 praeuiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu
 totius ecclesie exponi debeat & curari: ex quo fortassis
 & ceteri edificari potuerint, & tu ipse facile sanari, mul-
 ta hoc deliberatione & satis perito medici illius cōsilio
 procurandum est. Et Leo papa episcopis per Cāpaniam
 epist. 57. Volumus in pñia ne de singulorum genere libel-
 lis scripta professio publicè recitetur. Cū reatus cōscien-
 tiarum sufficiat solis sacerdotibus iudicare confessione se-
 creta. Quāuis enim plenitudo fidei uideatur esse laudabi-
 lis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere
 non ueretur. Tamen quia non oīum hmōi sunt peccata, ut
 ea quæ pñiam poscunt, non timeant publicare. Remouetur
 improbabilis consuetudo. ne multi à pñie remedijs ac-
 ceātur: dū aut erubescūt, aut metuūt inimicis suis facta re-
 serare, pro qbus possunt p legū cōstitutiones percelli. In-
 ficit. n. illa confessio quæ primum Deo offertur tunc etiam
 sacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Vide

Vides quō hi doctores solenniſſimi non ſolum publi-
cæ ſed etiam priuatæ meminerint confeſſionis. Afferam
adhuc dicta doctorum tam latinorū quā Græcorum de
priuata ſeu auriculari confeſſione loquentium. Ait nanq;
Hiero. ſuper illud Eccleſiaſt. Si mordeat ſerpens in ſilen- Eccle. 10
tio. Si quem ſerpens diabolus occultè momorderit, et nul-
lo conſcio peccati ueneno eū infecerit: Si tacuerit qui per-
cuſſus eſt, & non egerit pñiam, nec uulnus ſuum fratri et
magiſtro uoluerit confiteri: magiſter & frater qui linguā
habent ad curandum facile ei prodeſſe non poterunt. Et
Ambro. in pſal. 118. ſerm. 10. ſic ait: Qui iniquitates ſuas
dicit, iuſtificatur: qui autem iuſtificatur, non confunditur:
quia pudorem peccatorum matura confeſſione præuenit.
Rurſus idē de inſtitu. uirgi. ca. 4. Erroris (inquit) medici-
na confeſſio eſt. Et in lib. de paradifo, & recitatur de pœ-
ni. diſtin. 1. cap. non poteſt. Non poteſt quiſquam à pecca-
to iuſtificari, niſi peccatum ipſum antea fuerit confeſſus.
Vide ibidem cap. agite. cap. Voluiſſent. Ait quoque Ter-
tul. lib. de pœni. Confeſſio ſatiſfactionis conſilium eſt: diſ-
ſimulatio contumaciæ. Et infrā. Si de exomologēſi retra-
ctas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologe-
ſis extinguit. Et Augu. in lib. de uera pœni. cap. 10. Quē De penit.
pœnitet (inquit) pœniteat, & dolorē lachrymis oſtendat: diſt. 1. cap.
repreſentet uitam ſuam Deo per ſacerdotes: præueniat quem pœ-
iudicium Dei per confeſſionem. Præcepit enim dominus nitet.
mundandis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus. Docens cor-
porali præſentia conſitenda eſſe peccata, non per nunciū,
nō per ſcriptum manifſtanda, &c. Et Leo papa. Sufficit Ibidē cap.
(inquit) pœnitēti confeſſio, quæ primū domino offertur: ſufficit:
deinde ſacerdoti: qui pro delictis pœnitentium peccator

DE CONFESIONE

accedit. Cypria. quoq; Carthagen. episcopus ser. s. de la-
psis sic ait: Confiteantur singuli delictū suum, dum adbr-
qui delinquit in seculo est: dum admitti cōfessio eius pō-
dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud do-
minū grata est. Vide & eundem lib. 3. epist. 14. & 17.

Ab hac nostra sn̄a non dissident etiam doctores Gra-
ci. Nam Chrysost. in ser. de pñā & confes. to. 6. sic inq-
Confunderis & erubescis peccata tua effari: Atqui opor-
tet maxime ēt apud hoīes ea dicere & inuulgare. Confes-
sio. n. est peccare: non est confusio cōfiteri peccata. Non
sufficiat dicere. Pētor sum: sed operapretū est & specu-
tim pētorū & delictorū reminisci. Quid aut de hac con-
fessione dixerit Orige. habes artic. isto. Præterea aurica-
laris confessionis meminit & ipse Basilius Magnus, Gra-
cus etiam ipse, in regula de instit. monachorum cap. 9.
Et Grego. Nazianzenus in monodia, circa principium.

Huius quoque ritus meminit & Dionysius in epist. ad
Demophilum monachum: quem quia quendam se sub sa-
cerdote humiliantem, & cum uerecundia peccatorum re-
media quærentem abiecerat, redarguit. Et Sosomenes di-
xit, discretum sacerdotem instituendum pro his confesio-
nibus audiendis: ut secundum cuiusque culpā iniungatur
pñā: ut habet hist. tripar. lib. 6. cap. 35. Arti. 6.

RHET. Credens se absolutum quantūcūq; cōtritio
deest, absolutus est, & efficax est absolutio. Ab-
solutio enim est, non quia fit à quoquam: sed quia
creditur, quia sola fides iustificat.

THEO. Ergo frustra promisit dominus potestatem absolu-
Matth. 16 di, dicens. Tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcūq;
Matth. 18. solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Et iterum

Quaecunq; solueritis super terram, erunt soluta & in coe-
lis: si in fide poenitentis, & non in absolutione sacerdotis
consistat peccatorum remissio. Audi Hiero. super illo. *Matth. 16*
ibi dabo clauis regni coelorum. Istum locum episcopi &
presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de supercilio pha-
riseorum assumunt: ut uel damnent innocentes, uel soluere
se noxios arbitrentur: cum apud Deum non sententia sacerdotum,
sed reorum uita quaeritur. Si sacerdotis sententia non contritum
soluere nequit, quomodo sola fides absoluit non contritum, con-
tradiciente uita? Attende quid subdat Hiero. Quomodo sacer-
dos Leuiticus non leprosum, aut mundum fecit, sed discre-
uit: ita episcopus uel presbyter pro officio suo cum pecca-
torum audierit uarietates, scit qui ligandus sit, quiue solu-
endus. Preterea non maioris erit uirtutis si sacerdos dicat con-
fesso, ego absoluo te a peccatis tuis: quam si pronunciet sa-
lutationem angelicam: quia per te non absoluentis potestas, sed con-
fitentis fides remissionem operatur delictorum. *Arti. 7.*

Solus Deus peccata remittere potest: ergo sacerdotes hoc non ualent. *R H E T.*

Negabant Nouatiani sacerdotem posse dimittere, sal- *THE Q.*
tem aliqua peccata, post reciduum. Contra quos sic arguit
Ambro. lib. 1. de poeni. cap. 7. Cur. Baptizatis, si per ho-
minem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remis-
sio omnium peccatorum est. Quid interest utrum per penitentiam,
an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent?
Vtrum in utroque ministerium est. Sed dices, quia in lauacro
operatur mysteriorum gratia: quid in penitentia? Nonne Dei no-
men operatur? Quid ergo? Vbi uultis, uendicatis uobis
Dei gratiam. Vbi uultis, repudiatis. Remittit itaque sacer-
dos peccata: sed ministerialiter per sacramenta: Deus au-

DE CONFESSIONE

tem propria autoritate.

Articulus. 8.

RHET. Omnis iustus habet clauē ligandi atq; soluendi: non itaq; solis sacerdotibus conuenit.

THEO. Error fuit Vualden. quem sopitum suscitauit Hieron. de Praga: quod omnis iustus haberet potestatem clauium. Hic error damnatus est in concilio Auinionensi per Ioan. nem. xxij. Et in concilio Constantien. per Martinū. 5. Ali etiam Ambr. in lib. 1. de pñia cap. 11. ius ligandi atque soluendi solis sacerdotibus est pmissum. Dicit quoq; glo. ordi.

Leuit. 13. Matt. 16. Datae sunt clauē ecclesie episcopis & presby-

Deut. 27. ris. Nā et ueteris legis sacerdotes soli indicabant inter le-

Matt. 8. pram & non lepram: In cuius signum dominus leprosus mundatos ad solos sacerdotes misit: Et Lazarum suscitatum dominus solui iussit per Apostolos: Solis enim sacer-

dotibus dominus hanc potestatem dedit. Dixit enim: Sicut

Ioan. 11. misit me pater, & ego mitto uos. Hec cum dixisset infig-

Ioan. 20. flauit, & dixit eis. Accipite spiritum sanctum: & quorum

remiseritis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis,

retenta sunt. Hoc ipsum habet Ambr. & recitatur de pñ-

ni. dist. 1. cap. uerbum Dei. & sup. ar. 2. Artic. 9.

RHET. Confessionem non uilipendimus: sed eam necessariam esse negamus.

THEO. Aequa ratione necessaria probatur medicina corpor-

ris & animae: illam necessariā docet ratio naturalis: hanc

Eccles. 38. ratio fide illustrata. De illa dicitur. Altissimus de terra

creauit medicinam: & uir sapiens nō abhorrebit eam. Et

rursus. Seipsum interimit, qui praecepta medici nō seruat.

Neceffitatem autem confessionis docet ratio fidei. Naufragantibus enim in hoc mundo, de duobus remedijs prouidet dominus in suis sacramentis, sine quibus ueniā & gra-

tiam suam assequitur nemo. Lapsis ante baptisma subuenit regeneratio baptismalis in nouam uitā: Post baptisma uerò delinquentibus pñæ dedit sacramentum, cuius pñæ necessitatem insinuauit dominus dicēs: Nisi pñam habueritis: omnes similiter peribitis. Pñæ autem sacramentum confessionem complectitur: quam necessario præuia ostendimus absolutioni, Confirmat hoc Augu. in lib. homiliarum, homi. 49. Agite, inquit, pñam, qualis agitur in ecclesia: ut oret pro uobis ecclesia. Nemo sibi dicat. Occulte ago: apud Deū ago: nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra soluta erūt in coelo. Ergo sine causa sunt datae clauēs ecclesiæ Dei. frustramus euangelium Dei: frustramus uerba Christi: si pmittimus uobis quod ille negat, nōne uos decipimus?

Articulus. 10.

Sufficit confiteri Deo: Non enim dominus RHET. Magdalenam ad sacerdotes misit. Petri quoque lachrymas, nō confessionē lego, ait Ambro. Præterea dicit Chrys. homi. 2. in Psal. 50. Peccata tua dicito, ut deleas illa. Si confunderis alicui dicere quia peccasti: dicito ea quotidie in aīa tua. Non dico ut confitearis conseruo tuo, ut exprobet: Dicito Deo, qui curat ea. Lachrymæ lauant delictum, quod pudet confiteri.

Argumentis tuis respondit August. arti. præcedenti. THEO. Et hoc superaddimus. Magdalenam confiteri non oportuit peccata, quæ ante baptisma cōmiserat, cū baptisma ianua sit sacramentorum.

Quis dubitat Petrum sua delicta cōfessum fuisse: quæ tot lachrymis, tot quotidianis singultibus deplanxit? licet

DE CONFESSIOE

eius non legatur confessio. Et minus rectè citas Ambrosium: Sic enim habet super Lucā, cap. 22. & recitatur de poeni. dist. 1. cap. Petrus. Petrus doluit et fleuit: quia errauit ut homo, nō inuenio quid dixerit: scio q̄ fleuit. Lachrymas eius lego: satisfactionem nō lego. Non est bonus elenchus ab authoritate negatiuè. Non inuenio quid dixit: ergo nihil dixit. Dolor enim tam uehemēs natus magis erit producere cōfessionem, quā pudorem os recludentem, aut peccatum celantem. Chrys. quoq; nō de sacramentali locutus est confessione: sed de ea cuius meminit, sibi co-

Esa. 38.

sciū Ezechias rex: qui ait: Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. De qua inquit & ipse

Psalmus.

rex Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, utique peccata priora deplorans. Semel nanque sacerdos confessa, denuo non sunt confitenda corā sacerdote: Corā Deo uerō crebrius sunt reuoluenda et deplangenda. Chrysostomus quoque sacerdoti peccata non esse cōfessenda non dixit, sed conseruo: ne scilicet exprobet. Absit ut sibi ipsi contradicat, qui etiam speciatim peccata sacerdoti docuit confitenda: ut habes ar. 5. huius.

Liquet ex his concinnatam assertionem eorum falsam esse, qui contendunt confessionem instituti esse humani et abrogatam apud Græcos per Nectarium episcopū Constantinopolitanum, ex hist. tripar. lib. 9. cap. 35. Nam Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, & alij Nectario posterioribus eam ex instituto diuino necessariam declarauerunt: ut habitū est in hoc titulo. Sed neque amicularis confessio apud Græcos per Nectarium abolita est: ut habitū est ex dictis Chrysostomi, Nectarij successoris. Verūmodum quidam pñe imutatus uel prætermisus est. Si enim

facultatis non est unius episcopi abolere statutum vniuersalis ecclesie, minus autem diuinum.

DE SATISFACTIONE TIT. XVI.
ARTICVLVS. I.

Aliquas credimus esse, & iueniri apud patres satisfactiones, secundum canonum sanctiones: Sed illas dicimus non ad remissionem peccatorum, nec iuris esse diuini. Sed sunt disciplina ecclesiastica, & ex causa institutæ, ne famosi peccatores statim admitterentur sine penitentia ad communionem. Non autem necessariae sunt ad culpæ uel poenæ remissionem. Nam ista remissio fit per Christum: non per nostra opera. RHET.

Nos fatemur præter canonicas satisfactiones à patri THEO. bus institutas, quasdam iure diuino necessarias satisfactiones. Quod ut perspicuum fiat, operæ pretium est non ignorare ex delicto peccatorem & diuinam offensam incurere, & poenam æternæ mereri damnationis. De priori dicitur: Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Et ibidem: Sapient. 14. Peruersæ cogitationes separant à Deo. Et rursus in pro- Sapient. 1. uerbijs dicitur. Abominabile Deo cor prauum. De altero uero dicitur: Clementia præparabit uitam, sectatio malorum mortem. Et iterum: Iniustitia mortis est acquisitio: Ibidem. Impij autem manibus & uerbis accersierunt illam. Et Iacobus ait: Peccatum cum consummatum fuerit, generat Iacob. 1. mortem. Et Paul. Stipendia peccati mors. Rursus idem Roma. 6. Apostolus inquit. Qui non obediunt Euangelio domini 1. Thes. 1. nostri Iesu Christi, poenas dabunt in interitu æternas à facie domini. Offensa donatur in contritione, quando ex ini-

DE SATISFACTIONE

Ezec. 18. *mico fit Dei amicus, secundum illud Ezechielis. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor.* Artic. 2.

RHET. In nostrâ conuenis sententiam. Si enim Deus non recordatur omnium iniquitatum penitentis, peccatum donat. Cõplectitur autem peccatum diuinâ offensam pariter, & æternæ poenæ reatum: ideo donato peccato, offensa donatur & reatus poenæ eo potissimè quod poenitenti Christi passio cõmuniscatur: quæ Deum nedum placat, uerum & omnem reatum delet: secundum illud Apostoli. Conuulsificauit nos cum illo, donans nobis omnia delicta: delens quod aduersum nos erat chirographum decreti: quod erat contrarium nobis.

THEO. Euidenter satis concludis, quod Christus sufficienter satisfecit pro omnium hominum delictis imò superessimèter dico, reconcilians hominem Deo patri, expiansque omnes peccato debitas poenas, quantum est ex parte sui: quia plus obtulit Deo patri, quam meruere nostra peccata. Sed non efficienter, quantum ad nos. Quia Deus etiam nostram requirit satisfactionem non propter passionis Christi imperfectionem: sed ut qui deliquimus, ipsum delictum in nos etiam uindicemus. Docet hoc Tertul. in lib. de poen. ubi ait. Deliqui dicito in Deum, & periclitor in æternum perire. Itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, ut Deum reconciliem mihi, quem delinquendo læsi. Et Chrysost. homil. 17. in epistolam ad Hebræos, inquit super illo. Sic & Christus semel oblatus est, ad multorum auferenda peccata.

Quare multorum, & non omnium? Quia nō omnes cre-
diderunt. Pro omnibus quidem mortuus est: hoc est quan-
tum in ipso est. Eius momenti est illa mors, cuius momen-
ti est omnium perditio, non autem oīum peccata abstulit:
propter id quod noluerunt. Et post pauca: Vt iam de cæ-
tero non opus habeā sacrificio, ut saluentur: sed ipsis hoc
facient operibus.

Articulus. 3.

Christi passio infinita est, ac pro infinitis mū- REHT.
dis (si cēnt) satisfactoria. Nobis quoq; pœniten-
tibus, per sacramenta cōmunicatur. Quod ergo
nostra satisfactio superaddere ualet, ut expiet no-
stra delicta? Nunquid opera nostra potiora di-
ces merito passionis Christi, ut illa facinora no-
stra deleant, non passio Christi?

Ab sit ut humana opera præstantiora prædicem ope- THEO.
ribus Christi. Et si infinitæ sit uirtutis meritum aut pas-
sio Christi: cōmunicatur tamē nobis finitè plus minúsue,
secundum nostram præparationem & dispositionē. Chri-
stus quoque, licet pro nostris facinoribus satisfecerit suffi-
cienter, nostram etiam exigit satisfactionem, ut qui pec-
cando, quantum in nobis fuit, aliquid debiti honoris debi-
tæq; obedientiæ Deo subtraximus, pœnitētes aliquid bo-
ni delectabilis uel utilis nobis auferamus: quod Deo in ho-
norem ac in sacrificium offeramus.

Articu. 4.

Cōmentum ac uoluntariè præter rationem RHET.
& auctoritatem narras dictum.

Doceāt te uel euidentissima scripturæ testimonia, post THEO.
donatam culpam exigi à pœnitente opera satisfactoria.
Dicit nanque Ioannes. Facite fructus dignos pñæ. Sunt Lucæ. 3.
enim fructus quidam digni innocentia aut iustitia. Qui-

DE SATISFACTIONE

dam uerò digni pñæ, qui scilicet resarciunt que cōmissa se uel omisisse nos pœnitet: quos satisfactiones dicimus. Dicitur nempe satisfactio, iniuriæ illatæ per opera pœnalia recompensatio. Peccantes Deo iniuriam intulimus, dum ei obedientiam honoremq; debitum subtraximus. Pœnitentes uerò nobis bonum delectabile uel utile subtrahimus: quod in eius honorem offerimus. Habet hoc diuinus Grego. hom. 20. adducens illud Ioannis. Facite fructum dignū pñæ. Quisquis illicita nulla cōmisit, huic iure naturæ conceditur ut licitis utatur. At si quis in culpā sit lapsus, tantò à se debet licita abscindere, quantò se meminit & illicita perpetrasse. Vniuscuiusque ergo cōscientia conuenitur, ut tantò maiora quærat bonorum operum lucra per pñam, quanto grauiora sibi intulerat damna per culpam. Declarat hoc ipsum hom. 33. Magdalene exemplum. Quod (inquit) in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad uirtutum numerū, numerū criminū: ut totum seruiret Deo in pñā, quicquid ex se Deo contempserat in culpa. Lachrymis nanque pedes Iesu lauit: capillis capitis terxit: & unguento unxit. Sic & Petrus post negationem Christi, egressus fleuit amare, in quo quoad uiueret, peccatum ipsum deplanxit: ut ait Clemens. Niniuite quoque in cinere & cilicio, in clamore orationis & ieiunio pœnitentes, misericordiam domini impetrarunt. Theodosii pñam lege in hist. tripar. lib. 9. ca. 30. Quid horum fecissent hi, ni peccassent? Non sufficit itaq; pœnitenti, ut deinceps non peccet: priora uerò in se uitia Eccles. 21. cet peccata necesse est. Sapiēs enim non tantū ait. Fili peccasti: non adicias iterum: sed subdit. Et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Et Iob præsumptionem suam at-

Matth. 3

Ionæ. 3.

Eccles. 21.

Iob. 42.

tendens, ait. Idcirco me reprehendo, & ago pñiam in fa-
uilla & cinere. Et hoc uoluit dominus, per Iohelem pro-
phetam, dicens. Cōuertimini ad me in toto corde uestro, Iohel. 2.
in ieiunio, & fletu, & planctu. Contra hos, qui hanc eli-
minare uolunt satisfactionem, ait Cypria. lib. 1. epist. 3. de
quibusdam. Datur opera ne satisfactionibus, & lamenta-
tionibus iustis delicta redimantur: ne uulnera lachrymis
abluantur. Pax uera falsæ pacis mendacio tollitur. Plura
libeat uidere suprâ titu. de pœni. titu. 13. arti. 3. & infrâ ti-
tu. 35. arti. 3. & 8.

Articulus. 5.

Quare Deus post donatam offensam non re RHE T.
mittit reatū, ut ais: sed uult etiā iam suos factos
filios & amicos obnoxios remanere pœne?

Hæc potissimam æstimo rationem. Dei uoluntatē quæ THE O.
ex sacris literis innotescit. Ait nanq; Saluator. Exemplū Ioan. 13.
dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, ita & uos faciatis:
incōgruum nanque est, ubi Christus pro nostris peccatis,
lachrymas simul & sanguinem fudit: ipsi gaudeāt, & nō
lugeant peccatores. Docet hoc Chrysost. hom. 2. in psal-
mum. 50. dicens. Dei misericordia inæstimabilis est, sine
fine est, quæ comprehendi non potest: superans oēm sen-
sum, omnem cogitationem: tamen non ut homines miseri-
cordiam consecuti remissiores fierent. Quærit quidem à
nobis Deus. Miseretur quidem, sed nō passim miseretur.
Prouocat nos & dicit. Da & tu aliquid: utputà mille sce-
lera perpetrasti, habes onera delictorum. Volo alleuiare
pondus tuū: da & tu manum tuā. Non quia ego tuī egeo,
sed quia uolo & te aliquid conferre ad tuam utilitatem.
Huic consonat & illud Irenæi lib. 4. cap. 28. aduersus hæ-
reses Valentini, inter cætera sic inquentis. Seruitus erga

DE SATISFACTIONE

Deum, Deo quidem nihil præstat. Est enim Deus perfectus & sine indigētia. Propter hoc autem exquirat ab hominibus seruitutem: ut quoniam est bonus & misericors, beneficiat eis qui perseuerant in seruitute eius. Et propter hoc dicebat discipulis dominus: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, significans quoniam non ipsi glorificabant eum, sequentes eum: sed in eo quod sequeretur filium Dei, glorificabantur.

Porro legimus Deum aliquando offensam pariter & poenam remittere, utpotē latroni, cui post tot scelera pertrata, ait. Hodie mecum eris in paradiso. Non defuit tamen ei etiā propria satisfactio, quemadmodū nec Magdalene. Præterea in baptismo qui est spiritalis quædam regeneratio, culpa cum poena relaxatur: ideoque baptizati satisfactio non iniungitur. Aliquando uerò culpam etiam totam poenam remittit Deus. Nam æternā donat, sed temporalem exigit. Cum enim Dauid se adulterio, simul & homicidio contaminasset, propheta parabolicè increpatus, ait. Peccaui. Cui & Nathan propheta. Transiit domum tuam, ait. Peccatum tuum. Quis ambigit sic peccatum suum confitenti dimissum fuisse? cum ipse idem dixerit: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tunc remisisti impietatem peccati mei. Satisfactionis uerò poena imponitur dum subinfertur. Morietur puer. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Similiter & Achab occupanti uineam interempti Naboth ait Helias. Occidisti et possedisti, & mala quibus propter hæc puniendus erat prænunciavit. Quibus auditis Achab scidit uestimenta sua

Luc. 23. trata, ait. Hodie mecum eris in paradiso. Non defuit tamen ei etiā propria satisfactio, quemadmodū nec Magdalene. Præterea in baptismo qui est spiritalis quædam regeneratio, culpa cum poena relaxatur: ideoque baptizati satisfactio non iniungitur. Aliquando uerò culpam etiam totam poenam remittit Deus. Nam æternā donat, sed temporalem exigit. Cum enim Dauid se adulterio, simul & homicidio contaminasset, propheta parabolicè increpatus, ait. Peccaui. Cui & Nathan propheta. Transiit domum tuam, ait. Peccatum tuum. Quis ambigit sic peccatum suum confitenti dimissum fuisse? cum ipse idem dixerit: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tunc remisisti impietatem peccati mei. Satisfactionis uerò poena imponitur dum subinfertur. Morietur puer. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Similiter & Achab occupanti uineam interempti Naboth ait Helias. Occidisti et possedisti, & mala quibus propter hæc puniendus erat prænunciavit. Quibus auditis Achab scidit uestimenta sua

2. Reg. 12. minus peccatum tuum. Quis ambigit sic peccatum suum confitenti dimissum fuisse? cum ipse idem dixerit: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tunc remisisti impietatem peccati mei. Satisfactionis uerò poena imponitur dum subinfertur. Morietur puer. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Similiter & Achab occupanti uineam interempti Naboth ait Helias. Occidisti et possedisti, & mala quibus propter hæc puniendus erat prænunciavit. Quibus auditis Achab scidit uestimenta sua

Ibidem. imponitur dum subinfertur. Morietur puer. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Similiter & Achab occupanti uineam interempti Naboth ait Helias. Occidisti et possedisti, & mala quibus propter hæc puniendus erat prænunciavit. Quibus auditis Achab scidit uestimenta sua

3. Reg. 21. uineam interempti Naboth ait Helias. Occidisti et possedisti, & mala quibus propter hæc puniendus erat prænunciavit. Quibus auditis Achab scidit uestimenta sua

operuit cilicio carnem suā, ieiunauit, obdormiuitq; in sac-
co, & ambulauit demisso capite. Quis hæc attendens, du-
bitat Achab cōtritum? assumpsit tamen satisfactionis pœ-
nas, quāobrē meruit audire. Quia humiliatus est Achab
mei causa, non inducam malum hoc in diebus eius: sed in
diebus filij sui. Confirmat hoc ipsum Cypria. sermo. 5. de
lapsis. Dominus, inquit, orandus est. Dominus satisfactio-
ne placandus est.

Articulus. 6.

Quod quidē Deus in ueteri lege ab homine RHET.
exegeris satisfactiones non demiror: iam uero
Christo passō pro nobis, qd exigere poterit di-
uina iustitia, quod non supereffluenter persolue-
rit Christi benedictissima passio?

Quemadmodum sub ueteri & noua lege eadem fide THEO.
saluamur: Ita et eodem Christi sanguine redempti sumus.
Eadem nanque Christi passione diluta sunt & nostra, &
ueterum crimina: itaque si illis necessaria fuit propria sa-
tisfactio, necessaria est & nobis. Docent hæc lachrymæ
Petri & Magdalene. Antiocheni itidem quia Simoni ma-
go consenserant ueniente Petro pœnitentes, cilicijs indu-
ti, nudis pedibus, cineres in capita sua spargētes, ei occur-
rerunt, ut ait Clemēs in suo itineraio. Theodosius quoq;
Imperator pro suo scelere octo mēsum spatio pœnituit,
ut habet histo. tripar. lib. 9. cap. 30.

Articu. 7.

Quis docuit istos asinos hanc dialecticam? RHET.
Christus ait: Agite pñiam. Apostoli prædicaue-
runt pñiam: igitur pœnæ æternæ compēlantur
satisfactionibus nostris. Igit̃ clauēs habent man-
datum remittēdi partē pœnarū purgatoriū: igit̃
satisfactiones redimunt pœnas purgatoriū.

DE SATISFACTIONE

THEO.

Istæ sunt machine hereticorum teste Hierony. ad Rufinum. episto. 40. ut conuicti de perfidia ad maledicta se conferant: ne dicam ad mendacia. Donemus hanc irrogatam contumeliam. Reminiscere quomodo aliquando asina Bealaam prophetam et redarguerit, et erudierit. Ad uitam ueritatis perducant te isti asini bipedes. Vbi quaeso apostolus theologos eam sequelam legisti. Christus et Apostoli predicauerunt penitentiam: igitur æternæ poenæ compensantur satisfactionibus nostris? Quære et non inuenies. Hunc uero apud eos inuenies electum. Christus et Apostoli predicauerunt peccatoribus necessariam penitentiam: igitur eas subire debent. Nunquam uel somniarunt Theologi poenæ æternas compensari nostris satisfactionibus: Deus enim remittens exitiale peccatum, donat offensam, et poenam æternam relaxans, obligat poenitentem ad temporalem satisfactionem, ut satis claret ex his quæ in hoc titulo, et in eo quod est de penitentia discussa sunt. Cui ad stipulatur et illud Augustinus de sancto Victore. Deus, inquit, absoluens hominem a culpa et poena æterna, ligat eum uinculo perpetuæ detestationis peccati. Huic accedit et illud Bernardus. serm. 1. de Epiphania domini. Possumus, inquit, reconciliari pro minimo. Pro minimo inquam, non tamen sine penitentia: sed quia minimum quid sit nostra penitentia. Totum quod dare possum, miserum corpus istud est: illud si dederò, satis est. Si quo minus, addo et corpus ipsius, scilicet Christi. Nam illud de meo est, et meum est. Paruulus natus est nobis, et filius datus est nobis. De te suppleo domine, quod minus habeo in meo.

Nec absurdum arbitreris, si quis dicat clauis remittere partem poenarum purgatorii. Cum enim remittant partem poenarum peccatis debitarum: utique et partem poenarum

purgatorij. Nam istæ pœnæ si non hic soluantur, in purgatorio ueniunt expiandæ. Si Achab ad uerbum prophete humiliatus & indutus cilicio meruit suarum pœnarum cōmutationem: quō non audiet uerbum misericordiæ, & remissionis qui coram sacerdote se humiliat? Absolutio itaque aliquid pœnarum debitarum remittit. Ait enim August. lib. de uera pñia, cap. 10. Multum satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum quæ cōmissit nuncio Dei denegat.

Articulus. 8.

Pœnitentiam, hoc est conuersionem, seu regenerationem, boni fructus, siue bona opera in omni uita sequi debent. R H E T.

Huic tuæ sniæ non obsistimus. Verum aliud diximus THEO.
bonum opus in genere, & aliud pñiæ opus: Nam pñia superaddit bonitati operis, ut uindictet patratum delictum: ut habes supra titu. 3. arti. 3.

Articulus. 9.

Non potest esse uera conuersio, aut cōtritio, R H E T.
ubi nō sequuntur mortificationes carnis, & bonorum operum fructus.

Durus est hic sermo, nisi intelligatur in actu uel in uoto THEO.
to: Nā conuersus aliquis aut contritus si cōfestim moriatur, quō abibit? Non ad beatitudinem tuā sniā: quia mortificationes carnis, & bonorum operum fructus non sunt conuersionem subsequuti. Nec is in infernum demergi poterit, cui iam donata est culpa. Præterea sit aliquis uerè contritus, proponens se mortificaturum carnem suam, ac bonorum operum fructum patratum: is ex fragilitate, uel tentatione recidiuet. Quis dicet priorem contritionem nullam fuisse, quia iam recidiuat? Sequantur itaque iustificationem & carnis mortificatio, & bonorum operum fru-

DE SATISFACTIONE

ctus, data facultate & temporis opportunitate: ne recta
conuersio fiat inanis & sine fructu.

Roma. 6

Duplicem tamen noueris conuerso carnis necessariam
mortificationem: unam quidem uindicatiuam priorum deli-
ctorum: aliam probae uitae necessariam, qua carnem spiritui
tui subijciat, neue concupiscētia rationem eneruet. utraque
in apostolico uerbo designata, dum ait: Sicut exhibuistis
membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita nunc
exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificatione
nem. Credo utique te non incidisse in Ioviniani errorem
qui ait hominem per gratiam iustificatum, amplius non
posse peccare. Articulus 10.

RHET.

Veri terrores & ueri dolores animi non pa-
tiuntur corpus indulgere uoluptatibus.

THEO.

Verum quidem profers, ut his uidelicet non fructus
poenitens uoluptatibus, quibus Deum offendat. Quis ne-
rò dubitat coniugum cōtubernium esse uoluptuosum, ad
delicatis uti cibarijs (infra tamen temperantiae limites) ex-
periucundum? Eis tamen uti licet post conuersionem &
poenitentiam cum gratiarum actione. Articulus 11.

RHET.

Nulla est poenitentia interior, nisi foris pariat
etiam castigationes carnis.

THEO.

Et nos tecum sentimus, modò assit facultas & tps op-
portunitas: uerum hoc tuum telum in te reijcimus, ut ne-
queas deinceps dicere, quòd sola fides iustificat et saluat.
Cui nisi addantur & alia uirtutum opera data facultate,
saluare nequibit. Articulus 12.

RHET.

Fingitis satisfationes opera esse indebita: scrip-
ptura autem requirit opera debita. Hec est enim
uox praecepti. Facite fructus dignos poenitentiae. Nihil

Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Sicut exhibuistis membra uestra seruire iniquitati: ita exhibete ea seruire iustitiæ. Quare non licet ea retorquere ad eas satisfactiones quas recusari licet. Non enim licet Dei præcepta recusare.

Satisfactiones si dicamus op̃a indebita, intellige iusto: THEO.
quia iusti non indigent p̃niã, ut ait Saluator. Et cū subiungis: op̃a p̃niæ sunt opera præcepti: uerū est ipsi p̃c̃tōri, Luce. 13.
nō autem iustis. Si arguis. Etiam iustus tenetur ad carnis afflictionē, quam satisfactoriam non abnuis. Dico iustum obligari ad carnis afflictionem ne spiritui resistat, aut rationem sefforem deiiciat concupiscentia. Pœnitens uerō præter eam debet sibi subtrahere aliquid sensualis oblectamenti, aliās liciti, quod Deo in honorem & in holocaustum offerat: ut reparetur æqualitas iustitiæ, quā uiolauit impius peccando.

Articulus. 13.

Admittis confitentem, si recuset suscipere satisfactiones iniunctas, non peccare. Persolutarū autē has residuas pœnas in purgatorio iam hæsententiæ sine cōtrouersia esse non possunt. Agere poenitentiam est uerbum præcepti ipsi peccatori, ut ais. Et satisfactiones quæ sunt pars poenitentiae recusare licet, nam sic idem esset præcepti, & non præcepti.

Bonum argumentum, & facilis solutio. Satisfactio THEO.
enim necessaria est poenitenti peccatori. Quòd uerò hoc uel illo actu satisfaciat, in præcepto non est: Nam qui cogitur corpus attenuare, abstinentia, ieiunio, sacco, cilicio, uigiliis faciat, perinde est. Qui non ualet ieiunare, det elemosynam, uigilet orationibus, aliudue opus pœnale

P

DE SATISFACTIONE

aggrediatur, prout ratio suadebit. Multum autē de illius uera dubitare cōtritione, qui nullam hīc uellet subire satisfactionem, post hanc uitam eam uolens sibi seruare. Quis enim uerē dolebit se tam pium patrem, tam enormiter frequenterq; offendisse, & nullum externum dāre signum doloris? Articulus. 14.

RHET.

Ambro. in sermo. 46. de pōnitētia Petri ait. Petrus conscius dicti correctus ingemuit tantquam emendatus prorupit ad lachrymas: nihil precatus uoce. Inuenio enim quōd fleuerit, non inuenio qd dixerit, lachrymas lego, satisfactio nem non lego: itaque satisfactio pōnitenti non est necessaria.

TEHO.

Non ad stipulatur sententię tuę uerbū Ambrosii: non enim ibi satisfactionem accipit pro opere pōnali uitio delicti patrati in se: sed pro excusatione, quare redditur alicuius operis cōmissi, quemadmodum Paulus

Actu. 4.

ait. Bono animo pro me satisfaciam. Quōdq; sit illa Ambrosii intentio uel ex hoc collige quod subditur: recte plāne fleuit et tacuit, quia qd' defleri solet non solet excusari. Et qd' defendi non pōt, abluī potest. Hanc nostram sententiā confirmat & illud Basilij Magni in sermo. super illo uerbo Moysi. Attende tibi. Attende, inquit, tibi ipsi, ut pro admissi proportionē auxilium ex tali cura suscipias. Magnū & durum peccatum confessio, lachrymę, continuū uigilia, assiduū ieiunium delebunt. Idem rursus ad monachum lapsum. Tibi ait pōnam spōte impone, ne iam admissi pudeat. Nō est clausa ianua uitę. Irenęus quoq; ad uesius hereses Valentini lib. 4. cap. 45. hunc format eloquium. Si, inquit, qui p̄cesserūt nos in charismatibus

terres, propter quos nondum filius Dei passus erat, delin-
quentes in aliquo, & concupiscentiæ carnis seruientes, ita
affecti sunt ignominia (de Dauid & Salomone illi sermo
est) quid passuri sunt qui nunc sunt, qui cōtempserunt ad-
uentum domini, & deseruierūt uoluptatibus suis? Veniet
filius in gloria patris, exquirens ab actoribus & dispen-
satoribus suis pecuniam quā eis credidit, & plurimum ab
eis exiget. Debemus ergo ipsi timere, ne fortē post agni-
tionem Christi agentes aliquid quod non placeat Deo, re-
missionem ultrā non habeamus delictorum, sed excluda-
mur à regno eius. Et ideò ait Aposto. Si naturalibus ra-
mis non pepercit, ne fortē nec tibi parcat, qui cūm esses
oleaster, insertus es in pinguedinem oliuæ, & socius fa-
ctus es pinguedinis eius.

DE INDVLGENTIIS TIT. XVII.
ARTICVLVS I.

Satisfactiones uestras per indulgentias redi- RHET.
mi uultis, quas noster Lutherus dicit nil aliud
esse, quā robustas uenationes Romanorum
pontificum.

Indulgentias euidenter constare ex sacro eloquio non THEO.
facile dixerim, eas autem penitus negare, pij non uidetur
Christiani: tum propter ecclesiæ uniuersalis diutiniū usum:
tum propter eius definitionem. Est enim ecclesiæ catholi-
cæ non spernenda authoritas, quamobrem ait August. in
lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. Vacare nō potest,
quod uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consue-
uit. Et rursus lib. 2. cap. 3. de baptismo. Episcoporum, in-
quit, literas per sermonem fortē sapientiores, cuius in ea

DE INDVLGENTIIS

reperitoris, & per aliorum episcoporum grauiorem au-
thoritatem, doctorumq; prudentiam, & per concilia lice-
re reprehendi, siquid in eis forte à ueritate deuiatum est,
& ipsa concilia quæ per singulas regiones uel provincias
fiunt, plenariorum conciliorum authoritatem quæ sunt ex uni-
uerso orbe Christiano sine ullis ambagibus cedere oportet.
Si enim dominus ordinauit aliquando, ut in ore duo-
rum uel trium testium stet omne uerbum, quid de multo-
rum conciliatis testimonijs dicturi sumus? Ait ipse Salua-
tor. Si duo ex uobis cõsenserint super terram, de omni re
quacunque petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est.
Vbi enim duo uel tres congregati fuerint in nomine meo,
ibi sum in medio eorum, p̃ij itaq; Christiani est sentire quod
ecclesia in his quæ fidei sunt & proborum morum errare
nequeat, propter assistentem spiritum sanctum, atque gra-
bernantem suam ecclesiam. Hac confidentia dixerunt
quando Aposto. Visum est spiritui sancto & nobis, &
Actu. 15. Ex hoc fonte credimus illud Ioan. illud Matth. Mar. &
Lucæ esse euang. has Petri, illas Ioan. aut Pauli epist. Eui-
ge. autem Nicodemi & Bartho. quia ecclesia non recipit,
& nos refutamus. Palam est, inquit Augu. contra Mani-
cheos, quod in re dubia ad fidem & certitudinem ualeat
authoritas ecclesiæ catholice di. 11. ca. Palam.

Concilium nanque Lateranen. de pœ. & re. ca. Com-
ex eo moderatur excessum prælatorum in cõferendis in-
dulgentijs, quo clauis ecclesiæ contemnebantur, & pœni-
tentialis satisfactio eneruabatur. Concilium uerò Vien-
nen. eo titu. in cle. Abusionibus. Reprehendit abusus quæ-
storum, cõcedens eis solum indulgentias sibi concessas in-
sinuare populo, & charitatiua postulare suffragia. Con-

lium Constantien. sessione octaua damnauit. 45. art. Ioan-
nis Vuicleui, quorum. 41. sic dicit: Fatuū est credere in-
dulgētiās Papæ & episcoporum: ipse enim Vualdēsium
imitatus errores, indulgētiās eueruare conatus est, quod
& post eum fecit Ioan. de Vuesalia, & nostro æuo Lu-
therus, optata lucra ex eis nō ualens assequi. Art. 2.

Quid sacræ literæ de uenīs siue indulgētijs RHET.
habent, placeat in medium proferre.

De his locutus uidetur Dauid, dum ait. Particeps ego THEO.
sum omnium timentium te. Et in Apostolorum symbolo Psalmus.
confitemur sanctorum communionem. Porro Paulus ad
Cor. scribens, ex æqualitate, inquit, in præsentī tpe uestra 1. Cor. 8
abundantia illorum (scilicet pauperum ministrorū Chri-
sti) inopiam suppleat ut & illorum abundantia uestræ in-
opie sit supplementum. Abūdabant nanq; Corinthij tem-
poralibus bonis: egeni uerò erant in spiritalibus. Eduer-
sō ministri Christi spiritalibus abūdabant, egentes terre-
nis. Voluit itaque Apostolus uniuscuiusq; abundantiam al-
terius suffragari inopie, ut ipsis quoq; Corinthijs spiri-
talia cōmunicarentur: Christi uerò pauperibus corpora-
lia subsidia subministrarentur. Quænam illa erant illa spi-
ritalia cōmunicanda Corinthijs, nisi bona opera paupe-
rum Christi: Rursus idem Apostolus scribit Colos. Nunc Colos. 1.
gaudeo in passionibus pro uobis, et adimpleo ea quæ de-
sunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius,
quod est ecclesia. Quæ, oro, sunt quæ Aposto. se implere
dicit in carne sua, quæ deesse dicit passioni Christi pro ec-
clesia eius, nisi afflictiones & poenalitates, quas pertulit
in ecclesiæ utilitatem? Dicit enim ibidem Anselmus. Non
sic intelligas illud. Adimpleo ea quæ desunt passionū Chri 1. Cor. 1.

DE INDVLGENTIIS

sti, quasi passio Christi non sit sufficiens pro redemptione generis humani. Abundant enim passionibus Christi in nobis. Et in carne Christi, quam uirgo peperit, nihil passionum deest, sed omnes in illa passionibus sunt impletæ. Restat tamen adhuc pars passionum eius in carne mea. Ordinavit enim diuina prædestinatio, ut etiam Christi mystica membra paterentur. Passus est Christus caput nostrum in carne sua: patitur & in eius membris. quasi dicat: adimpleo, hoc est, addo mensuram meam in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Quemadmodum itaque passio Christi suffragatur ecclesie, hoc est membris Christi, ita membra Christi mystica sibi mutuo operibus subueniunt, dum unius satisfactio alteri subuenit. Arti. 3.

RHET.

Dico illam afflictionem Pauli profuisse ecclesie: quia alij excitati suo exemplo egerunt in predicatione euangelij animosius, non uoluit Paulus quod sancti faciant uel patiantur omnia pro ecclesia, ut in thesaurum cedant ecclesie, ex quo pontifex suo arbitratu cuique tribuat quantum uelit.

THEO.

Magis in nostram quam in tuam sententiam sonant uerba Apostoli, & nobiscum sentit Anselmus. Tu uero tuus solius adducis testimonium. Articulus. 4.

RHET.

Fingunt uestri certum modum bonorum operum uel poenarum, quibus pro peccatis satisfacit, quem homines excedere ualent: utpote plura patiri aduersa, uel parate benefacta, quam ipsis sit necessarium ad salutem, quæ uocant opera supererogationis. Ex quibus coniunctis meritis Christi conficitur thesaurus indulgentiarum, & satisfactiones pro his quæ prauè admissa uel omissa sunt.

quod merè figmentum est. Nam meta præfixa bonis operibus, p̄bæq; ac sanctę uitę est, exemplum domini nostri Iesu Christi, ut conformes imagini fili; Dei euadamus, teste Apostolo. Hęc metam attingit nemo. Paulus enim, plus omnibus laborauit, deesse sibi ad iustum modum bonorum operum queritur, dicens. Nihil mihi cō Roma. 8. sciū sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Omnes sancti orant sibi remitti peccata, & inutiles se seruos cognoscunt, etiam cū fecerint quę præcepta sunt, Nemo sanè præter unum Christū peruenit ad id sanctimonię: ut præstiterit quod debuit, nedum quid supererogauerit.

Aliquos plura pati aduersa uel parare benefacta quā THEO. sibi sint ad salutem necessaria, non obuiat euangelio. Qui enim mandata Dei obseruat, parat sibi ad salutem necessaria, secundum illud Saluatoris. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Alia non necessaria ad salutem his superaddere licet: ut potē omnium rerū suarum propter Christum desertionem & earum in pauperes erogationem, uirginitatem, abstinentiam carniū, ieiunium quotidianum, uesitum cilicinium & similia. Quę quidem etsi ad salutem non sint necessaria (nam sine eis plurimi regna cœlestia adipiscuntur) ualebunt tamen ad copiosiores beatitudinis gloriam, dum pro diuersitate meritorum uarias reddet beatis mansiones iustus ipse iudex: ut ait Hieronymus contra Iovin. lib. 2. ca. 43. Qui enim in sacris literis exercitatus est, non ambigit aliqua à domino præcepta, & aliqua liberè sub concilio relictā. Dicit quoque Hiero. lib. 2. contra Iovin. cap. 35. Nunquid omnibus præceptū est,

Matt. 19.

DE INDVLGENTIIS

ne duas tunicas habeant, ne cibos in pera, & in zona, ungulam in manu, calciamentum in pedibus, ut uendant uniuersa quæ possident, dentq; pauperibus & sequantur Iesum? Sed his utique qui uolunt esse perfecti. Liquet itaq; quòd his quæ ad salutem sunt necessaria, ualet homo aliquid superaddere, secundum illud Apostoli. Sic ambuletis, ut abundetis magis.

1. Thef. 4.

Cum uerò subnectis: Meta præfixa bonis operibus, est conformem fieri imagini filij Dei, Siquidem uelis, uitæ nostræ sanctimonia imaginem æqualem uitæ filij Dei exprimamus. Absit ut hoc quis à domino æstimet tantum: nam ad eam perfectionem peruenire ualet nemo. Si uerò intelligas, ut ad uitæ Christi exemplar uitam nostram imitando (non æquando) dirigamus, uera est sententia. Cum format autem uitam suam, non qui in puncto æquat uitam suam uitæ Christi: Sed qui in latitudine quadam imitatur, uel aliqui plus, alij minus proximent, omnes tamen conformes sint imitatione. Quemadmodum enim sagittæ pugno accedunt una altera uicinior (uiux tamen aliqua distat) Sic sancti omnes pro uiribus suis, Christi uitam imitantur: attingit nemo. Meta quoq; caret nemo sibi necessario præfixa.

Articulus 5.

R H E T.

Nemo unquam tantum meritorum cumulum siue faciendo, siue patiando parauit, quin uenia adhuc ei roganda foret peccatorum. Sanctus quippe erat Iacobus, qui tamen ait. In multis offendimus omnes. Et Ioannes Christo amantissimus, inquit. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et Paulus dixit, Omnes peccauerunt & egrediuntur

Iaco. I.

I. Ioan. 1.

Rom. 3.

gloria Dei. Quamobrem omnes precari debemus. *Matt. 6.*
 Dimitte nobis debita nostra. Et illud prophetae. Non intres in iudiciū cum seruo tuo *Psalms*
 domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo
 omnis uiuens. Vnde itaque sanctis illa afflictio-
 num aut malorum perlatorum redundantia, ex
 qua pro alijs quoque satisfactio exprimitur per
 indulgentias?

Aliquibus Christi ministris abundare spiritalia, quae *THEO.*
 aliorum inopia succurrerent, superiore arti. scilicet. 3. ex
 Pauli testimonio disseruimus. Modum uero iam elucida-
 bimus. Opera nostra in charitate ex spiritus sancti mo-
 tione praeueniente, & cooperante patrata meritoria sunt
 pariter & satisfactoria. Meritum est circa bonitatem ope-
 ris. Valor autem bonitatis operis ex gratia Dei concur-
 rente, ex motione spiritus sancti simul, et ex dignitate ma-
 teriae circa quam uersatur opus, attenditur. Satisfactio ue-
 ro praesupposita iam operis bonitate ex poenaltate pen-
 satur, dum uirtuose operans, aliquid sibi adimit boni (non
 quidem honesti, quod uirtutis est) sed utilis aut delectabi-
 lis, quod in Dei refert honorem. Meritum personam ope-
 rantis non excedit. Nullus enim alteri uitam meretur aeter-
 nam. Nam datur charitas ut suum possessorem ad beatitu-
 dinem perducatur, non ut per eam alteri mereatur. Alteri
 enim mereri, soli Christo seruatum est: Qui beatitudinem
 non sibi meruit (nisi forte corporis.) Habuit enim eam tan-
 quam filius non adoptiuus, sed naturalis Dei. Meruit ue-
 ro eam nobis, qui potestatem habuit excellentiae, & gra-
 tiam supereffluentem: ut de plenitudine eius accipiamus
 omnes. Bona itaque quantumlibet sancti in esse meriti, in

DE INDVLGENTIIS

alium non redundant. Vt satisfactoria uerò, alijs suffragari aut cōmunicari ualent. Sunt enim hoc modo poenae expiatiua, uirtute tamen passionis Christi. Poenae dixerim non aeternae, ut aliquādo calumniatus es, tit. 16. art. 7. seculalis relictæ post culpā, aeternamq; poenam condonant. Quēadmodum enim in ciuilibus, donata offēsa unius, debitum alter soluit: ita & in corpore Christi mystico, et unum membrum alteri subsidium præstat, & poenam, cuius unus est debitor, alter exoluere ualet, propter charitatis unionem. Vtpote si obnoxius sit quis ieiunare triiduum in pane & aqua, & alter pro eo ieiunat, is absolutus est.

Potest itaque parare quis cumulum, non meritorum, sed satisfactionum in alterius subsidium. Et sancti (etiam si quando deliquerunt) pararunt sibi opera poenalia, quibus nedum illa minora delicta, sed etiam grauiores expiari possent reatus. Et ideo contra nos nō militant per te eluctæ authoritates. Articulus. 6.

RHET.

Ciuilem similitudinem nō admittimus in rebus diuinis. Dicimusq; nemini necessariam esse propriam satisfactionem: quia Christus nedum pro culpa, sed & pro omnis poenae reatu satisfacit, illaq; satisfactio communicatur poenitenti sacramentaliter absoluto.

THEO.

Rom. 1.

Mar. 4.

Matt. 25

Ex uisibilibus docet cōtemplari inuisibilia Apostolus. Christus sine parabolis uix locutus est, suum quoque iudicium parificari nostro ostendit in accusatore, in facti discussione, in sententiæ prolatione, dignaq; operum retributione. Et tu similitudinem admittere recusas? Quòd uerò Christum asseras sua benedictissima passione satisfacere, tam pro culpa, quàm pro omni nostro reatu: Fatetur

quidem, sufficienter, imò superabundanter, sed non efficienter nobis. Hoc est Christus iustitiæ Dei patris sufficiens pretium obtulit etiam pro mille mundis redimendis, si fō : — rent. Sed illa superbenedicta passio nō effecit in nobis oīs reatus deletionē, tum quia nostram adhuc requirit Deus satisfactionem, ut patuit titu. 19. arti. 2. Tum propter nostram indispositionem, Dicit nanque Paulus, Cum adhuc Rom. 5. peccatores essemus secundum tempus, pro nobis mortuus est Christus. Pretium itaque sufficiens nostræ redemptioni, obtulit Deo patri Christus : nihilq; in nobis effecit, quia iugo peccati adhuc tenebamur. Non enim passio Christi quēquam iustificat qui adhuc peccato subiacet. Cum uerò auerterit se impius ab impietate sua, tūc passionis Christi uirtus effectum iustificationis in eo opatur. Art. 7.

Quod Christi passio nihil efficiat iustificatio- R H E T. nis in subiecto peccatis, non inficior. Pœnitens uerò iā dispositus est, ut ei subueniat passio Christi, omnemq; aboleat pœnam cum culpa.

Quia in pñia requiritur noster actus tanquam subie- T H E O. ctum preparans & disponens: dicimus quod Christi superbenedicta passio (licet infinita sit) applicetur pœnitenti finitè, plus minúsue, secundum animæ præparationē & dispositionem. Potest nanque pœnitentis tanta esse contritio, ut sanguis Christi omnem eius diluat reatum. Quemadmodum in Magdalena & latrone piè credimus patratum. Aliquando uerò (ut in remissione) non totam diluit Pœnam Christi passio. Rationem necessariæ & requisitæ nostræ satisfactionis arbitror Dei uoluntatem, quæ in sacris literis nobis satisfactionem necessario subeūdā prædicat: ut qui cum eo regnare cupimus, crucem nostrā por-

DE INDVLGENTIIS

tantes compatiamur. Et quēadmodum ipse Christus pro nostris sceleribus orauit, fleuit, ac pretiosum sanguinē suū fudit: Ipsi pro proprijs delictis nostris etiam oremus, iugeamur, & affligamur. Est enim hoc conformē sententię

LUC. 13.

Saluatoris dicentis. Nisi pñiam egeritis, oēs simul peritis. Pœnitentijs quoq; lapforum Petri, Magdalene, Scilitarum, Achab, & aliorū, qui in lachrymis, ieiunijs, nene, et cilicio, alijsq; abstinentijs pœnituerūt. De his pœra require ti. 13. de pœ. et ti. 16. de satisfactione. Art. 3.

RHET.

Probasti quidem quod unus pro alio debitas pœnas exoluere ualet: sed quid hoc ad indulgentias?

THEO.

Indulgentias circa has satisfactiones, non circa merita diximus uersari art. 2. Sunt enim relaxationes pœnarum peccatis debitarum: dum opus satisfactorium de thesauro ecclesię sumitur, & huic applicatur per ministrum ecclesię ad diluendas sibi debitas pœnas. Ostendimus enim: ti. 5. quod sancti abundare ualent in opere satisfactorio, nec non in opere meritorio) quodq; illa abundantia pœrius inopię suffragari potest.

Quod Christi satisfactio superabundet, non est qui ambigat: Diuam uerò uirginem Mariam plurima pertulisse pœnalia in fuga ad Aegyptum, in filij morte, quis dubitat? ipsa tamen nullius fuit pœnæ debitor. Sanctus quoq; Ioānes arduissimas in deserto pertulit afflictiones, qui modicis fortē uenialibus aliquando offenderat: Sancti autem martyres plurima & ipsi sustinuerunt tormenta: quibus etiā grandia si perpetrassent aliquando, scelera diluissent. Iam uerò talia non cōmiserunt delicta: ergo eis aliquid superabundat satisfactionis: quod in ecclesię thesauro, in

aliorum utilitatem recondere licet. Quod ut elucescat, sit aliquis (gratia exempli) debitor ex suo facinore ieiunij duorum annorum in pane & aqua: quo peracto expiabitur poena. Sit alius non debitor illius poenae, & eadem peragat ieiunia, is non sibi diluit has debitas poenas, quia eis obnoxius non est. Ne ergo opus suo satisfactorio frustrari priuatur, in thesaurū dicimus recondi ecclesiae, ut uel alteri suffragari possit. Hoc. n. uoluit sanctorū charitas, ut sua abundantia alterius inopia succurreret. Quemadmodum Colos. 1. dum Paulus ait se multa perpeffum pro corpore Christi, quod est ecclesia.

Articulus. 9.

Nihil potest infligere Deus iudex iustus hominibus, quod ipsi suis peccatis non meruerint. Quid enim malorum non debetur uel soli originali peccato? Videmus in tantis cruciatibus ærumnas etiam infantium.

Peccato originali debetur quicquid est naturalis calamitatis. Sancti uero & alias sibi superaddiderunt afflictiones in ieiunijs, in abstinentijs acerrimis, induti saccis & cilicijs, egentes, angustiat, afflicti: quibus dignus non erat mundus, ut ait Apostolus. Quæ in Dei honorem ecclesie Hebr. 11. siquæ utilitatem perpetrarunt.

Infligit quoque Deus uaria mala etiam suis electis & innocentibus: utpote Abrahamæ reurm suarum desertionē, uxoris spoliationem: Iob rerum suarū ablationē, & corporis afflictionē: Thobie, aut cæco nato, cæcitatem, &c. ad Dei gloriam, ad afflictorum probationem, ad aliorum exemplum & imitationem, seu ad tentatorum coronam. Habet enim uitæ & mortis imperiū Deus: Ideoq; quod uult, liberè agit: sed præter æquitatem nihil. Arti. 10.

DE INDVLGENTIIS

RHET.

Rom. 8.

THEO.

RHET.

THEO.

Opera iustorum patrata, ac mala perpeſſa remunerata ſunt à Deo : etiam ſupra condignum, ſecundum illud Apoſtoli. Non ſunt condignae paſſiones huius t̃p̃is ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Ideo eorum patrata opa ac perpeſſa non recōduntur in theſaurum eccleſiae.

Diximus opera bona, meritoria ſimul eſſe & ſatisfactoria. Si conſiderentur in eſſe meriti, ſic beatitudine ſuperfluente praeſmiata ſunt. In eſſe autem ſatisfactoria cōſiderata aliquibus non ſunt. Sic enim ſunt poenarū expiatiua, quarum quidam ſancti non fuerunt debitores, ſaltem in tanto. Cū igitur nihil uel parum in eis expiauerint, dignum eſt ut alijs egentibus ſeruentur. Miretur hoc nemo. Virtus enim ſatisfactoria in operibus ſanctorū, in comparabiliter inferior eſt uirtute merendi. Virtus merendi praestantior eſt uirtute ſatisfaciendi: quāto bonum aeternum in regno coelorum, melius eſt bono t̃p̃ali, hoc eſt, amotione poenae t̃p̃alis. Indulgentiae enim nō niſi bonum t̃p̃ale reſpiciunt: quas dicimus relaxationes eſſe poenarum t̃p̃alium. Lōgē etiam plus decorat felicitatem, relaxationibus poenarum non indiguiſſe, quā poenarū debitarum ueniam conſecutum eſſe. Articu. ii.

Si bona ſanctorū cōmunicanda ſint alijs peruenias, ſeu indulgentias erunt indulgentiae pigrorum ſatisfactiones, dū p̃pter eas poenitēs omittit afflictiones, quas eſſet ſubiturus in ieiunijs, orationibus, uigilijs, afflictionibus, abſtinentijs, &c.

Indulgentiae non ſunt pigrorū ſatisfactiones, ſed poenarum piorum Chriſti fidelium expiationes: ut illis expiatis facilius, & expeditius ad potiora manū mittant. Prae-

terea affectus per indulgentias ueniam, etiā plenariam: & si non obligetur ad afflictiva opera pro delictis retroactis expiandis, obligatur tamen ad ea ex praecepto affirmatiuo Christi, qui uoluit ut sui tollant crucem suam, & sequantur eum. Non minus hi, quā iusti & innocentes: quin potius eò magis, quòd amplius sit eis necessaria afflictio carnis contra reciduum: ut in uia Dei proficere contentur, et cumulum praeiorum in futura beatitudine sibi parare satagant. Præterea sine ambiguitate nō est, per indulgentias quis consecutus sit ueniā, quis nō. Non quidem propter indulgentiarum inopiam, sed propter promerentis indispositionem, dispensantis prodigalitatem, siue propter causæ insufficientiam. His enim remissio, quæ fit in indulgentiis, solet præpediri. Consultè itaque aget qui indulgentias assequi conatur, si propriam satisfactionem non omitat. Sūt enim nostra opera satisfactoria, et poenarū expiatiua, & gradus gloriæ meritoria. In ueniis aut ipsius solius poenæ est expiatio. Itaque congruè superadduntur indulgentiis etiā alia nostra opa satisfactoria, quæ, RHET. quia etiam sunt meritoria, præmio nō carebūt. Arti. 12.

Quo dicis in indulgentiis aliquid esse incertitudinis: cum afferas in eis nobis cōmuni opera Christi, & sanctorū, in esse satisfactorio? An putas Christi meritum insufficiens ad expiandas THEO. omnes debitas peccatis poenas?

Absit. Verū indulgentiæ non sunt merita Christi, neque satisfactiones sanctorum: sed poenarum relaxationes ex operibus Christi, & sanctorum. Ambigere enim possum Eccle. 5. quid illa opera in me operata sint: tum propter meam indispositionem: quia dictū est: De propitiatu peccatorum 1. Cor. 10.

DE INDVLGENTIIS

2. Cor. 10. noli esse sine metu: tum propter concedentis uenias promissas, qui habet clauis in ædificationem, non in ecclesiæ destructionem: tum propter causæ insufficientiam. Est enim prægnantior & maior causa maiorum indulgentiarum: Admittit namque aliquando ratio dari remissionem tertiæ partis, & non omnium peccatorum. Dubitare uero de ipsis indulgentiis nõ licet promerenti: Nostram uero dispositionem, cõcedentis potestatem & causam sat est, si Deo commiserimus, sperantes probabiliter nos consecutos indulgentias concessas. Articulus 13.

RHET. Satis ne erit pro assequendis indulgentiis, si statu esse gratiæ?

THEO. Per ecclesiæ quidem idoneos ministros concedi, ac distribui dicimus indulgentias: non tamen pro ministrorum libero arbitratu: cum Paulus dicat se potestatem in ædificationem, non in destructionem accepisse ecclesiæ. Et iterum ait. Cui aliquid donastis: & ego. Nam & ego quod donauimus, siquid donauimus, propter uos in persona Christi.

2. Cor. 10. non circumueniamur à Satana. Vides quod operatio ministri debet esse in persona Christi: ut scilicet ipse ratum habeat, cuius nomine præstitutum est ministeriũ, & in ædificationem ecclesiæ. Sũt enim prælati ecclesiarum ministri et dispensatores, nõ dñi huius thesauri pro sua uoluntate.

Docent itaq; doctores theologi has condiciones necessarias pro uenijs consequendis. Sit, inquit, in promerente indulgentias, fides, qua credat in genere ecclesiam indulgentias posse largiri. Sit in concedente autoritas largiendi. Sitq; causa non æquiualens (sic enim superuacue nee interueniret superioris autoritas) sed sufficiens & rationabilis ad tales uenias largiendas. Sæpe namque ratio persuadet

persuadet minores & exiles: non autem largas & exuberantes impartiri. Faciat itaq; in his uenijs praelatus ecclesie, quemadmodum administrator reipublice: cuius est distribuere de publico bene meritis non stricto commercio, ut tantum sit in pretio quantum ualeat labor susceptus pro republica: sed ut etiam aliunde ultra meritum aliquid gratie reportet: semper tamen in proportionem iustitie distributiue. Sit insuper opus pium, pro quo conceduntur hae ueniae, quod rectus arbiter censeat dignum talibus uenijs remunerandum. Non itaq; (ut calumniantur quidam) pro pecunia, sed pro opere pio conceduntur indulgentiae: utpote pro erectione uel maintenance hospitalis: pro reparatione pontium: pro ecclesie fabrica: pro tuitione limitum christianitatis, &c. Licet haec opera quandoq; sine pecunia non consistant. Sit deniq; assecutus indulgentias in statu gratiae, impleatq; quod constitutum est opus.

DE PURGATORIO TIT. XVIII.
ARTICVLVS I.

Indulgentias uestras ad purgatorium usq; pro R H E T.
tenditis, quod nos esse negamus. Communica-
to enim nobis Christi merito, suaeq; benedictis-
sima passione in sacramento poenitentiae per abso-
lutionem, dicimus omnem poenam simul cum cul-
pa dilui propter infinitam uirtutem meriti Christi.
Græci, Armeni, Nestoriani & Iacobitæ in hoc dicuntur T H E O.
errasse, inquiunt quod animæ corporibus exuta ante iudi-
cij extremi diem, neq; beatitudine fruuntur, neq; peccatorum
poenas luant. Ex quo fundamento elicerunt nullum post
mortem esse purgatorium. In quo eos imitati sunt Vualden

Q

DE PURGATORIO

ses, Rutheni, & Albanen. Lutherus autem negat purgatorium ex sacris literis probari.

- Fundamentum istud ruit, si ostenditur animas corporibus exutas, mox operum suorum recipere mercedem. De beatitudine mox data iustis exeuntibus dicitur in Apocalypsi.
- Apoc. 7** Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, populis & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis, & palmæ in manibus eorum. Et post pauca: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et rursus: Vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia, & cætera. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, &c. Et iterum Vidi subtus altare animas intersectorum propter nomen Dei, & propter testimonium quod habebant dabant uoce magna, dicentes. Usquequo domine sanctus & uerus non iudicas, & non uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singule stolæ, & dictum est illis, ut requiescerent tempus adhuc modicum donec compleantur conferui eorum. Et Paulus de Christo ait: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: patres utique ueteris testamenti, non angelos. Nati hi nunquam fuere capti. Et rursus de se ait. Mihi uiuere Christus est: & mori lucrum, quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro. Coarctor autem è duobus, desyderium habens dissolui, & esse cum Christo multò magis melius: permanere autem in carne necessarium propter uos. Non haberet Paulus desyderium dissolui.

ui, nec mori aestimaret lucrum, nisi mox speraret sibi dari eternam felicitatem. Vnde & ait: Scimus quoniam si terre 1. Cor. 5. stris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q. ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, sed eternā in cœlis. Et de Lazaro dictum est, q. delatus sit per Luc. 16. angelos in sinum Abraham: ipsiq. latroni ait Saluator. Ho- Luc. 13. die mecū eris in paradiso. Habet quoq. & ipsius Malchias papæ decretum. Regeneratio per se saluat, mox in pace beati seculi recipiendos.

Damnandos quoq. mox ad inferna descendere migrātes docet Iob, dicens. Tenent tympanum & citharam, & gau Iob. 21. dent ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos, & in pun- cto ad inferna descendunt. Et Esaias: Cithara & lyra, & Esa. 5. tympanum, & tibia & uinum in cōuiuijs uestris: & opus domini nō respicitis. Propterea dilatauit infernus animam suam: & aperuit os suum absq. ullo termino. Et descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq. eius ad eum. Et Salomon ait: Corda filiorum hominum implentur Eccle. 9. malitia, & contēptu in uita sua: & post hæc ad inferos deducuntur. De Dathan autē & Abiron scribitur, q. descen Nume. 16. derunt uiui in infernum. Et de diuite Epulone ait Saluator, Lucæ. 16. q. sepultus est in inferno. Gloriam uerò quam iam affecuti sunt beati in cœlo, pœnas gehennæ ac purgatorij contestati sunt tres contactu sacri diuini Hieronymi resuscitati, ut habet Cyrillus episcopus Hierosolymitanus in epist. ab beatū Augustinum de miraculis sancti Hieronymi.

Hoc eliso fundamento rationi tuæ satisfactorius, dico. Si in absolutione passio Christi nobis cōmunicaretur infinite, quemadmodum est infinita: profectò omnis peccato debita pœna, pariter cum culpa dilueretur. Ostendimus autem in

DE PURGATORIO

titu. 16. de satisfactione ar. 2. q. meritum, seu passio Christi nobis impartitur finitè in absolutione. Quāobrem & nostra Deus requirit satisfactionem pro tpali poena, in quam aeterna cōmutata est, quā hīc uel in futuro solui necesse est.

Apoc. 12. quoniā nihil coinquinatū introibit in regnū cōlorū. **Art. 2.**
RHET. Siquid morituri habent purgandum, dū mortem uoluntariè acceptant, aboletur. Dixisti enim opus poenale expiatiuum poenarum peccatis debitarum. Omnium autem terribilium terribilissimum est mors, quapropter omnē poenam delet.

THEO. Fatemur quidem mortem pro bono uirtutis tuendolatam, spontaneēq; perpeſſam, omnem expiare poenā in iustificato. Mors autem naturalis (etsi libenti animo acceptatur) non est omnis poenae debite expiatiua. Nam poenā magis originalis, quā actualis peccati inflicta describitur a domino, qui parenti nostro ait. In quocunq; die comederis ex ligno, morte morieris. Hoc est, moriendi necessitatem habebis. Quamobrem trāstulit Symachus, mortalis eris. Et August. lib. 1. de pecca. remis. ca. 19. ait. Quamuis annos multos postea uixerint scilicet parētes nostri: illo tamen die mori coeperunt, quo mortis legem, qua in senium ueterascerent, acceperunt.

Præterea ponamus duos naturali morte subito simul et inopinatè e uita hac migrare: unum quidem uenialibus obnoxium, poenarūue debitorē: alium autē à peccatis uenialibus & debitis poenis liberum, & exoneratum, si alter altero nō euolabit ocysus in cōelum, sed aequè citò regna cōlestia adibit uterq; Si sic, quō (quæso) cuiq; horum iuxta opera sua reddet Deus iudex iustus, eandem in eos ferens sententiam, qui disparis fuere uitæ?

Porro sit qui reluctetur morti. Quò abibit & iste? Ratio docet purgatorij locū priori, ac nouissimo debitū. Nam poenarum est debitor uterque uita migrans. Articuli. 3.

Indulgentiæ uestræ quō suffragari possunt in REHT. purgatorio poenam luentibus: cum Petro & discipulis dictum sit. Quaecunque ligaueritis super Ioan. 20
terram, non infra terram, aut in purgatorio, &c.

Dicimus indulgentias suffragari his qui sunt in purgatorio per modum suffragij. THEO.

Præterea qui in purgatorio sunt nō penitus dicuntur esse extraterram, cum terminū adhuc nō attigerint. Arti. 4.

Optarem audire quibus authoritatibus, ratio RHET. nibusue fultus, astruas purgatorium.

Aliquando homines unū errorem declinare cupientes, THEO. in alium incidunt. Origenes attendens Dei imensam misericordiam, posuit post mortem omnes poenas purgatorias, et finiendas. Ediuerso quidam nullam dicunt purgatoriā poenam post mortem, contra tam euidentissima testimonia. Ait namq; Aug. in lib. de uera & falsa poen. ca. 18. Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgandus est igne purgationis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo grauis est: excellit enim omnem poenā quam unquam passus est homo in hac uita. Articuli. 5.

Hic liber non est Augustini: Nam cap. 17. citat RHET. Augustinum hoc modo inquiring: Licet de eius salute Augustinus potuit dubitare.

Ratio ista friget: Hoc enim loquēdi genere seipsum quis THEO. allegat, quemadmodum idem Aug. in epist. quam ad secundum monachum scripsit, de se loquitur, dicens. Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei cōscientia non

DE PURGATORIO

accuset. Quæ uerba Gratianus Augustino tribuit. *cap. senti. sicut & priora uerba dist. 25. cap. qui in aliud. Beda in collectaneis suis super epist. Pauli citat ea tanquam uerba Augustini.*

Sed ut ad interrupta redeamus: Purgatorium rursus deserit Aug. 21. de ciui. Dei, cap. 13. sic inquit Temporalia poenas alij in hac uita tantum: alij post mortem, alij nunc et tunc. Verumtamen ante iudicium illud seuerissimum nonnulli patiuntur. Quod & Platonici senserunt, ut ibidem habet Augustinus.

Præterea idem. q. 2. de octo questionibus ad Dulcium sic ait. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatorum offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiunt: sed eis hæc profunt, qui cum uiuerent, ut hæc sibi postea prodesse possent meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono, ut ista non requirat. Et est rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cum de hac uita transierit, adiuuari.

Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitam releuari quispiam uel grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexerit, cum obierit apud Deum promereri.

Non igitur illa quæ pro defunctis commendatis frequentat ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, quæ dicta est

Rom. 14. Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque

2. Cor. 5. secundum ea quæ gessit per corpus, siue bonum siue malum

Quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore uiueret comparauit: ut ei possent ista prodesse. Non enim omnibus profunt. Et quare non omnibus profunt, nisi propter diffin-

uentiam uitæ, quam quisq; gessit in corpore. Cū ergo sacrificia siue altaris, siue quarūcūq; eleemosynarū, pro baptizatis omnibus defunctis offerūtur: pro ualde bonis, gratiarū actiones sunt: pro ualde malis, etsi nulla sint adiumenta mortuorum, qualescūq; uiuorū consolationes sunt. Quibus autē prosunt, ad hæc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa dānatio. Hoc ipsum deducit idem Augustinus in libro de cura pro mor. agenda, cap. 1. Et in Enchiridio, cap. 109.

Accedit huic & illud Greg. Nicæni in sermone de defunctis. Si, inquit, aliquis Christo amico cōsentiens in hac uita purgare peccata minus potuerit, post transitum hinc per purgatorij ignis cōflationem expeditur. Et illud Gregorij papæ, in principio tertij psalmi pœnitentialis, ubi dicitur. Scio futurum esse ut post huius uitæ exitum, alij flammis expientur purgatorijs, alij sententiam subeant damnationis. Sed quia illum trāsitorium ignem omni tribulatione æstimo in præsenti intolerabiliorem, non solum in furore eternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transeuntis correptionis purgari. Idem in dialogo lib. 4. ca. 55. sic habet. Si culpæ post mortem insolubiles non sunt: solet animas etiam post mortem sacra oblatio salutaris adiuuare: ita ut hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expetere uideantur. Tertullianus quoque, qui uixit tempore Polycarpi discipuli beati Ioannis apostoli, in libro de coronamilitis, sic scribit. Eucharistiæ sacramētum, & in tempore uictus, & omnibus mandatum à domino etiam antelucanis cœtibus: nec de aliorum manu, quàm præsidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus. Cypriannus uerò li. 2. epist. 9. sic habet: Epi-

DE PURGATORIO

scopi religiose censuerunt, si quis frater excedens ad tutelam
uel curam clericum nominaret: non offerri pro eo, nec sa-
crificium pro dormitione celebrari. Præterea Ioan. Chry-
sto. hom. 32. super Matthæ. sic inquit. Putas defunctum macu-
lis inquinatum abiisse: da sibi sua, ut illis se maculis detergat.
putas in iustitia ipsum decessisse: præbe ei tua ad mercedem
& retributionis adiectionem. Rursus idem homi. 84. super
Ioan. Eam, inquit, morientium curam habeamus, quæ et
nobis & illis cōferat ad gloriā Dei: largas pro his eleemo-
synas faciamus, mittamus eis pulcherrima uiatica. Diony-
sius autē beati Pauli apostoli discipulus. 7. ca. eccle. Hiero-
par. 3. sic habet. Precatur oratio illa antistitis diuinam cle-
mentiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam ad-
missa peccata defuncto, eumque in luce statuatur, & regione
uiuorum, &c. Et post pauca: At fortasse ambigis cuius rei
gratia præsul diuinam precatur clementiam, defuncto pec-
catorum ueniam postulans, & æqualem sanctis ac lucifi-
simam sortem. Si enim eorū quæ in uita gessit bonorum,
aut malorum à diuina iustitia percipiet præmia. Perficit
autem actiones suas in uita ista defunctus. Quenam huius
oratio præsulis ad aliam (præter illam quam meruit in
hæc actæ respondentem) transferet requiem? Non ignoro
quidem & ego diuinis eloquijs accedens, singulis reddenda
pro meritis sortem. Conclufit enim dominus apud se,
ut referat unusquisque ea quæ per corpus gessit siue bonum
siue malum. Quod autem & iustorum preces etiā in
uita ista, & nedum post mortem, his solum profint, qui di-
gni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio. Quid
enim Sauli profuit Samuelis oratio? Quid Hebræorum iu-
uit plebem prophetica interpellatio? Nam profectò idem

fit, ac si quis, sole suos radios sanis largiente oculis, sibi oculos eruens solaris luminis particeps fieri postulet. Sic impossibile superflua spe ille suspensus est, qui sanctorum flagitat preces, & naturæ ipsorum consentaneas sacras operationes abigit.

Definiuit quoque concilium Florentinum locum esse purgatorii, sacratissimæque concilia grauissimè animaduertunt in eos, qui defunctos debitis suffragijs priuāt. Sic enim scribitur in concilio Carthagi. 4. cap. 106. quod fuit. 314. episcoporum. Qui oblationes defunctorum, aut negant ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur: & recitatur. 13. q. 2. ca. qui oblationes. Concilium autem Varen. sic censuit, ca. 4. & habetur, ut sup. ca. qui oblationes. 2. Qui oblationes defunctorum retinent, et ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab ecclesia sunt abiiciendi. Et hi quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Ibidem ca. clerici, ait conciliū Agathen. ca. 4. Clerici uel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis uel monasterijs crediderint auferendum, uelut necatores pauperum, quousque reddāt, ab ecclesiis excludantur. Quare? Profecto quia defunctos à purgatorii poenis cum possint & debeant, non eripiunt. Art. 6.

Preces hæ pro defunctis gratiarum sunt actiones, non peccatorum, aut poenarum expiationes. R H E T.

Sunt gratiarum actiones pro ualde bonis, propitiationes uero pro non ualde malis. Nam pro uenia supplicatur delictorum commissorum, quæadmodum docent authoritates Dionysii, Chryso. Aug. & Greg. ar. præc. citatæ. Art. 7. T H E O.

Authores adduxisti asserentes post mortem fu R H E T.

DE PURGATORIO

turum purgatorium: sed sacri eloqui non est adductum testimonium.

THEO.

Et si nullas citaueris scripturas dicentes non esse purgatorium: audire libeat, ex quibus scripturarum locis doctores clarissimi eliceant poenam esse purgatoriam. Dicit namque Augu. 21. de ciuita. Dei, cap. 24. Pro defunctis quibusdam uel ipsius ecclesie, uel quorundam piorum exauditur oratio: sed pro his quorum in Christo regeneratorum, nec usque ad uitam in corpore male gesta est, ut talem misericordiam requirantur necessariam non habere. Sic etiam facta resurrectione mortuorum, non deerunt quibus post poenas quas patiuntur spiritus mortuorum, impartiat misericordia, ut ignem non mittantur eternum. Neque enim de quibusdam

Matt. 12.

raciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro: nisi essent quibus, et si non in isto, tamen mitteretur in futuro. Ex eodem fundamento ait Gregorius dialo. cap. 39. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse morte iudicium purgatorius ignis credendus est: pro eo quod ueritas dixit. Siquis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo dimittetur, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam uero

1. Cor. 3.

in futuro relaxari. Præterea ait Apostolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Siquis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam: uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, (gloria in igne) quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius

opus arserit, detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Ex hac Pauli authoritate inueniet diligens scrutator purgatorium ignem post mortem. Si reluctetur quis, audiat uel Augu. ser. 4. in cōmemoratione animarū, sic ea uerba interpretātem: Multi, inquit, sunt qui lectionem istam male intelligentes, falsa decipiuntur securitate, dum credunt q. si supra fundamentum Christum, capitalia crimina ædificent, peccata ipsa per trāsitorium ignem purgari: & ipsi postea ad uitam perpetuam peruenire. Et infra: Illo enim transitorio igne, de quo dixit Aposto. Ipse enim saluus erit, sic tamen quasi per ignem, non capitalia, sed minuta peccata purgantur. Quicquid enim à nobis de istis peccatis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est, de quo dixit Apostolus: Quia in igne reuelabitur. Et cuius opus arserit, (hoc est cremabile erit) detrimentum patietur. Et Grego. ut habet ibidem glo. ordina. Quāuis hic 4. dialog. de igne præsantis tribulationis possit intelligi: tamen si quis cap. 39. de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicitè est. Sic eundem locū interpretatus est Theodoricus episcopus Siren. dum ait: Dicit Apostolus q. saluabitur sic tanquā per conflatorium ignem purgantem, quicquid inuenit per incartelam præteritæ uitæ: ex puluere saltem pedum terreni sensus, in quo tandiu manet, quandiu quicquid corpulentia & terreni affectus inhæsit purgetur, pro quo mater ecclesia hostias, & dona pacifica deuotè offert. Artic. 8.

Hunc ignem dicimus tribulationem præsantis RHET. uitæ, qua purgantur delicta aliquādo commissā. Dan. 4. Hoc igne purgatum fuit delictum Nabuchodo= 2. Reg. 16. nosor, & adulterium Dauid.

Non inficior ignem peccata purgantem, esse tribulatio= THEO.

nem presentem. Sunt quippe quidam cum minutis peccatis decedentes, poenarumue debitores: quo nāq; purgabitur hi, nisi illo futuro purgatorio igne? quemadmodum ait Gregorius, ut in articulo præcedenti.

Quod etiam de illo igne futuro intelligatur Pauli uerbum, uel in illo cōspicias quod subditur. Vniuscuiusq; opus manifestum erit. Quod quidem in hoc seculo fit minimè. Quia nescit homo utrum amore uel odio dignus sit: sed oīa in futurum seruantur incerta. Confirmatur & per illud quod sequitur. Dies domini declarabit. Quis nam ille est futurus domini dies? Vtiq; iudicij, ut ibidē interpretatur Augustinus. Non q̄ non omnes dies sint eius, sed per excellentiam hic dicitur ad differētiam diei humani. Dies enim presentis t̄pis, dies est hominis: quia in eo agit homo qd̄ uidet. Ille autem erit dies domini, quia in eo faciet dominus quod iustum erit, reddens unicuiq; secundum opera eius. Et idē declarabit ille dies uniuscuiusq; operis qualitatem, quam dō latet. Nā in igne reuelabitur, id est, manifestabitur idē

1. Thes. 5. dies qui nūc omnes latet. Ille est dies de quo Apost. ait. Scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cuius &

Iohel. 2. meminit Iohel propheta, dicens: Magnus dies domini, &

Malac. 3. terribilis ualde. Et quis sustinebit eū? Et Malachias: Quis poterit cogitare diem aduentus domini? Et quis stabit ad uidentum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi heruba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui.

Articulus. 9.

R.H.E.T.

Manifestum est quoniam ignis de quo locutus est Apostolus, talis debet intelligi, ut ambo per eum trāseant: is scilicet qui ædificat super hoc fundamentum lignum, fœnum, stipulam. Et qui au-

rum, argentum et lapides pretiosos superedificat. Nam apostolus subiunxit. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Cum igitur opera sancta quæ auro, argento, lapidibusque cōparantur pretiosis, nullus post hanc uitam ignis sit purgaturus: consequens pfectō uideēt, nullū ex hoc textu apostoli conuinci posse ignem afflictiuū, qui peccata minuta saluandorum post mortem sit expiaturus. Confirmat hanc sententiā August. in Enchiridio, ca. 68. dicēs. Ignis de quo locutus est apostolus eo loco, talis esse debet intelligi: ut ambo per eundem transeant, id est, qui ædificat sup hoc fundamento aurum, argentum, & lapides pretiosos, Et qui superædificat lignum, fœnū, & stipulā.

Hanc apparentem difficultatē soluit celeberrimus ille doctor Alchuinus lib. 3. de Trini. c. 21. ad Carolum Magnum, sic inquit. Non est dubitandū hoc ipsum apostolū dixisse de igne purgatorio: quē ignē aliter impij, aliter sancti sentient. Impij siquidē de illius ignis cruciatu, ad perpetuas ignium flāmas detrudentur. Sancti uerō qui sine omni peccatorum macula in corporibus suis resurgēt, qui supra fundamentum (quod Christus est) aurum, argentum et lapides pretiosos ædificauerūt: tanta facilitate illū peruolāt ignem, quanta integritate fidei & dilectionis Christi in hac uita custodierunt præcepta. Eritq; illis ignis ille diei iudicij, sicut tribus pueris caminus babilōnicæ fornacis fuerat. Qui absque omni flammæ læsione, in domini laudes omnium pulchritudinem creaturarum conuocabant. Sunt itaque quidam iusti minutis quibusdam peccatis obnoxij, qui ædificauerunt supra fundamentum (quod Christus est) fœnum, li-

THEO.

DE PURGATORIO

gnum, stipulam, quæ illius ignis ardore purgatur: à quibus mundati æternæ felicitatis digni efficiuntur gloria, illos transitorio igne, & toto extremi iudicii die completo dii-
dentur duæ cōgregationes, sanctorum & impiorum. Una Christi: altera diaboli: una bonorum: altera malorum. Vtraque angelorum & hominum. Manifestum est ex his eundem esse purgatorii ignem, quæ & sancti immaculati sine dolore, & iusti peccatis minutis obnoxij non sine afflictione pertransibunt. Estq; uerè post mortem nos manens ignis purgatorius, minorum peccatorum expiatorius. Et ad auctoritatem August. in Enchir. cap. 98. in quæstione citata. Verum esse utrumque ædificantium debere hunc ignem transire dicimus: seu (ut Paulus habet) utriusq; opus quale sit hunc ignem probaturum: non quidem utriusque opus urendo, sed opus superædificantium scænum, ligna aut stipulam urendo: atque hoc ipso, opus ipsum probando: quod habeat aliquid purgandum. Opus uerò superædificantium lapides pretiosos, aurum, argentumue, illasum permittendo: quo ostenditur nihil habere purgandum. Art. 10.

R H E T.

Sanctos nihil quod mundari debeat ex hoc mundo secum deferentes, sine temporis intermedij interuallo cœlestem aulam non ingressuros, sed mediante igne atque tali igne, quem ipsi sentient, euolare in cœlum, piarum aurium, uidetur offensiuum.

T H E O.

Ne pijs auribus simus offendiculo, notabimus q. Moyses ob diuini iudicii rigorem ad populū dixerit: Dominus Deus tuus ignis consumens est. Et Apost. ait. Etenim Deus noster ignis consumens est, (peccata intellige.) In quem malach. 3. dū scripsit et Malachias. Ipse quasi ignis conflans et emundans.

dans argentum, et purgabit filios Leui. Est igitur iudicium
 Dei ignis ille principalis, per quem omnia opera, etiam bo-
 na transire debent: iudicans quæ opera transire oportebit
 ignem illū corporeum afflictium, quæ non. Optima igitur
 quæque opera prior ille ignis diuini iudicij & probabit,
 & approbabit, secundū illud Apostoli. Vnius cuiusque
 opus quale sit, ignis probabit. De alio uerò igne, & illud 1. Cor. 3.
 accipitur Apostoli. Si cuius opus manserit, uidelicet apud
 diuinum iudicium, ad ignem purgatorium nō remittendū,
 mercedem accipiet paratam: nempe & absque ulla mora.
 Alia uerò opera probat quidem: uerū nō approbat ignis
 ille diuini iudicij, quam ob causam et ea adiudicat igni alij:
 ac longè diuerso, qui prioris ignis est instrumentum. De
 quo subditur. Si cuius uerò opus arserit, detrimentum patie-
 tur, quod sanè de dilatione mercedis, et ignis afflictione mo-
 lestiaq; intelligitur. Quapropter subinfert Apostolus. Ipse
 autē Saluus erit, sic tñ quasi per ignem, scilicet purgatorij.
 Vnde Ambr. & Anselmus ibidem. Saluus quidem erit:
 sed tamen poenā ignis patietur: ut per ignem purgatus, fiat
 saluus, & non sicut perdit, æterno igne imperpetuum tor-
 queatur. Huius purgatorij ignis poenalitatem ibidem dedu-
 cit Anselmus. Et de purgatorio futuro igne eadē uerba ex-
 ponit Grego. 4. dialo. ca. 39. In eūdem sensum accipit præ-
 fata uerba & Orige. hom. 25. super numeros. Tempus, in-
 quit, belli nobis est in hoc mūdo, spectat nos angelorū cho-
 rus, qñ uel qūo de prælio hoc reuertamur, sollicitius perscru-
 tantur quis nostrū auri hinc amplius ferat, quis argenti pon-
 dus, quis lapides pretiosos, Requiritur etiam si quis æs defe-
 rat, aut ferrum aut plūbum. Requiritur ergo diligenter cū
 abierimus illuc, quid unusquisq; nostrum deferat: & secun-

DE PURGATORIO

dum ea quæ detulerit, etiam mansionis ei meritum præparatur. Probatur enim hæc omnia quæ per ignem, per ignem quæ per aquam, per aquam. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et paulò post. Vides, inquit: quò purificatione indiget omnis qui exierit de prælio uitæ huius. Rursus idem hom. 6. super exodum. Qui saluus sit per ignem, saluus sit ut siquid fortè de specie plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resoluat: ut efficiantur omnes aurum bonum. Siquis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igne resoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et siquis plus plumbi detulerit, plus exurit, ut amplius decoquatur, & si purum aliquid sit auri purgatum, tandem resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus uenerit, fiet de illo, hoc quod scriptum est. Demergetur in profundum, tanquam plumbum in aqua ualidissima.

Præterea ex alio scripturæ loco, August. in lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. eandem sententiam elicit: In libris patrum, Machabeorum legimus oblatum sacrificium pro mortuis. Sed etsi nusquam in scripturis ueteribus omnino legitur, non parua hac consuetudine claret authoritas, ubi in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Dicitur, namque ibidem. Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Articulus 11.

R H E T. Liber Machabeorum apocryphus est: ideo ad astruenda quæ in contentionem ueniunt, inutilis. Dicit enim Hieronymus in prologo Galeato ante libros Regum. Quicquid extra hos xxij. libros est, inter apocrypha esse ponendum: inter quos uiginti duo

duos libros, liber Machabæorū nō enumeratur.

Miretur nemo si aliquando libri Machabæorum in ec- THEO.
clesia non fuerint recepti. Fuerunt etiam aliquando epist. Ia-
cobi & Pau. ad Hebr. Apoca. pariter Ioannis non receptæ
in ecclesia: sicuti hactenus non est acceptata epist. Pauli ad
Laodicenses: cuius tñ ipse idē Apost. meminit ad Colos. Re-
cepit aut libros utrosq; Machabæorū conciliū Carthagi. 3.
ca. 47. Quāobrem Iudaizare, & ab ecclesiæ unione rece-
dere se declarat, qui Machabæorū libris fidē non adhibet.
Dicit præterea idem Hier. in. 2. plogo eiusdē libri. Macha-
bæorū libri, licet non habeātur in canone Hebræorum: Tñ
ab ecclesia inter diuinorū uoluminū annotantur historias.
Vnde dñica prima Octobris usq; in calēdas Nouēbris Ma-
chabæorū historiæ in ecclesia leguntur. dist. 15. ca. sãcta Ro-
mana. Et Aug. 18. de ciuitate Dei, cap. 36. dicit libros Ma-
chabæorū nō Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet. Ipsos
etiam Machabæorum libros Iosephum scripsisse attestatur
Hierony. in dialogo cōtra Pelagij hærēsim lib. 2. epist. 16.
Ob hæc nihil authoritatis est eis detrahendum. Dicit enim
Hierony. 2. par. epist. 10. exponens terram promissionis se-
cundum Anagogem. De epist. Pau. ad Hebr. de qua aliquan-
do aliquid fuit ambiguitatis cuiusnam esset: Illud nostris di-
cendum est, hanc epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, nō
solum ab ecclesijs orientis, sed ab omnibus retro ecclesiæ
Græci sermonis scriptoribus quasi Pauli suscipi licet. Plæ-
riq; eam uel Clementis, uel Barnabæ arbitrantur. Et nihil
interesse cuius sit cū ecclesiastici uiri sit, & quotidie ec-
clesiarum lectione celebretur. Siquis iudaizans eos recipe-
re recusat, pari ratione, & nouum testamentū reijciet: quia
non est de canone Hebræorum, nec Iudæi recipiunt.

R

DE PURGATORIO

Matth. 2. Confirmat uerò nostram priorem sententiam & illud Salmatoris. De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii. Quis ille dies est iudicii? Vult qui post mortem uenturus est, dicente Apostolo. Statutum est hominibus semel mori. Et post hoc, iudiciū. In illo itaque die post mortem dabunt homines rationem, potissime delictis pro quibus reprehensibiles fuerant, atque culpabiles, quibus & poena debetur expianda, non nisi in purgatorii loco.

Hebræ. 9

Corroborat & nostra uetus ecclesie consuetudo, ab apostolorum temporibus hactenus continuata (quæ non minime est auctoritatis, ut habitum est hoc titu. art. 10. in fi. et tit. 17. cap. 1.) quæ orat pro refrigerio animarum defunctorum. Et Ambr. lib. 2. episto. ad Faustinum contristatum propter obitum Germanæ, hortatur pro ea fieri supplices preces dicens. Eam non tam deplorandam, quam orationibus prosequendam reor. Non tam moestificandam lachrymis tuis: sed magis oblationibus animam eius domino commendandam attritor. Hinc & pro fratre suo orat, ut habet in libro de consuetu. su. fratris cap. ulti. Et in oratione de obitu Theodosii Imperatoris sic pro eo orat: Tu domine da seruo tuo Theodosio requiem, quam præparasti seruis tuis. Illo conuertatur anima eius, unde descenderat. Dilexi eum: & idcirco prosequor eum usque ad regionem uiuorum. Nec deseram donec sletu precibusque inducam uirum, quod illum sua merita uocant in montem domini sanctum. Orauit & Theodosius secundus ad locum Ioannis Chrysostomi supplicans pro Archadio & Eudochia suis parentibus: ut ignorantibus delinquentibus uenia daretur, ut habet historia tripartita, lib. 10. cap. 20.

Et Augustinus pro matre sua Monica preces postulauit, ut habet in libro confessio, cap. ulti. Ibi etiam dicitur. Illi

inquit (scilicet mater mea) imminente die resolutionis suae, non cogitauit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut sepulchrum curauit patrium. Non ista mādauit nobis: sed tantūmodo memoriā sui ad altare tuū fieri desyderauit. Vnde sciret dispensari uictimam sanctā, qua deletum est chirographum, quod erat contrarium nobis: quia triumphatus est hostis computās delicta nostra, & quærens quod obijciat, & nihil inueniens in illo in quo uincimus. Rursus idem sermo. 44. ad fratres in eremo, sic ait: Defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendentes & quid Iudas Machabæus fecerit. Dixit enim quod sācta pro defunctis esset cogitatio orare: ut à peccatis soluātur, &c. Ora ergo pro defunctis, ut dum fuerint in æterna uita, pro te orare non negligent. Expectant enī nos, ut iuuentur per nos. Tempus enim operandi iam profugit ab eis. Idem habet & ipse Aug. ser. 32. de uerbis Apostoli. Audi uetustiorē Aug. Chrysost. ipsum hom. 69. ad populum Antiochenum. Non temerē, inquit, ab Apostolis hæc sancita fuerūt, ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur cōmemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cū enim totus constiterit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium, quō Deum non exorabimus pro his deprecantes? Idem sentit & Diony. cap. 7. eccle. Hierar. Pauli discipulus, sic inquit. Venerandus antistes precem sacram super mortuum peragit. Precaturq; oratio illa diuinā clementiam, ut defuncto Deus cuncta dimittat peccata per infirmitatem humanam admissa: eumq; in luce statuatur in regione uiuorum, in sinibus Abraham, Isaac & Iacob, in loco

DE PURGATORIO

unde aufugit dolor, & tristitia, & gemitus. Et paulò post.
Quenam, inquit, de hmoi prece, quã sup defuncto peragat
præful, ex diuinis ducibus nostris traditio peruenit ad nos,
operæpretium est ut dicamus. Venerandus antistes (ut scri-
ptura ait) interpres est diuinorum iudiciorũ: angelus enim
domini omnipotentis est. Didicit igitur de scripturis diui-
nitus traditis, ut his qui piẽ uixerũt lucidissima diuinã
ta pro merito, ab æquissimis lancibus reddatur, non reco-
dante diuina bonitate per summã clementiam maculas, quæ
illis humana infirmitate adhæserunt.

Habes itaq; probatum purgatoriũ ex sacræ scripturæ,
et antiquissimorum, sanctissimorũ pariter et doctissimorum
patrum testimonijs. Quodq; memoria defunctorum sit
dum in gratiarum actionem, sed & in animarum refrige-
rium. Qui orandi modus & ab ipsis Apostolis dimandus
declaratus est.

Articulus. ii.

RHET.

Multis citatis patrum testimonijs, nifus espro-
bare animas releuati à pœnis purgatoriĩ, per uiro-
rum suffragia. Producam & ego patrum dicta ex
diametro repugnãtia. Ait nanq; Hieronymus su-
per ecclesiasten, cap. ii. super illo. Si ceciderit lignũ
ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco
cecidit, ibi erit. Si tu quasi lignũ, quãuis longæ-
uius sis: non eris imperpetuum, sed subito ut uen-
torum, ita mortis tempestate subuersus, ubicunq;
cecidetis, ibi iugiter manebis: siue te rigidũ & tro-
cem, siue clementem & misericordem, ultimum
inuenerit tempus,

THEO.

Non aliud sibi uult uel autoritas in Ecclesiaste, uel Hi-
eronymus ipse, nisi q; mortuus in quo statu decesserit, ibi

nebit, in charitate uidelicet, uel extra charitatem. Vt si sine charitate obierit quis, quod est esse rigidum & truem, nō possit fieri misericors et clemens in charitate, aut ediuersō. Nam post mortē charitatē perdere, uel de nouo sibi acquirere ualet nemo. Cum hoc tamen inmutabili statu stat, ut qui hoc meruerunt in charitate existentes, possint hinc decedentes uiuorum suffragijs, à poenis debitis releuari, ut probat August. q. 2. de octo quæstionibus ad Dulcitium. Et habes supra articulo quinto. Nō enim illa poenarum releuatio statum mutat, sed in eo sunt statu, in quo possint à debitis poenis releuari.

Articulus 13.

Augustinus cōtra Pelagiū in Hypognostico, RHET. libro quinto dicit. Primum locum fides catholicorum diuina authoritate regnum credit esse cœlorum. Vnde nō baptizatus excipitur. Secundum gehennam, ubi omnis apostata uel à fide Christi alienus, æterna supplicia experitur. Tertium penitus ignoramus, imò nec eē in scripturis sanctis inuenimus. Finge Pelagiane locū ex officina dogmatis tui, ubi alieni à Christi grā uitā requiei & glorię paruuli possidere possint. Si tertius à regno cœlorū, & gehēna nō est locus: ubi erit purgatoriū?

Non congruebat Augustini uerba extra suum propositum detorquere. Disputat nanq; ibi contra Pelagium asserentem non baptizatorum animas æterna requie cum Deo perfrui. Quem sic impetit. Duo, inquit, duntaxat in scripturis inuenio animarum perpetua receptacula: Cœlum, ubi beati æterna fruuntur felicitate: & gehennam, ubi perpetuum mali poenas luent. Tertium perpetuæ requiei, & beatificæ cum Deo, non inuenio pro animabus non baptiz

THEO.

DE PURGATORIO

zatorū. Nihil ergo de purgatorio loquitur. Non enī ipsa
animas detinet imperpetuum, sed ad tempus purgat, ut pu-
rificatae ad felicitatem euolant. Articulus. 14.

RHET.

Ait idem Augustinus de uanitate seculi, cap. 1.
circa finem, cum multa praemisisset de non timen-
da morte. Cauete, inquit, ne in exitu uestro tristi-
tiam faciatis angelis & gaudium inimicis. Scitote
uero quia cum anima à corpore auellitur, statim
aut in paradiso pro meritis bonis collocatur, aut
certe pro peccatis in inferni tartara praecipitatur.
Eligite modo quod uultis, & hoc iam in uita ui-
stra disponite, aut perpetualiter gaudere cum sanctis,
aut sine fine cruciari cum impijs. Si statim ani-
mae corporibus exutae, uel euolant ad paradysum,
uel praecipitantur ad tartara: consequens est non esse
purgatoriū, ubi morentur animae purgandae.

THEO.

Absit ut hoc uerbū Augustini obiter prolatum suis fre-
quentissimis assertionibus, in diuersis libris conscriptis, pra-
iudicare ualeat: ubi data opera de purgatorio post mortem
futuro disputat, ut habitum est. Itaque quāuis animae aliquan-
diu detineantur purgandae in purgatorio: adhuc tamen di-
cuntur statim in paradysum collocari. Quid enim illud bre-
ue tempus cōparatum aeternitati beatitudinis, nisi momen-
tum? Sicque statim beatitudini reddi dicuntur animae, licet mo-
ratae fuerint in purgatorio purgandae, quēadmodum de aliis
quo modicum occupato dicimus. Statim uenturus est. Hoc
est post paruam moram. Neque hoc alienum est à scriptura.

Malach. 3. ra. Ait enim Malachias de multorum annorum curriculis.
Statim ueniet ad templum suum dominator, quē uos quaeritis.
Et de aliquot dierum intervallo dicitur, quod Bersabee sta-

tim sanctificata est ab immunditia sua. Quia itaq; quasi pro 2. Reg. 11.
 nihilo aestimadum est illud purgationis tempus, cōparando
 ipsum æternitati: bene ait Augustinus statim. Artic. 15.

Gregorius. 13. Moraliū cap. 20. sic ait. Quia au- R H E T.
 thoris nostri gratia redempti sumus, hoc iam cœ-
 lestis muneris habemus: ut cūm à carnis nostræ
 in habitatione subtrahimur, mox ad cœlestia præ-
 mia ducamur: quia dum conditor & redemptor
 noster claustra inferni penetrans, electorum exin-
 de animas eduxit, nos illò ire non patitur: unde
 iam alios descendendo liberauit.

Noluit his uerbis Gregorius negare purgatoriū, quod THE O.
 in. 4. dialo. & alibi per scripturas & historias, tam diligen-
 ter confirmauit. Voluit aut hoc insinuare, q; non excludi-
 mur nunc à regno cœlorum emigrantes: sicut patres uete-
 ris testamenti, ante Christi passionem excluderentur. Quia
 illi quantūlibet purgati, adhuc tamen excluderentur. id au-
 tem modò non fit. Quòd autem hæc eius fuerit intentio, pa-
 tet per sequentia. Subdit enim. Hi qui ante eius aduentū in
 hunc mundum uenerunt, quantūlibet iustitiæ uirtutem ha-
 berēt ex corporibus edicti, in sinum cœlestis patriæ statim
 recipi nullo modo poterant, quia nec dum ille uenerat qui
 inferni claustra sua descensione solueret, & iustorū animas
 in perpetua sede collocaret. Articulus. 16.

Adhuc unum obijciā argumētum. Dicit nāq; R H E T.
 Theophy. super illo Matth. 8. Occurrerūt ei duo
 habentes dæmoniū. Dæmones quoddā dogma
 instituere uolebant, quod animæ defunctorū fiant
 dæmones. qđ nemo credere debet. Anima enim
 egressa in mundo non errat: iustorū enim animæ

DE PURGATORIO

in manu Dei sunt. peccatorum uerò & ipsæ hinc abducuntur, ut anima diuitis: ergo animæ beatificandæ, mox ad cœlos euolant migrantes.

THEO.

Aliquid concluderet argumentum tuum, si diceremus animas egressas corporibus in mundo oberrare, ut purgarentur. Nec authoritas per te citata, aliquid tuo proposito concludit. Nam ubicunque sunt animæ, in manu Dei sunt. Dicit enim Psalmographus David. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascēdero in cœlum, tu illic es: si descendero ed infernum, ades: Si assumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me. Est namq; Deus in cœlo, per suam ineffabilem gloriam: est in inferno, per rigidissimam iustitiam: in purgatorio per mitem iram, purgans animas ad felicitatem perennem perfruendam. Est & in mūdo per expectantem misericordiam, & gubernantem prouidentiam. Sunt itaque in purgatorio constituti etiam in manu Dei. Non enim est extra gratiam patris filius, quem corripit. Quis **Hebræ. 12.** nanque filius quem non corripit pater, ait Apostolus: Extra disciplinam sunt adulteri, & non filij. Sunt quoque iustorum animæ in manu Dei protegentis, prouidentis, & gubernantis. Damnatorum uerò animæ sunt in manu Dei ulciscientis, & pœnas peccatis debitas sine misericordia liberante, infligentis. Quomodo autem mortui uiuorum orationibus, & beneficijs iuuentur, docet Damascen. prolixiori sermone. Legat cui libet.

*

DE SEPULTVRIS EXEQVHS,

ANNIVERSARIIS, &c. TIT. XIX.

ARTICVLVS PRIMVS.

Estro defuncti pietate & oratione uiuentium R H E T.
 queat releuari: Quid eis opitulat̃ pōposus
 funeris apparatus? Quid afferūt suffragiū de-
 functis exequiæ, sepulture, anniuersaria in annos
 plurimos continuata, & similia? Hæc cupiditas sa-
 cerdotum magis, quàm sacra scriptura inuexit.

Odiū cleri à te diuelli optarem, quo censes quicquid THEO.
 in deicultum, quicquid in ministrorum Christi, aut altaris
 sustentationem cesserit, ex sacerdotum auaritia dimanasse.

Oblitus es dominum mandasse: Non alligabis os boui tri- Deute. 25.
 turanti in area. Hoc allegans Apostolus, ait auaris Corin-
 thijs. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos uti-

1. Cor. 9.
 que hæc dicit? Nam propter nos hæc scripta sunt: Quo-
 niā debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fru-
 ctus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminamus: ma-
 gnum est si nos carnalia uestra metamus? quasi dicat, non.
 Et post pauca. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur,
 quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum
 altario participant? Ita & dominus ordinauit his qui euan-
 gelium annunciant, de euangelio uiuere. Et præmisit: Quis
 militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineā, & de
 fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gre-
 gis nō manducat? Debetur itaque cuilibet pro suo ministe-
 rio sustentatio. Quamobrē ait & dominus ad Aaron. Om Nume. 18.
 nia quæ sanctificantur à filijs Israel, tibi tradidi, & filijs
 tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

DE SEPVL. EXEQ. ANNIVER.

Vtinam sic uanam secularium pompam, opipara, & luxuriosa conuiuia, argentea immensa pocula, in cultu corporis luxuriam, domorum structuras, & ornatum exuberantem, aliasque uanas uoluptates carperes: sicut tenuem aliquando obuientem uictum taxas, & criminaris. Dilapidatione patrimonij crucifixi in facinorosis delicijs quorundam clericorum, fastuosam pompam, acervatasque ex uarijs beneficijs diuitias non approbo: sed ministrorum ecclesie congruentum sustentationem tueri cupio. Arti. 2.

RHET. Quid suffragij obuenit defunctis ex his que fiunt circa funera?

THEO. Corpori humano quidquid impenditur, non salutis presidium: sed humanitatis est officium secundum affectum, quod nemo carnem suam unquam odio habuit, ut ait Augu. in lib. de cura pro mortuis agenda, capit. 18. Et capit. 2. sic inquit. Ista omnia, id est curatio funeris, conditio sepulture, pompa exequiarum, magis uiuorum solatia sunt, quam subiecti mortuorum: Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa: oberit pio uilis, aut nulla? Præclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum. Sed multo clariores in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministerium præbit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum: sed in Abrahæ sinum reuulerunt. Nec ideo tamen contemnenda, aut abijcienda sunt corpora defunctorum, (ut ait capi. tertio) maximeque iustorum & fidelium: quibus tanquam organis & uasis ad omnia bona opera sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis & anulus, ac siquid huiusmodi tantò charius est potestis, quantò erga parentes maior extitit affectus: Nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multa

to familiarius atque coniunctius quam quælibet indumenta gestamus. Vnde & antiquorum gestorū funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa. Ipsique cum uiuerent hæc de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandauerunt. Et Thobias sepeliendo mortuos deū promeruisse (tes. e. ægelo) commemoratur. Ipse quoque dominus die tertia resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumq; commēdat quod unguētum pretiosum super mēbra eius effuderit: atque hoc ad sepeliendū eū, fecerit. Arti. 3.

Curasse sollicitè funera nouimus patres ueteres: Sed quid ea cura subsidij afferat animabus, quarimus. R H E T.

Afferunt Aeriani nullo pietatis officio mortales opitulari posse animabus defunctorū. Quos imitati sūt Vualdenses, à quibus non dissentiant Albigenes asserentes animas corporibus exutas, in aliud corpus, secundum priora merita, transmigrare. Horum sententia si uera esset, frustra Iudas Machabæus duodecim milia dargmas argenti misisset Hierosolimam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum. Sed 2. Mac. 12. quia iuste & religiose de resurrectione cogitasse commemoratur: ibi concluditur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Hoc etiā eos redarguit, quod Beatus Augustinus funus matris suæ Monicæ, tot adhibitis precibus & sacrificijs peregerit, ut est uidere in libro confess. eius nono. Beatus quoque pater Hieronymus, Episcopi & sacerdotes, monachique innumerabiles in funere diuæ Paulæ tot officia, totque preces præstiterunt, quæ refert ipse Hieronymus in eius epitaphio, narrans quomodo funus illatum sit in sepulchrum ma-

T H E O.

2. Mac. 12.

DE SEPVL. EXEQ. ANNIVER.

nibus episcoporum & sacerdotum, cum lampadibus, & cereolis accensis, precibus interpositis, & hymnorum plerumque modijs. Sed quid hos refero? Beatus Ioannes euangelista apud Ephesum decessurus, ad ecclesiam se transferri uoluit, & in ea recondi. Præterea antiquissimus pater Dionysius in libro eccle. hierar. cap. 7. par. 1. de huiusmodi officijs præstandis ait. Qui inquinamētis, impurisq; maculis pleni sunt, cum ad uitæ huius peruenerint metas, inuiti miserabiliter excedunt seculo: nulla subnixi spe propter deterriam uitam. Is uerò qui ad finem certaminum suorum properat, sancta letitia impletur, magnaque cum iocunditate sanctæ regenerationis iter scandit. Defuncti uerò propinqua sancta propinquitate morumq; similitudine, ipsum qui talis est prædicat: q; ad optatum peruenerit uictoriæ finem, aut uictoriq; uictoriæ laudes cū gratiarū actione persoluunt, seipsos quoq; orantes ad similem requiem admitti. Sumētes autem ipsum, ad pontificē ducunt, quasi coronis donandū sancto. Hunc ille libenter suscipit eaque peragit, quæ diuino iussu tuto super sanctē quiescentibus fiunt. Coacto sancto cunctis uenerandus antistes, siquidem sacerdotalis ordinis fuerat, qui obdormiuit, ante sanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat, & gratiarum actionem. Si autem aut honestissimis monachis, aut sanctæ plebi insertus erat, ad uenerandum sacrarium, ipsum ante sacerdotū inclinatus ingressum. Deinde precem cum gratiarū actione peragit præsul. Deinceps uerò ministri inserta eloquijs diuinis uersima de nostra resurrectione promissa recitantes consentanea, tantūdemq; ualentia canunt psalmorum cantica. Deinde de ministrorum primus dimittit catechumenos, sanctosq; iam defunctos concelebrat, cum quibus & nuper uita sum

etum pari laudatione psequitur. Hortaturq; omnes, ut si-
biipsis identidē postulent beatā in Christo cōsummationē.
Postea accedens uenerabilis præsul, precem super eo sacra-
tissimā peragit, & post orationem, ipse quoq; pontifex de-
functū salutat. Et Post illū, qui astāt omnes. Vbi uerò cun-
cti consultauerūt, super defuncto fundit oleū pōtifex, &
oratione pro omnibus facta, honesto in loco ponit corpus
cū equalibus alijs corporibus sanctis. Quid uerò hæc desi-
gnent, legat sequentia nosse cupiens. *Articulus 4.*

Non dico recentē exequiarum cultū: sed sub- R H E T.
leuamen prestare ipsum defunctis nego, solumq;
eum gratiarū esse actionē assero: potissimē cum
dicat Hieronymus, ut recitatur. 13. q. 2. cap. In præ-
senti. In præsentī seculo scimus, siue oñonibus: siue
consilijs inuicem posse nos adiuuari: cum autem
ante tribunal Christi uenerimus, nec Iob, nec Da-
niel, nec Noe rogare posse p quoquam: sed unū-
quemque portare onus suum.

THE O.
Si attendere libet quas citauī authoritates tit. 18. ar. 56.
& titu. præsentī: ar. præcedenti: comperies prodesse cultū
exequiarū defunctis. Sunt. n. ibi gratiarū actiones pro ual-
de bonis. Sunt ibi & peccatorum expiationes per sacrifi-
cia, orationes, & eleemosynas, pro non ualde malis. Sunt
& in spem resurrectionis adhortatoriæ eruditiones, ad quæ
tria ualent exequiæ. Hæc docet August. de octo quæstioni-
bus ad Dulcitium quæst. 2. Athanasius quoque in libro quæ-
stionum ad Anthiocum principē quæstione. 34. quærit de
purgandis animabus, num sentiant aliqua beneficia animæ
cum super illis fiunt conuentus, & per actiones bonorum
operum & oblationum? Cui quæstioni respondens, ait.

DE SEPVL. EXEQ. ANNIVER.

Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utique in cura & exequijs fieret earum commemoratio. Nam sicut florescit uitis extra in agro, & odorē eius sentit in uase uinum reclusum. sicq; florescit etiā ipsum. Ita itelligimus animas peccatorum participare aliqua beneficia ab imolatione, & gratiarum actione pro ipsis facta, sicut solus ornat & præcipit, qui uiuorum & mortuorum potestatem gerit Deus noster. De his animarū suffragijs uidere libenter quid senserint Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Dionysius, ac alij: quidque de eis censuerint generalia ecclesie concilia supra tit. 18. ar. 5. 11.

Authoritati uerò Hieronymi respondet ipse Gratianus ibidem, dicens: Quia de impœnitentibus hoc uerbum accipiendum est. Præterea nō ualent orationes uiuorum, ut situm suū mutet defunctus. Ait enim Salomon: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem: in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Valent autem pro pœnarum expiatione impetranda, ut habitum est. Articulus 5.

RHET. Quid prodest mortuo hic uel alibi sepeliri?
THEO. Respondet tibi Aug. in lib. de cura pro mortuo. agenda cap. 4. Si nōnulla, inquit, est religio, ut sepeliantur corpora mortuorum, non potest nulla esse, quando ubi sepeliantur, attenditur. Quod uerò quisque apud memoriam martyris sepelitur: hoc tantum mihi prodesse uidetur defuncto, ut dum uiui recolunt ubi sint posita eorum, quos diligunt corpora, eisdē sanctis illos tanquā patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando commendent. Huic consonat & illud Grego. 4. dialo. cap. 50. Cū graua, inquit, peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliantur: q; eorum proximi quoties ad eadem sacra loca

conueniunt, suorum, quorum sepulchra conspiciunt, recordantur, & pro eis domino preces fundunt. Propter quod & Græci Mnimon uocant, quod nos memoriam siue monumentum appellamus, eò q̄ moneat mentem, id est, admonet, Si autem deessent istæ supplicationes patronorū: si sanctorum, & locum illum incolentium piorumq; dilectorum cōfluentiū: puto q̄, nihil prodesset spiritibus eorū, quibuslibet in locis sanctis exanimā corpora ponerentur. Art. 6.

Complectere sub epologo quæ profint, uel nō RHE T.
profint defunctis.

Petitioni tuæ satisfacet Gregorius papa, et habes cap. THEO.
anima. 13. q. 2. Animæ, inquit, defunctorum quatuor modis soluntur, aut oblationibus sacerdotū, aut precibus sanctorum, aut charorū eleemosynis, aut ieiunio cognatorū. Cūr ratio uerò funeris, cōditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt uiuorum solatia, quā subsidia mortuorū. Huic consentit & illud Augu. in lib. de cura pro mor. agen. c. 18. Non æstimemus, inquit, ad mortuos pro quibus curam gerimus peruenire, nisi q̄ pro eis siue altaris, siue orationū, siue eleemosynarum sacrificijs, solēniter supplicamus, quāuis non pro quibus fiunt, omnibus profint: sed his tantum, quibus dum uiuunt, comparatur ut profint. Sed quia nō discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere: ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis quibus nec obsunt, nec profunt, quā eis deerunt quibus profunt. Diligentius tamen facit hæc quisq; pro necessarijs suis, q̄ pro illo fiat similiter à suis. Corpori autem humano quicquid impenditur, non est præsidium salutis: sed humanitatis officium, secundū effectum quo nemo unquam

DE SEPVL. EXE Q. ANNI. &c.

carnem suam odio habet. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt: quanto magis debent facere qui credunt, ut corpori mortuo, sed tamen resurrekturo, et in eternitate mäsuro, impensum huiusmodi officiũ sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimoniũ: quod uerò quisq; apud memoriam martyrum sepelitur: hoc tantum mihi uidetur prodesse defuncto, ut cõmẽdans eũ etiam martyri patrònio, affectus pro illo supplicationis augeatur. Art. 7.

RHET. Veli hoc mecum senties, quod anniuersaria tricenaria, &c. cupiditas adinuenerit sacerdotum.

THEO. Nõ hæc sacerdotũ cupiditas, sed piorum deuotio inuexit. Ait nãque uetustissimus ille pater Tertullianus in libro de corona militis. Oblationes pro defunctis, pro natali, annua die facimus. Et in lib. de Monogamia, mulierem quæ ad secundas nuptias puenerat cõmendans, ait. Pro aĩa eius (scilicet prioris mariti) orat, et refrigeriũ iterim postulat, & in prima resurrectione consortiũ, & offert annuis diebus dormitionis eius. Nã hæc nisi fecerit, uerè reprobamur, quantum in ipsa est. Præterea Ambrosius in oratione de obitu Theodosii Imperatoris, Nunc, inquit, quadragesimam celebramus assistẽte sacris altaribus Honorio principi. Quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadragesima diebus humanitatis officia detulit: ita & hic Theodosio patri nostro iusta persoluit. Alij tertium diem, & tricesimum: alij septimum & quadragesimum obseruare consueuerunt. De his loquitur etiã concilium Maticens. ut habetur de consecratione. distin. 5. capit. Nullus presbyterorum quando ad anniuersarium diem, trigesimum, uel septimum, uel tertium alius cuius defuncti, aut quacunque uocatione ad collectam presbyteri uenerint, se inebriare nullatenus præsumant, &c.

De eucharistia

137
DE EVCHARISTIA SIVE SA-
CRAMENTO ALTARIS TIT. XX.
ARTICVLVS PRIMVS.

DE coena domini docent Germani, articulo RHE T.
suo decimo, quòd corpus & sanguis Chri-
sti uerè adsint, & distribuant in coena dñi.

In Eucharistia non uerè esse Christi corpus, sed solum THE O.
figuram, ait Berengarius: Quæ opinio dānata fuit ut hære-
tica in cōcilijs Vercellēsi, & Turonēsi. Et palinodiā cecia-
nit ipse Berengarius Romæ in cōcilio. 113. episcoporū, quæ-
admodū recitatur de cōse. di. 2. ca. Ego Berengarius. Hunc
errore post multorū temporū curricula resuscitauit Alma-
ricus, dicens. Nō aliter esse corpus Christi in Eucharistia,
quā in alio quouis pane: ut recitat Bernar. de Lutzēbur-
go in catalogo hæreticorū. Armeni quoq, sub speciebus pa-
nis & uini negāt realiter esse corpus & sanguinē Christi.
Hanc eorum æstimo rationē, quia dicūt, quòd post unionē
natura humana à Christo assumpta, conuersa sit in naturā
diuinā: ut refert Guido de hæresibus. Ioā. quoq, Vuicleff. *Vicleff.*
ait, quòd Christus non est in Eucharistiæ sacramēto idēticē
& realiter, in propria præsētia corporali, sed in figura
tantum. Quemadmodum enim Ioānes dictus est Helias. sic
panis figuratiuē est corpus Christi, & non naturaliter seu
realiter. Hunc errorem amplexati sunt Ioannes Hufs & *Hufs Et*
Hieronymus de Praga. Et nostræ æuo repullulare iussit Ioannes *voluing*
Oecolampadius. qui tropum inesse dicit his uerbis. Hoc *ga.*
est corpus meū, sicuti Paulus ait. Petra erat Christus. Qui *Oecolampa*
tropus si in illis uerbis admittitur, facillimē hæretici quic-
quid illis obijciatur, tropo illudēt. Audi itaque quod ait Da

DE EVCHARISTIA

masceus libro. 4. capi. 14. Non est typus panis & uini corporis & sanguinis Christi, sed est corpus domini deificatum, ipso dicente. Hoc meum est, non typus corporis, sed corpus: Non typus sanguinis, sed sanguis. Præterea quoniam Christus ueritatem sui corporis ibi esse expressius insinuare ualuisse, quàm dicendo: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur? Non enim in figura: sed in ueritate in ara crucis offerendum traditum est corpus Christi, nisi assentientes dum putemus Manichæis, Saturnino, Basilidi, Cerdonio, Martioni, et Albanensibus, qui dicunt christum non sumpsisse carnem ex uirgine, quamobrem non in ueritate sed per transmutationem quasi passum. Quid, queso uerba Christi ad transmutationem cogit dū ait, Accipite & comedite: hoc est corpus meum. In alijs tropū inducit ipsa litera. Dicitur enī circa obiecta uer-

Matt. 16

1. Cor. 11.

Luce. 1.

ba. Bibebant de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. & de Ioanne dictum erat. Ipse precedet in spiritu & uirtute Eliæ.

Hoc quoque iam agit sacerdos, quod tunc egit Christus, iubente eodem domino, & dicente. Hoc facite in meam commemorationem. Christus autem tradidit uerū suum corpus, & non figuram tantum: igitur post consecrationem per sacerdotem factā, est ibi uerū christi corpus. Maiorē docet Chrysostomus. 2. in epistolam secundā ad Timotheum. Sacra, inquit, ipsa oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paulus, siue cuiuslibet meriti sacerdos, offerat, eadē est quā dedit Christus ipse discipulis, quāque sacerdotes modo quoque cōficiūt. Nihil habet ista quā illa minus. Cur id? Quia non hanc sanctificauit homines, sed Christus, qui illā antē sacrauerat. Quædam enim uerba quæ locutus est Christus, eadem sunt quæ sacerdotes nunc quoque pronunciant et oblatio eadem est.

Et hoc igitur Christi corpus & illud est: Qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christum esse, qui nūc etiam adest, atque operatur. Habet hoc ipsum & Cyprianus lib. 2. epist. 3. dicēs. Quia passionis Christi mentionem in sacrificijs omnibus facimus (Passio est enim domini sacrificiū quod offerimus) nihil aliud quā quod ille fecit, facere debemus. probat etiam ueritatem corporis Christi in Eucharistia, sententia ipstus ueritatis dicentis. Ego sum Ioan. 6. panis uiuus, qui de cœlo descendi. Qui manducat hunc panem: uiuet in æternum. Idem ergo Christus qui de cœlo descendit, & qui manducandus proponitur non in figura, sed in ueritate, testante ipso saluatore qui ait. Caro mea uerè est ci- Ibidem. bus, & sanguis meus uerè est potus. Et rursus. Siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et post pauca. Amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: nō habebitis uitam in uobis.

Caro itaque est & sanguis in ueritate, non in figura solum. Si enim figurata fuisset locutio, nō abiissent retrorsum discipuli hæc audiētes: Sacramentalem autē manducationem non intellexerunt.

Docet quoque Paulus euidenter ibi esse uerum Christi corpus & sanguinem, scribens Corinthijs hoc modo: Dñs noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit: & dixit. Accipite & manducate, hoc est corpus meum, in ueritate scilicet, nō in figura. Qd' uel ex eo conspice quod subditur. Quicumq; manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indignè: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autē seipsum homo, (Anselmus, an dignè possit accedere uel non,) & sic de pa-

1. Cor. 11.

DE EVCHARISTIA

ne illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Glo. interli. ab alijs cibis, quod indigne sumit. Hinc & Aug. ait lib. 5. de uni. baptismo. Quia aliqui non ad salutem manducat, non ideo minus est corpus & sanguis quod accepit.

Veritatem præterea corporis domini & non figuram tantum insinuauit Clemens papa Petri successor in epistola ad Iacobum fratrem domini, de sacratis uestibus, uel uasis, dicens. Communio domini nostri Iesu Christi si negligenter accipitur, presbyter anathemate feriatur. Cui subscribit & Hieronymus par. 2. tit. 2. epist. 16. q. 2. sic inquit. Non accipimus panem quem fregit dominus, deditque discipulis esse corpus Christi, ipso dicente: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Rursus idem contra Iouem lib. 1. cap. 4. epist. par. 1. & in apologia contra eundem epist. 8. allegans uerba apostoli. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu, in uestra orationi, ait. Si per coitum quod minus est impeditur, non potest orare: quanto plus quod maius est, id est corpus Christi, prohibetur accipere? Et iterum contra eundem lib. 1. cap. 4. Nos Christi corpus æqualiter accipimus. Vna est mysterii sanctificatio domini, & serui: Quanquam pro accipiendi meritis diuersum fiat, quod unum est. Qui enim indigne manducauerit, & biberit: reus erit uiolati corporis & sanguinis. Huic subscribit & Aug. in lib. de salutaribus doctrinis cap. 33. dicens. Vnusquisque antequam corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probe faciat sic secundum Apostoli præceptum de pane illo edat, & de calice bibat. Quia qui indigne manducat & bibit: iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus domini. Chry-

foſt. quoq; hom. 60. ad populum Antiochenū ait. Nō erat aureus calix, ex quo ſanguinem proprium Chriſtus ſuis diſcipulis dedit. Et ruruſus idem de dignitate ſacerdotali lib. 3. cap. 4. inquit. O miraculum: O Dei in nobis beneuolentia, qui ſurſum ſedet ad dexteram patris, ſacrificij tamen tpe, hominum manibus cōtinetur, traditurq; lambere cupientibus eum cum ueneratione complecti. Theoph. uerò ſuper illo Apoſtoli. Calix cui benedicimus. nōne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Idem ſentit dicens. Sanguis iſte qui calice cōtinetur, eſt qui Chriſti è latere profluxit. Hūc ipſum cū ſumimus, participamus, Hoc eſt Chriſto coniūgmur. Huic accedit & illud Cyrilli ſup illo Lucae. Hoc eſt corpus meū, quod pro uobis tradetur. Nō dubites an hoc uerum ſit, ſed potius ſuſcipe uerba ſaluatoris in fide: Cū enim ſit ueritas: non mentitur. Hoc ipſum ſentit & Irenaeus lib. 4. cap. 34. aduerſus hæreſes Valentini.

Deſiniuit hoc ipſum & cōcilium Ephēſinū contra Neſtorium (cui nomine Rom. pontificis præſedit Cyrillus Alexandrinus epiſcopus) ducentorū epiſcoporū. Dicitur nanq; in epiſtola Neſtorio hæreſico Cōſtantinopolitano epiſcopo à Cyrillo præſato, & à toto concilio miſſa. Sic ad myſticas benedictiones accedimus & ſanctificamur, participes ſancti corporis, & pretioſi ſanguinis Chriſti, omnium noſtrū redemptionis effecti, non ut cōmunem carnem percipiētes (quod abſit) neq; ut uiri ſanctificati, & uerbo coniuncti ſecundum dignitatis unitatem, aut diuinam poſſidentis habitationem, ſed uerè uiuificatricem, et ipſius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut Deus exiſtens, quia ppriæ carni unitus eſt. Ignatius quoq; in epiſt. ad Roma. Non delector, inquit, pane corporali: ſed panem Dei uolo eius qui

DE EVCHARISTIA

ex genere David est, & potum uolo sanguinē ipsius. Vnde docet Diony. 3. cap. eccle. Hierar. Quāobrem synodus Vercellen. damnat Berenga. & Constantien. Ioannē Vuicleff. dicentes in Eucharistia non esse identicē corpus & sanguinem Christi, aut realiter in propria presentia corporali sed in figura. Articulus 2.

RHET.

Panem signum dicimus corporis Christi, non corpus. Nam & hoc dixerūt patres orthodoxi. Dicit enim Augu. cōtra Adimantū cap. 12. Nō dubitauit dominus dicere. Hoc est corpus meū, cū daret signum sui corporis.

THEO.

In cœna, signum est simul & corpus Christi. Signum est quod sensu percipitur. Corpus christi quod ibi contentum credimus. Ait nanque idem Augustinus in sermone ad infantes. Ista fratres ideo dicuntur, quia in eis aliud uidetur, & aliud intelligitur. Quod uidetur speciem habet corporalem. Quod intelligitur, fructum habet spirituales. Articulus 3.

RHET.

Corpus quidem uerum Christi, sed cū panis substantia manere in cœna dicimus. Panem namque porrexit dominus secundum q̄ euangelista ait. Accepit Iesus panem, & gratias agens, dixit: Hoc est corpus meū. Duo hic exhibuit, panem uidelicet, & corpus suum. Et Paulus ait, Panis quē frangimus, corpus Christi est.

1. Cor. 10.

THEO.

Dixerunt pauperes de Lugduno siue Vualden. per uerba consecrationis non fieri transubstantiationē, & per consequens manere priorem substantiam. Quos secutus est Lutherus. Ioannes uerò Vuicleff. dicit ibi manere priorem substantiam: quia nō realiter, sed figuratiuē solū asserit esse

corpus Christi, aut sanguinē. Horū errorem elidit Ambrosius lib. 4. cap. 5. de sacra. Dicens. Antequam consecratur, panis est. Vbi autē uerba christi accesserunt, corpus est christi. Et ante uerba christi, calix est uini & aquae plenus, ubi uerba christi operata fuerunt, ibi sanguis efficitur, qui plebē redemit. Idē ibidē ca. 4. tu fortē dicis. Meus panis est usitatus. Sed panis iste ante uerba sacramentorū panis est. Vbi accesserit consecratio, de pane fit Christi caro. Hoc igitur astruamus. Quō pōt qui panis est, corpus esse Christi cōsecratione? Respondet post pauca. Sermo Christi hoc cōficit sacramentū. Quis sermo christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit dominus, factum est cœlum. Iussit dominus, facta est terra. Iussit dominus, & facta sunt maria. Vides ergo quā operatorius sit sermo christi. Si ergo tāta uis est in sermone domini, ut inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius, ut sint quæ erant, & in aliud cōmutentur? Huic consonat & illud Aug. ser. 28. super Lucam, ubi ait: Cū de sacramentis tractarem, dixi uobis q̄ ante uerba Christi, quod offertur panis dicitur. Vbi Christi uerba deprompta fuerint iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Et Chrysost. in sermo. de Eucharistia. tom. 6. ait, quemadmodum si cera igni adhibita, illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit: Sic & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Theophy. quoq; exponēs Ioan. 6. illud. Panis quem ego dabo, caro mea est. Attende, inquit, q̄ panis qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantū figura quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit. Panis quē ego dabo, figura carnis meæ est, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticā benedictionē, Et Damas. lib. 4. cap. 14. sic ait.

DE Eucharistia

Corpus secundum ueritatem coniunctum est diuinitati, quod ex sancta uirgine corpus est: non quod ipsum corpus assumptum ex coelo descenderit, sed quod ipse panis et uinum transmutatur in corpus et sanguinem Christi. Si autem modum requiris quoniam pacto fit, sat sit tibi audire, quoniam per spiritum sanctum. Cypri. etiam in sermo. de coena domini, sic ait. Panis iste quem dominus discipulis porrigebat, non effugie, sed natura mutatus, omnipotentia uerbi factus est caro.

Patet ex his quod Lutherus male dicat, asserens transubstantiationem ante trecentos annos ecclesiae ignotam fuisse: cum enim sunt hi citati neoterici à trecentis annis orti. Art.

R H E T. Scriptura hoc sacramentum panem nuncupat. 1. Cor. 10. dicens: Panis quem frangimus, corpus Christi est. Ibidem. Et rursus. Vnum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus.

T H E O. Scriptura panem appellat, eo quod comedi potest: quo patet Sap. 16. eto et manna panis dictus est. Et filius quoque Dei panis dicitur: quia spiritualiter manducatus, mentem reficit. Ioan. 16.

Videmus etiam quod in aliud mutatum est, suae originis quando retinere nomen. Nam si uinum tibi aliquis dederit, quod iam in acetum uersum est, dicis. Ecce uinum quod mihi contuleras. Sic et uirga Aaron in colubrum uersa, nomen uirgae retinuit. Dicitur enim quod uirga Aaron deuorauit uirgas magorum, quod minimè uirgae conuenit, sed serpenti. Verum huic liti finem imposuit conciliū Lateranense sub Innocentio. 3. ut habetur de sum. trini. et fide catho. cap. firmiter, ubi dicitur. Vna est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos et sacrificium Iesus Christus, cuius corpus et sanguis in sacramento altaris, sub speciebus panis et uini realiter con-

tinetur: transubstantiatis pane in corpus & uino in sanguinem, p̄tate diuina. Et concilium Constan. dānat errores Ioānis Vuicleff Ioānis Huß, & Hierony. de Praga: inter quos unus erat q̄ substantia panis materialis, & similiter substantia uini materialis remaneret in sacramento altaris.

Huius transubstantiationis meminit idem Innocen. 3. ut ut habetur, cap. Cum Marthæ, de celebr. miss. ubi dicitur.

Quæsiuisti quæ sit forma uerborū quam ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suū panem trāsubstantiauit, & uinū, &c. Beda quoq; in lib. de myster. sic ait. Ibi forma panis uidetur, ubi substantia panis nō est: Nec est ibi alius panis, quā panis qui de cœlo descēdit. Et Ambr. ser. 4. de sacra. Non est panis, inquit, qui uadit in corpus, & corporis est nutrimentū: sed est panis qui aīe substantiā fulciat.

Ansel. uerò lib. 2. de corpore et sanguine dñi, sic ait. In illis speciebus panis & uini, aut nulla est, aut dñici corporis & sanguinis substantia: uel fides nostra irrita est. Dicit proinde Hugo de sancto Victo. lib. 2. ca. 9. de sacramē. Per uerba sanctificationis, uera panis & uera uini substantia, in uerum corpus Christi, & uerum sanguinē Christi cōuertuntur, sola specie panis & uini remanente. Hæc latè docētur de consecra. dis. 2. ca. quia corpus. cap. quia passus. cap. in quibus. cap. ego Berengarius. cap. forte. re uera, &c.

DE SVMPPTIONE EVCHARISTIAE SVB VTRAQVE, VEL ALTERA SPECIE TIT. XXI.

ARTICVLVS I.

Totum illud capitulū Ioānis sexto, loquitur RHE T. de manducatione spiritali, quæ est credere, Ait enim Augustinus super Ioannem tra

DE SVMPPTIONE EVCHA.

Statu. 25. Et recitatur de cōse. dist. 2. c. ut qd. Vt qd
paras dentem & uentrem? crede & manducali.
Credere enim in eum, hoc est panem & uinum
manducare. Qui credit in eum, manducat eum.

THEO.

Ioan. 6.

Sacri doctores ad corporalem & uisibile māducationem
hoc referunt capitulū. Dicit nanque Cyrillus exponens
Iud Ioannis. Patres uestri manducauerunt manna in deserta
to, & mortui sunt. Hic est panis qui de coelo descendit
aliquis ex ipso comedat & non moriatur. Manna nanque
alimentum, non eternam uitam, sed breue famis remedium
afferebat. Non ergo erat cibus uerus, id est, panis de coelo.
Sanctum uero Christi corpus ad immortalitatem & uitam
eternam nutriens cibus est. Sed aquam illi ex petra bibe-
runt: quid igitur inde lucrati sunt qui mortui fuerunt? Non
erat igitur potus ille uerus, sed uerus potus est sāguis Chri-
sti, quo radicitus mors euertitur atq; destruitur. Et Chrys-
stomus sup Ioan. hom. 45. Christus dedit nobis carnē suā, ut mori
ri nos charitate astringeret: & ut suū in nos ostenderet de-
syderiū, non se tantū uideri pmittens desyderātibus, sed &
tāgi & manducari, & dētes carni suae infigi, & desyderio
sui omnes impleri. Nemo ex hoc Chrysostomi uerbo ex-
stimet corpus Christi dentibus laniari, dum māducatur. Di-
citur enī in symbolo Ephesino, ut habetur de cōsecr. dist. 2.
cap. Neccesarie. Incruentā (Glos. id est, non in specie cruo-
ris) celebramus in ecclesiis sacrificij seruitutem. Et Augu-
stinus in epistola ad Ireneum, ut ibidem recitatur ca. Non
hoc corpus, sic ait. Non hoc corpus quod uidetis manduca-
turi estis, & bibituri illum sanguinem, quem effusuri sumus
illi qui me crucifigent. Ipsum quidem & non ipsum, ipsum
inuisibiliter, & non ipsum uisibiliter. Voluit itaque Chry-

solumus per hæc uerba, ueritatem corporis & sanguinis
 Christi sub sacramento insinuare: quemadmodum similibus
 uerbis hoc ipsum expresit ipse Berengarius, ut ibidem di-
 citur, capi. Ego Berengarius. Exponit etiam eundem lo-
 cum Augu. super Ioan. tract. 26. de sumptione reali Eucha-
 ristie. Cassiodorus autem exponens illud. Psalm. 109. Tu es
 sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedeb, ait.
 Cui hoc potest ueraciter & euidenter aptari, nisi domino
 saluatori, qui corpus & sanguinem suum in panis & uini
 consecratione salubriter consecrauit: sicut ipse in euangelio
 dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & cætera?
 Hylarius quoque octauo de trinitate sic ait. Ipse enim chri-
 stus ait. Caro mea uerè est esca, & sanguis meus uerè est
 potus. Qui edit carnem, meam, & bibit sanguinem meum,
 in me manet, & ego in eo. De ueritate carnis, & sangui-
 nis, non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius
 domini p[ro]fessione, & fide nostra uerè caro est, & uerè san-
 guis est. et hæc accepta, atque hausta hæc efficiunt, ut nos in
 Christo, & Christus in nobis sit. Et Origenes lib. 1. aduer-
 sus Iudeos iquit. Antea in enigmate fuit Baptismus in nube,
 & in mari: nunc autem in specie regeneratio est, in aqua
 & in spiritu sancto. Tunc in enigmate erat manna cibus:
 nunc autem in specie caro uerbi Dei est uerus cibus: sicut ipse Ioan. 6.
 dicit. Quia caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè
 est potus. Sed quid ad doctores confugimus, cum docet &
 Apostolus locum illum de reali m[an]dicatione corporis Chri-
 sti, & bibitione eius sanguinis intelligendum esse? Quam-
 obrem post multorum enarrationem, ait. Probet autem seipsum 1. Cor. 11.
 homo, & sic de pane illo edat et de calice bibat. Et de Chri-
 sti discipulis dicitur. Erant perseverantes in doctrina Apo-

DE SUMPTIONE EVCHA.

stolorum & communicatione fractionis panis, et orationibus. Hæc enim communicatio corporis & sanguinis Christi nõ nisi ex Christi præfatis uerbis inoleuit.

Neque negamus dignam hanc manducationem spiritalem esse, quæ utique sine fide non est. Nam si sumat quis corpus Christi manducans realiter, & non spiritualiter: in iudicium sibi manducat. Dicit enim Augustinus & habetur de consecr. dis. 2. c. qd est. Quid est. Christum manducare? nõ hoc est solum in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indigne accipiunt, de quibus ait Apostolus. Qui manducat carnem, & bibit calicem domini indigne: iudicium sibi manducat & bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quando ipse dixit, Qui enim manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Quid autem sibi hoc uelit, ostendit idem August. super Ioannem tract. 26. dicens. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi nõ negligant esse. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu christi. Probet itaque seipsum homo: & sic de panis calice edat, & de calice bibat. Et infra. Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus: proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius nec bibit eius sanguinem: nec carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramentum

1. Cor. 11. corporis & sanguinis Christi. Dicit etiam Theophylactus super illo: Calix cui benedicimus, & cætera. Sanguis iste qui calice continetur: ille est qui Christi è latere proflexit. Hunc ipsi cum sumimus, participamus, hoc est, Christo coniungimur.

Itaque. Augustinus interpretans Ioannis sextum capitulum tractatu. 25. & infra, non secludit sacramentalem, & realem corporis & sanguinis Christi sumptionem, sed do-

et eam non prodesse, si desit spiritualis digna sumptio, ut scilicet manducans uiuat Deo. Quamobrem ibidem dicit. Panem coelestem spiritualiter manducare, est innocentiam ad altare portare. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. Præterea ubi August. obiecta uerba dicit: non loquitur saluator de manducatione sui corporis, sed de fide in eū, ut patet intuēti tract. 25. Et hæc fides est quedam spiritualis manducatio: non autem negat aliā esse sacramentalem, aut realem manducationem. Articulus 2.

Magnus error est eorum qui accedunt ad hoc sacramentum huic innixi fiducia, quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicuius peccati mortalis, quod præmiserint orationes suas, &c. Omnes illi iudicium sibi manducant, & bibunt. Sed si credunt et confidunt se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit nos puros & dignos. RHE T.

Si aliquā adduxisses rationem seu authoritatem, suasisse potuisses uel in modico. Sed nulla fultus authoritate aut ratione more tuo dixisti quæ in buccā uenirent. Quid, quæso, est seipsum probare, nisi inquirere uitam suam qualifnam fuerit, disquirereq; opera iustane fuerint, aut aliqua expiatione digna. Quemadmodū & alibi idē Paulus ait. Opus suū probet unusquisq; . Sic nanque probare uoluit uitā suā Ezechias, dum ait. Recogitabo tibi oēs annos ueos in amaritudine animæ meæ. Et Dauid: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, &c. Hoc quoque docet Augustinus in lib. de salutaribus documentis cap. 33. dicens. Unusquisque antequam corpus & sanguinem domini nostri Iesu christi accipiat: seipsum probet: & sic secundum Apostoli præceptum de pane illo edat, & de calice bi THEO. 1. Cor. 11. Gala. 6. Esa. 38.

DE SVMPTIONE EVCHA.

bat. Quia qui indignè manducat, & bibit: iudiciū sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Quando enim illud accipere debemus: antea ad confessionem & poenitentia recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia si in nobis senserimus, citò festinemus per confessionem, & uerā poenitentiam absolvere: ne cum Iuda proditore diabolus intra nos celantes, pereamus protrahentes & celantes peccatum nostrum de die in diem. Vnde & Theophylactus, super eodem uerbo sic ait. Tua conscientia examinata discussaq; aditō mystēria. Et Anselmus ibidem. Vitā suā inspiciat, & consideret an dignè possit accedere, uel non. Rarò enim potest inueniri quisquā ita magnus et iustus, ut in eo per discussionem nō inueniatur aliquid, quod debeat eum à corpore eius sanguine domini retardare, nisi cōfessus fuerit illud, & per poenitentiam deleuerit. Et Ambrosius. Deuoto animo & cum timore accedendum est ad communionē, ut sciat mens reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit. Probare itaque Pauli, est inquirere & discutere quid intus lateat, qualia sint opera, quale propositum in futurum. Si enim solam fidem uoluisset, nō dixisset: Probesse ipsum homo: sed fidem suam tētet, & sic de pane illo edat. Cyprianus quoque in epistola. 27. de lapsis, sic ait.

A diaboli aris reuertentes, ad sanctum Deum accedūt, etiam nunc scelus suum faucibus, & contagia funesta redolentibus, Dei corpus inuadunt cum scriptura dicat. Omnis Nume. 18. mundus manducabit carnem. Et aīa quaecunq; manducauerit ex carne salutaris sacrificij, quod est domini, et imunditia eius super ipsum est: peribit aīa illa de populo suo. Apoc. 1. cor. 10. stolus item dicit. Non potestis calicem domini bibere, & ca

licem demoniorum. Et quicumq; ederet panem, aut biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Spretis his oibus atq; contemptis uis infertur corpori & sanguini. Plus modò in dominum manibus atq; ore delinquant, quàm cum dominum negauerunt, Ante expiata delicta, ante exomologesi factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini & minantis, pacem putant esse quam quidam uerbis fallacibus uendicant. Nò est pax illa: sed bellum. Nec ecclesiæ iungitur, qui ab Euangelio separatur. Hec Cyprianus. August. uerò in sermo. 1. in anniuersario dedicationis, sic inquit. Vnusquisq; consyderet conscientiam suam, & quando se aliquo crimine uulneratum esse cognouerit: prius oratiõibus, ieiunijs, uel eleemosynis studeat mundare cõscientiam suam. Et sic eucharistiã præsumat accipere. Si oratione impedit uxoris amplexus, quò sumptionem eucharistiæ non præpediet? Non enim uoluit dare Abimelech panes propositionis ipsi Dauid, et pueris eius: nisi ab uxoribus se continuisse fassi essent. Magis aut impedire noscuntur crimina contritione, lachrymis, confessione, & poenitentia non diluta. Vide quæ præhabita sunt titu 29. articu. 1.

Articulus 3.

Multum adimitur christianis, dñ eis aufertur RHET. cõmunio sub utraque specie. Pium uerò est consentaneum institutioni Christi, & uerbis Apostoli eam concedere. Christus enim instituit utranq; Matt. 22. partem non pro parte ecclesiæ: sed pro tota ecclesia. Cur mutatur ordinatio Christi? Et Paulus pri 3. Cor. 11. mum de corpore, deinde de poculo mentionem faciens, subigfert: Probet seipsum homo, & sic de

DE SVMPPTIONE EVCHA.

pane illo edat, & de calice bibat. Fuit hic mos etiam in ecclesiis latinis usitatus, ut ait Cyprianus in epistola. 27. de lapsis.

- Statuta humana pro loco & tempore, aliquando uarianda esse docuit saluator, qui primum misit discipulos suos in omnem ciuitatem, & locum quod erat ipse uenturus, sine sacco, sine pera, sine calciamentis, sine aere in zonis. In coena uero ait illis. Nunc qui habet sacculum tollat: similiter & peram. Vbi Beda: Non eadem uiuendi regula persecutionis, quae pacis tempore discipulos informat. Et Augustinus contra Faustum: Nulla, inquit, inconstantia praecipientis, sed ratione dispensantis pro temporum diuersitate praeccepta, uel concilia, uel praemissa mutantur. Idem habet Actuum. 15. epist. 5. ad Marcellinum. Pari modo quod Apostoli aliquando statuerunt, quod scilicet fideles abstinerent ab immolatis simulacrorum, sanguine & suffocato: postea licuit praetergredi. Dixit namque Paulus. Omne quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Et iterum: Omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. Ecce tempore Pauli mutatum est, quod ab Apostolis sancitum fuerat.

Hoc modo in primitiua ecclesia, quando reces ille christi sanguis inflammabat corda credentium, cum miro seruire et reuerentia communicabant corpori et sanguini christi sub utraque specie. Quae morem haecenus seruauerunt Graeci & Iacobitae, Bohemi autem semel dimissum eum morem, resumpserunt. Iam uero deservuere corda christi fidelium, & qui quotidie communicare consueuerant, uix persuaderi ualent (ne dicam urgeri) ut uel semel in anno, christi corpus

pus accipiant, & hoc quidem cum minori deuotione, & reuerētia. Quāobrem ordinauit ecclesia ut sacerdotes utraq; speciem percipiant: laici uerò alteram tantum. Causa huius sanctionis fuit uel ex parte ad euitandum Nestorij errorem asserentis quòd sub specie panis corpus Christi sine sanguine, & sub specie uini sanguis Christi sine corpore sit. Fidei autem nostræ ueritas est, q̄ sub utraq; specie sit totus Christus, caro, anima, sanguis, diuinitas: imò sub qualibet specierū particula. Semel enim mortuus est christus, sanguisq; eius pro redēptione generis humani effusus. In resurrectione autem sanguis denuò unitus est corpori, deinceps non separandus. Vt autem hæc fides hominum mētibus imprimeretur: introducta est cōmunio sub altera specie, scilicet panis, laicis porrigenda. Fuit & alia ratio statuti, ut scilicet uitaretur periculum irreuerentiæ. Si enim cætera sacramenta cum reuerentia tractanda sunt: quia sunt uasa gratiæ diuinæ, quæ reuerentia debetur huic, in quo continetur Christus uerus Deus?

Si aliquando in hoc sacramento sub specie panis irreuerentia accidisse comperta est: quantum putabis periculi effusiois, uomitus, aciditatis &c. in calice erit ubi sub specie liquida continetur christus? Rectè ergo sancitum est, laicis sub specie panis dūtaxat porrigi corpus christi. Quāobrē ad differentiam sacerdotum, qui sub utraq; specie eucharistiam sumūt, dicitur de cōmunionē laica, quæ sub altera tantum specie fit in concilio Sardinē. ut habetur, de elec. & elect. pōt. ubi sic dicitur. Placuit synodo statuere de quibusdam facinorosis, ut nec laicam in fine communionem (nisi pœniteant) accipiant.

Articulus 4.

Hæc laica cōmunio significat quòd à ministe-

RHET.

T

DE SVMPPTIONE EVCHA.

rio cōsecrationis hi sint remoti: Non q̄ eucharistiā sub specie duntaxat panis accipiant.

THEO. Dictum tuum nullius auctoritate fulcitum profero. Non stram uerò assertionem probat concilium Remēse: ut habetur de consecra. dist. 2. cap. peruenit. Prohibens ne laici foeminae corpus domini destruant ad infirmos, sed presbyter per semetipsum. Et ibidem cap. presbyter, ex concilio Garmacien. dicitur. Presbyter semper eucharistiā habeat paratam pro infirmis cōmunicandis. Quòd autem hæc sūt cōmunio laica, uel ex illo agnosce quòd ibi de specie panis, non autem de specie uini fiat mentio. Articulus

RHET. Multum adimitur christianis, quando sub una tantum specie cōmunionem accipiunt.

THEO. Nihil profectò adimitur fructus spiritualis. Recipiunt enim sub altera specie cōmunicantes, & uerum corpus, & uerum christi sanguinem. Nam sub specie panis continentur & sanguinem: et sub specie uini esse uerum christi corpus, & credimus, & probauimus, art. 3. Nam corpus uini non est sine sanguine: nec sanguis est extra corpus christi uinum & uerum: itaq; si laicus sub specie panis sumit uerum christi corpus eiusq; sanguinē: quid ei detrahatur fructus? Quid affertur detrimenti? Profectò nihil. In huius figura dicitur na Iudæi colligunt; alij plus, alij uerò minus. Qui plus collegerat non habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: Sed singuli iuxta id quod edere poterant, impleuerunt. Articulus 6.

RHET. Non licuit concilio, etiā uniuersali, imutare quod Christus ipse instituerat, & ordinauerat.

THEO. Christum quidem sub utraq; specie corpus suum consecrasse, discipulisq; suis (& eis sacerdotibus) dedisse, non

TITVLVS XXII. 146

qui ambigat: laicis uerò sub altera an sub utraq; specie dan-
da foret Eucharistia, nusquam à christo definitum, aut præ-
ceptū cōperies. Quod itaq; ecclesia de ea cōmunionē pro
temporum uarietate rationabiliter ordinauit, seruandū est,
ut habet concilium Basilien. sessione. 30. Et constantien. con-
cilium, sessione. 13. corroborat illam consuetudinem sumen-
di eucharistiam pro laicis sub specie panis duntaxat, hactē-
nus obseruatam. Dimissi tamen fuerant Bohemi in sua con-
suetudine. Dicit præterea Aug. ad Casulanum presbyterū,
& recitatur dist. 11. cap. in his. In his rebus, de quibus nihil
certi statuit diuina scriptura: mos populi Dei, & instituta
maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores di-
uinarum legum: ita contemptores ecclesiasticarum consue-
tudinum coercēdi sunt: Malè itaq; Martinus Lutherus tam
rationabilem, tam diutinam sub altera specie cōmunicandi
consuetudinem abolere conatus est, cupiēs introducere mo-
rem sub utraq; specie communicandi periculosum.

DE MISSAE SACRIFICIO.

TITVLVS XXII.

ARTICVLVS I.

Missas nō abolemus, sicuti falso accusamur. RHET.
Nam singulis diebus dominicis & festis,
apud nos celebratur cum summa reueren-
tia. Seruantur & usitatae cæremoniæ ferè omnes,
præterquā quòd latinis cantionibus admiscemus
alicubi materna, quæ addita sunt ad docēdum po-
pulum, & ad quosdam excitandum ad timorem
Dei, & fidem, & orationem. Assueuit populus ut
una utantur sacramento, siqui idonei et explorati

DE MISSAE SACRIFICIO

inuenientur. Nam in Græcis parochiis ne hodie
quidē sunt priuatæ missæ, sed fit una publica mis-
sa, idēq; tantum dominicis diebus, & festis. In mo-
nasteriis fit quotidie missa, sed tantū publica. Hæc
sunt uestigia ueterū: neq; ante Gregoriū mentio-
nem faciunt scriptores priuatarum missarum.

THEO.

Missas probas, & recte. Nam ut ex synodo sexta hodie
tur, & recitatur ca. Iacobus. de consecra. distinc. 1. Iacobus
frater domini secundum carnem qui primū credita est Hie-
rosolymitana ecclesia, & Basilius cæsariens. episcopus
diderunt nobis missæ celebrationem. Glos. Ordinem
celebrandæ tradiderūt & alij ad decorem plura addide-
runt. Meminit namq; Missæ Ignatius diui Ioannis euangelistæ
discipulus, episto. 5. ad Smirnen. dicens: Non licet sine episco-
po, neq; offerre, neq; sacrificium imolare, neq; Missas ce-
lebrare. Cum quanta uerò solennitate peragebatur Missa
primitiua ecclesia legat Dionysius in lib. eccle. Hierar. cap.
par. 3. qui nosse desyderat. Probas (inquam) missas, sed pe-
lennes, sed raras: Priuatas uerò, aut frequenter iteratas
damnas. Si bona est Missa: quomodo, quia frequenter ite-
rata, deterior efficitur? An ideo perdicum aut phasianū de-
terior sit cibus, quia in mensis nobilium duntaxat frequen-
tior? Dicit enim Hieronymus, contra Vigilant. epistola de
cima, parte prima. Quod semel fecisse bonum est, non potest
malū esse, si frequenter fiat aut si aliqua culpa uitāda est, non
ex eo quod sepe, sed ex eo quod fit, culpabile est. Est enim in
Missa peccatorum confessio: quia etiam iustus in principio
accusator est sui: diuina subnectitur laus: fiunt orationes
pro populo. Est & populi euangelica eruditio: fidei audien-
tia: tur confessio. In præsentia corporis christi, est Dei fruitio.

Prou. 13.

et archanorum cordis coram Deo patefactio, supplexque diuini imploratio. Sunt et ceremonie, homines ad deuotionem prouocantes. Et in gratiarum actione finem accipit missa.

Quid horum reprehensione dignum, si frequenter iteretur? *Psalmus.*

Septies in die laudem dixi tibi domine, ait regius propheta:

Et constringere cupis populum, ut semel per singulas hebdo-

madas Deo laudes asserat. Quid quaeso erit criminis, si po-

pulorum aliqui hac uel illa sibi opportuna hora conueniant, ut

precatorum suorum precetur ueniam, actus suos a deo disponi flagi-

tent, aut Deum laudent? quae missam audientes agere consueuerunt.

Præterea ait Ambrosius in epistola ad Hebræos. Et recitatur de

consecratione. dist. 2. cap. In christo. In christo semel oblata est ho-

stia, ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos, nonne

per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis

eius: et una est hostia, non multæ. Et ibidem, cap. semel: Ait

Augustinus. Semel immolatus est in semetipso christus, et tamen

quotidie immolatur in sacramento. Ecce Ambrosius et Au-

gustinus uetustiores Gregorio, dicunt quotidie immolatam

hostiam: et per consequens missam peractam. Dicit quoque

Pascasius papa, ut habetur ibidem cap. iteratur. Iteratur quoti-

die hæc oblatio, licet christus semel passus in carne, per unam

eandemque mortis passionem semel saluauerit mundum, quia

quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis in-

firmitas uiuere non potest. Et ideo quia quotidie labimur:

quotidie christus mystice pro nobis immolatur, et passio

christi in mysterio traditur: ut qui semel moriendo mortem

uicerat: quotidie recidiua delictorum, per hæc sacramenta

corporis et sanguinis peccata relaxaret. Dicitur namque in

actibus apostolorum, quod erant perseverantes in orationi-

bus discipuli, et quotidiana comunione fractionis panis.

Actu. 2.

DE MISSAE SACRIFICIO

De qua frequentia & Aug. in lib. de eccle. dogma. cap. 11.
 Quotidie eucharistiae cōmunionē accipere, nec laudo, nec
 uitupero, omnibus tamen dominicis diebus cōmunicādum
 hortor, ut habetur de consecr. dist. 2. ca. quotidie. Et tu nos
 transferre ad mortem Græcorum conaris, ut semel duntaxat
 in hebdomada, & publica fiat missa. Qui mos, utrum
 seruetur apud Græcos ignoro, nec dictis tuis facile credo,
 qui frequenter minus uera pro ueris asseris. Verū sit ut
 fuerit hic mos apud Græcos: non sunt ipsi regula nobis imi-
 tāda: cū omnes ferme hæreses, multaq; schismata ex grecis
 prodijisse constet. Ipsi etiam græci fidem suam à Romanis
 de probandam, uel reprobendam miserunt, ut infra uidebitur
 titu. 31. arti. 16. Nunquam uerò Romana sedes fidem suam
 examinandam, uel corroborandam misit ad græcos. Hier.
 etiam, & Rufinus disceptantes de fide, confessionem suam
 dei miserunt per Romanum pontificem definiendam, non
 per græcos. Articulus 2.

RHET.

Hodie ubi affuerint sacris, & his corpore ex-
 buerint reuerētiam, demurmurari que suas pre-
 culas, sanctos se omni religione & cultu Dei arbi-
 trantur, ad sua hinc anxia studia reuertuntur, im-
 petrasse se rati, Deum tunc oīa mala auersurū, da-
 turumq; optatum rerum quarūlibet succellum.

THEO.

Si minus certē agant hoīes, non hoc præstat quod Missæ
 affuerint. Non carpas his notis Missæ auditionem. Si
 praua sunt aliquorum studia, in melius reformatur. Qui
 enim in persuadendo præ cæteris ualet Erasmus, ut aliquo-
 rum degenerem morem taxauit: debuit subiecisse quid sub
 Missa faciendum foret, docerēq; ut qui Missæ affuerint, pe-
 niam suorum precentur peccaminum, optent à futuris pra-

seruari malis: actus suos à domino exorent gubernari, di-
scantq; Deo frui, atq; beneficiorū Dei non esse ingrati. Hic
finis est celebrationis, atq; auditionis missæ. Hæc oportuit
magis persuasisse, quàm ppter aliquorū ignauiani à missæ
ritu, uel auditu retraxisse. Piorum etiam preces, preclarū
demurmurationem præter decorem nominauit. Siqui pre-
culas demurmurant: erudiri debuerant, ut pias preces nos-
sent effundere. Sed ludere semp magis placuit Erasmo (ne
dicam taxare) quàm erudire.

Articulus 3.

Nonne propter quæstum dicitis missam sacri- R H E T.
ficiū, ex opere operato conferre gratiam, uale-
re uiuis & defunctis ad remissionem uenialium &
mortalium, ad relaxationē culpæ, & pœnæ. Qd
nos negamus. Quia impossibile est consequi re-
missionem peccatorum, propter opus nostrum,
ex opere operato sed fide.

Mira p̄fers, sed apud theologos sub hac tua forma, aut T H E O.
in tua sn̄a, non memini me hæc legisse. Porro particulatim
hæc discutiamus. Dicis. n. Missam appellatam sacrificiū
propter quæstū. Odio clericorū hallucinatus, eorum susten-
tationem quæstum censes immemor sententiæ domini dicē-
tis. Dignus est operarius mercede sua. Siquis non recepe- Marc. 10.
rit uos, etiā puluerē de pedibus uestris excutite in testimo- Lucæ. 10.
niū illis. Amē dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomo-
rum. & Gomorreorū, quā illi ciuitati. Et Paulus ait Corin-
thijs: Quis militat suis stipendijs unquā? Scriptum est: Nō
alligabis os boui trituranti, &c. Vt habes suprā, titu. deci-
monono, ar. 1.

Articulus 4.

Ministris ecclesiæ debitam non negamus su- R H E T.
stentationem, Sed ob quæstū dicimus Missam sa-

DE MISSAE SACRIFICIO

crificij nomen adeptā. Sicut enim cultus diuorū
& Missae hoc amplius lucrosae sunt: quia his non
diuorum modò, sed & ipsius domini nostri Iesu

THEO.

Missam esse sacrificium, nō quæstuariorum sacerdotū
sed sanctissimorum patrū sententia est. Ait enim Martinus
Papa & martyr in concilio generali, et recitatur de corpore
distinct. 2. cap. Non oportet. Non oportet aliquid in sacra-
mento, præter uinū et aquam, et panem, quæ in typo Chri-
sti benedicuntur, offerri. Quia dum in cruce Christus pæ-
deret, & de corpore eius sanguis effluxit et aqua. Hæc
unum sunt in Christo Iesu: hæc hostia & oblatio Dei
odorem suauitatis. Hunc fortassis inter quæstuarios sacer-
dotes numerabis, quia papa, cuius et autoritatē et sāctio-
nes semper niteris eneruare. Vel Augustinum audias in En-
chiridio dicentem, quemadmodū recitatur. 13. quæstione. 2.
cap. Tēpus. Neque negandum est defunctorum animas
pietate, suorū uiuentium releuari, cū pro illis sacrificium
mediatoris offertur. Et rursus eūdem, ut habetur de corpore
distin. 2. cap. Semel. Semel immolatus est in semetipso Chri-
stus, & tamen quotidie imolatur in sacramento. Et Ambro-
sius ait, ut dicitur ibidem cap. in christo. In christo semel oblata
est hostia, ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos
nōne per singulos dies offerimus? Sed ad recordationem
mortis eius: et una est hostia, nō multæ. Quomodo est una
& non multæ? Quia semel oblatus est christus, Hoc autem
sacrificium exemplū est illius. id ipsum, et semper id ipsum:
proinde hoc idem est sacrificium. Et paulò post. Ipsam of-
ferimus etiam nūc, quæ tunc oblata est. consumi nō potest,
quod nos facimus, in commemorationē fit eius quod factū

est. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationē. Dicit etiam Augustinus lib. 2. questionū euangeliorum. q. 33. Vitulus ille quem pater occidit filio reuertenti, in corpore et sanguine dominico offertur patri, et pascit totā domum. Quid uerò Greg. Magnus dixerit, non pigeat audire, quē admodū recensetur, ca. aīe. 13. q. 2. Aīe defunctorū quatuor modis soluūtur, aut oblationibus sacerdotū, aut precibus scōrū, aut charorū eleemosynis, aut ieiunio cognatorū.

Hi et sequētes missam sacrificiū uocāt. Greg. 4. dial. ca. 58. Fulgenius lib. 2. Monimū, circa principiū. Leo papa. 1. in epistola ad Dioscorū scilicet nona. Aug. 10. de ciuit. ca. 20. Ambr. de offi. lib. 1. ca. 48. Chrys. de proditiōe Iudae. In cōcilio Ephesino. In concilio Toletano. 12. ca. 5. Cartha. 3. cap. 24. et Lateranen. ut habetur de summa Trinitate. ca. Firmiter. Si hoc quæstuarios censes nō refugio cum eis contumeliæ nota per te taxari.

Artculus. 5.

Nō ignoramus Missam à patribus sacrificium appellari. Sed hi nolunt ipsam ex opere operato conferre gratiam, uel applicari alicuī ad remissionē, peccatorum. Vbi enim leguntur apud patres huiusmodi portēta uerborū: magis autem eam esse uolunt hostiam in gratiarum actionem, quā in peccatorum remissionem.

Sacrificiū rectē à patribus missa appellari nō potuisset, nisi etiam esset. Nec inficior Missam sacrificium esse gratiarum actionis, cum dominus dixerit. Hoc facite in meā commemorationem. Dicit etiā Chrysost. hom. 26. in Matth. Eucharistia gratiarum actio nuncupatur. Sed et reconciliatiuum, et expiatiuum sacrificium esse, negare nō poteris: si dicta doctissimorū pariter, et sanctissimorum pa-

THE O.

DE MISSAE SACRIFICIO

trū articulo præcedēti recitata pensitaueris, nouerisq; eā
hostiā esset, quæ nunc ī altari per manus sacerdotis, et olim
in ara crucis immolata est. Fuit enim illud sacrificium re-
conciliatum, & expiatiuum: ergo & istud. Art.

RHET. Contumelia est euāgelij, sentire quod cærem-
nia ex opere operato sine fide sit sacrificiū recon-
cilians nos Deo, & pro peccatis satisfaciens.

THEO. Bone Deus quis unquā theologorum uel somniauit ce-
remoniā ex opere operato sine fide reconciliare sibi Deū
Sed more tuo quicquid ī buccam uenerit, effrons profer,
ut calumniā struere uidearis. Opus operatum Missæ non
ceremoniam ipsam humanā dicimus: sed ipsam filij Dei
immolationē. Profecto à tuis: magis autē à ueritate distas.
Dicit nāque tuus Bucherus. Missa ex opere operato, id est
ex eo quod institutū domini est id quod geritur, nō ex ope-
re operātis, hoc est, ex merito ministri, prodest: Sed his qui
in illa communicāt per fidem, & charitatem. Ex uirtute
enim christi hoc sacrificium salutiferū est non ex ministrorū
meritis. Ex tuis itaque doceris modò uelis, opus ope-
ratum Missæ non ceremoniam esse: sed institutū diuinum,
ipsamq; Missam ex opere operato & sacrificium esse, &
salutiferum: non tamen sine fide & charitate. In quo maxī-
mē fides relucet, quia memoria passionis est christi.

Ex his constat illationem tuam falsam esse, in qua di-
cis. Horribilis ergo oratio est tantundem tribuere operi sa-
cerdotis, quā morti Christi. Nā cū dicimus hoc sacrifi-
cium uel dare gratiam, uel ad remissionem peccatorum ap-
plicari: non hoc intelligitur de opere sacerdotis, sed de ip-
sij Dei immolatione. Neque enim te ignorare æstimamus
passionem christi in quātum erat opus humanū, crucifige-

tium manibus patratum, offensiuum fuisse diuinæ clemencie. Si aliquando offenderat Deum homicidiū Abel, quod Cayn patrauerat: quantum displicuit Deo patri deicidium unigeniti filij sui? Veruntamen in quantum filius Dei illam pro nobis spontaneè pertulit passionem, holocaustum fuit Deo quàm gratissimū in reconciliationē generis humani. Pari modo cū sacrificus offert Deo patri filium suum in memoriam illius spontanei sacrificij, olim pro nobis reconciliandis in ara crucis oblatus: acceptū est Deo holocaustū. Quamobrē in symbolo Ephesino (ut recitatur de conse. distin. 2. cap. Necessary) dicitur sacrificium incruentū, hoc est, non in specie cruoris. Quod uerò ex parte sacerdotis est, non est peccatorū reconciliatiuum, aut expiatiuum: nisi per modum suffragij, & quantū ualeat eius oratio. Quod uerò instituti est diuini, cōfert gratiam, peccatorum remissionem, poenarūque expiationē. Neque hoc est actus humanus: sed diuina operatio. Si enim præsūmis dicere quod fides efficit remissionē peccatorum, quæ est actus merè humanus, quare oblatio filij Dei in conspectu pijsimi patris, hoc non poterit efficere, quæ est institutū diuinū: & præcipue ipsi sumentis est, cū dicat Saluator. Hic est panis Ioan. 6. qui de cœlo descēdit, & dat uitā mūdo? Et iterū: Qui manducat ex hoc pane: uiuet in æternū. Paulus quoq; dicit. Oīs Hebræ. 5. pōtifex ex hoībus assumptus pro hoībus cōstituitur, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, inter quæ, hoc potissimū est sacrificiū. Dicit quoq; Alexander. s. à beato Petro, Papa et martyr ī suo decreto. In sacramētorū oblationibus quæ inter Missarū solennia dño offeruntur, passio dñi miscenda est, ut eius (cuius corpus & sanguis conficitur) passio celebretur. Crimina enim atque peccata, oblati his do-

DE MISSAE SACRIFICIO

mino sacrificijs delentur. Idcirco & passio eius in his com-
memoranda est, qua redempti sumus, & saepius recitanda,
atq; hæc domino offerenda. Talibus enim hostijs deletur
bitur, & placabitur, dominus, & peccata dimittet iniqua.
Nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quam corpus
sanguis christi. Nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc
nes præcellit.

Ex his patet error Aetij, qui negavit Missas quasi sacri-
ficiū applicari pro peccatis, pro satisfactionibus, aut pro
alijs ecclesiæ necessitatibus, & offerri pro defunctis præ-
uit. In quo eum secuti sunt Vualdenses. Ipsi quippe negant
purgatorium, dicentes animas ē corporibus exeuntes, ad
in æternas euestigiō poenas mergi, aut perpetua cōsequi
gaudia. A quibus nec dissentit Lutherus dicēs. Manifestus
error est missam applicare, seu offerre pro peccatis, pro sa-
tisfactionibus, pro defunctis. Cōuincitur & ex his error
Ioannis Vuicles dicētis. Superflua sunt missarū solēnia, et
tiones cū horis canonicis. Articulus. 7.

R H E T.

Quod Missa applicata alijs mereatur remissionem culpæ & poenæ, pugnat cum iustitia fidei. Nam impossibile est remissionem peccatorum contingere nisi fide in Christum. Hæc autē à monachis cōficta sunt, qui obruunt gloriam passionis Christi.

T H E O.

Sacramenta noui testamenti conferre gratiam, iustificare, & peccata remittere: non est catholicus qui ambigat. In hoc enim à ueteris legis sacramentis nostra secernimus, quia illa figurant, ista efficiunt sanctificationem, ut instrumenta diuinæ bonitatis, uirtute passionis christi. Baptismi conferre gratiam, & iustificare, non est fas negare: potior

ri autem ratione id efficit eucharistia, quæ salutis actorem continet, dicente domino. Siquis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Et rursus: Panis uerus est qui de cælo descendit, & dat uitam mundo. Si baptismum conferre gratiam non pugnat cum iustitia fidei: neq; repugnabit eidem, si Ibidem. Missam aut eucharistiam id efficere dixerimus.

Cum uerò subiūgis, Missam applicatam alijs mereri remissionem culpæ uel pœnæ, derogare gratiæ passionis christi: dicimus quòd missa directè in quantum est sacramentum prodest sumentibus ad culpæ uel pœnæ remissionem. Ei uerò cui applicatur, per modum suffragij, seu sacrificij. Si enim Moyses ueniā obtinuit Israelitico populo idolatria sese inquinati: Si Aaron cū desuisset plaga in populum stans inter mortuos & uiuētes, offerēs in thuribulo incensum, dñm deprecans, placauit, & plaga cessauit: quid sacerdos noui testamenti offerens filium Dei in cōspectu pijsimi patris, in memoriā illius gratissimi sacrificij, aliqñ in ara crucis, oblatus orans cum populo nō poterit impetrare? Nec enim lex gratiæ inferior est quacūq; alia lege. In lege quippe nature, in lege ueteri Mosaica, semp̃ fuisse sacrificia pro peccatis: quō ergo lex nostra, quæ est gratiæ, tali sacrificio priuari poterit? Neque nostra sña detrahimus gloriæ passionis christi, sed eā cōmendamus, cuius uirtute oēm suā efficaciam habet Missæ sacrificiū: cuius est et cōmemoratio et gratiarū actio, & in eo imolatur ipse christus. Artic. 8.

Exo. 32.
Nume. 1

Sic obijcit Lutherus: in cœna Christus se non obtulit, sed in cruce: Ergo ista oblatio non est sacrificium, quæ fit in memoriā illius cœnæ. Præterea una oblatione eam consummauit in æternum, ut docet Apostolus ad Hebræos. 7. & 9.

DE MISSAE SACRIFICIO

Ergo ista non est hostia.

THEO. Dicimus ad primū, quòd istud sacramentū tam coena,
quàm illius in cruce oblationis est rememoratiuū: & ideo
sicut illa, ita & ista oblatio est sacrificiū, ut suprā art. 4.

Ad secundum argumentū dicimus quòd christus semel
duntaxat sensibiliter oblatus est in ara crucis, suum sangui-
nem pro nobis fundens, & offerens: & illa oblatio sufficit
pro humani generis redēptione. Est & alia delicatior, qua
nullum habet angustiae aut doloris rigorem, quam oblatio
uocatur in symbolo Ephesino, & à Gregorio Nazianze-
no in carminibus quae ad episcopos scripsit, In cruetabili
tione, quam offert sacerdos in memoriam illius primae obla-
tionis in cruce. Ibi enim christus mortuus est. Hic illius in
memoria. Et unam diximus ex autoritatibus art. 4. allega-
tis esse hostiam hanc & illam: quia unus offertur christus
Deo patri.

Articulus 9.

RHET. Graecus canon non applicat oblationem hanc,
tanquam satisfactionem pro mortuis.

THEO. Dixisti aliquando, non negamus orationē pro mortuis,
sed applicationē coenae pro mortuis. Si orare licet pro mor-
tuis, quare non & coenam offerre licebit, cum eam etiam
sacrificium esse docuerimus? Quod enim oratio uerbo, hoc
coena praestat opere. Dices fortassis. Fiat coena quomodo-
cumque oratio in gratiarum actionem: non in peccatorum
expiationem. Audi Chrysostomum tibi respondentem, &
ipsum Graecum homil. 96. ad populum Antiochenum. Nō
temerē (inquit) ab Apostolis haec sancita fuerunt, ut in tre-
mendis mysterijs, defunctorū agatur cōmemoratio. Sciunt
enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multa-
tam. Dionysium Graecorum gemmam pariter auscultat.

cap. ecclesia. Hierar. sic inquentem. Venerandus antistes
 precem sacram super mortuum peragit: Precaturque ora-
 tio illa diuinam clementiam ut defuncto Deus cuncta dimit-
 tat peccata, per infirmitatem humanam admissa: eumque in
 luce statuatur, in regione uiuorum. Vt autem nullus tibi relin-
 quatur scrupulus, consului Græcæ linguæ peritū, qui ait
 & Græcos defunctorum facere memoriam in Missa: sed
 eam præmittere commemorationi uiuorum. Qui & in-
 quit sic habere canonem, quo aliquando usus est Chryso-
 stomus, & alij Græci, in quo post commemoratum Bapti-
 stam, apostolos, & c. Dicitur et omnium sanctorum tuorum,
 quorum supplicationibus respice nos Deus: & memento
 omnium qui dormierunt in spe resurrectionis & uitæ eter-
 næ: & requiescere eos facito, ubi uidetur lumen uultus tui.
 Adhuc te inuocamus. Memeto domine omnis episcopatus
 orthodoxorum, & c. Et subditur: Etiā offerimus tibi ratio-
 nale hoc obsequium, pro orbe terrarū, & pro sancta eccle-
 sia catholica, & apostolica, & c. Vides ex his quomodo
 Græci à nobis nō dissentiunt. Nā & ipsi nobiscū offerunt
 hoc sacrificium pro defunctis, non solum in gratiarū actio-
 nem, sed & i peccatorū expiationē: ut habent Chrysostomus.
 & Dionysius. sed & ipse canon: quemadmodum deductū est.
 Quamobrem dicitur in concilio Cabilonen. ut recitatur
 de consec. dist. i. ca. uisum. Visum prætereā nobis est, ut in
 omnibus Missarum solennijs pro spiritibus defunctorū ad
 dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua
 nō pro uiuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus domi-
 num deprecetur: Ita nimirum nulla dies excipi debet, quin
 pro animabus fidelium, preces domino in missarum solen-
 nijs fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sancta tenet

DE INVOCAT. SANCT.

ecclesia, ut & missarum solennijs et alijs precibus domino spiritus quiescentium tunc cōmendentur, dicente beato Augustino. Non sunt prætēmittendæ supplicationes pro spiritalibus mortuorum: quas faciēdas pro omnibus in christiana & catholica societate laudamus. Et in concilio carthaginiensi. 3. cap. 29. & recitatur de consecra. dis. 1. ca. sacramenta sic dicitur. Sacramenta altaris non nisi à ieiunis hoībus celebrētur. Nam si aliquorum pomeridiano tpe defunctorum, siue episcoporum, siue cæterorum cōmendatio faciēda esset, solis orationibus fiat: si illi qui faciant, iam pransi inueniantur. uide suprā titu. 18. de purgatorio.

Liquet ex his missam sacrificium esse laudis, & gratiarum actionis, reconciliationis & expiationis peccatorum, tam uiuorum, quàm mortuorum.

DE INVOCATIONE SANCTORVM TITVLVS XXIII. ARTICVLVS I.

RHET.

DOcemus articulo nostro uicesimoprimo, quòd memoria sanctorū præponi potest, ut imitemur fidem eorum & bona opera. Sed scriptura non docet inuocare sanctos. Et petere ab eis auxilium, habet aliquid periculi. Deus enim unum nobis pręposuit mediatorem & propitiatorem, pontificem & intercessorem: Hic inuocandus est, & promisit Deus se exauditurum esse preces nostras per eum. Si itaque inuocamus sanctos pro auxilio, blasphemamus Christū, qui solum habemus propitiatorem & mediatorem. De cuius solius plenitudine omnes accepimus

Memoriam

Memoriam sanctorum, eorumq; uenerationem nō sper-
 nis: eorum uerò cultum, ad tria utilem prædicat uester Me-
 lanchthon. Primò ut sit gratiarū actio. Debemus enim Deo
 gratias agere, quòd ostēderit nobis exempla misericordiæ,
 quòd significauerit se uelle saluare homines, quodq; dederit
 doctores, & alia dona ecclesiæ. Secundò, sanctorum cultus
 est confirmatio fidei nostræ. Cū enim uidemus Petro con-
 donari negationem, erigimur & nos, ut credamus quòd ue-
 re gratia exuberet peccatū: sicq; à malo resipiscamus. Ter-
 tiò, honos sanctorum est imitatio, primum fidei, deinde cæ-
 terarum uirtutū: quas imitari quisq; pro sua uocatione de-
 bet. Hæc Melanchthonis dicta non negamus, nec reproba-
 mus. Fatemur quoq; quòd Christus est solus propitiatio pro
 peccatis nostris: qui abundantissimè pro totius mundi pec-
 catis satisfecit, offerens Deo patri maius pretium in recon-
 ciliationem, quàm totius generis humani offensa demerue-
 rat, quòdq; Deus præposuerat eum propitiatorem, & me-
 diatorem pro nobis. Verūtamen sanctorum inuocationem
 & intercessionem dicimus non detrahere officio aduoca-
 tionis christi.

Articulus 2.

Hæc duo non uidentur sibi consonare. Chri- R H E T.
 stus solus est propitiator, solus mediator: & me-
 diatores seu aduocati sunt sancti.

Quando Ioannes ait. Hæc scribo uobis, non peccetis: THE O.
 sed & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem 1. Ioan. 2.
 Iesum christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis
 nostris. Nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius
 mundi. Et quando Paulus dixit. Per ipsum habemus acces- Ephes. 2.
 sum ambo (scilicet qui fuimus longè & qui propè) in uno
 spiritu ad patrem. Neuter addidit hanc notam (solum) ut sit

DE INVOCAT. SANCTO.

Christus solus aduocatus: aut per eum solum, accessum habeamus ad patrem. Donetur tamen, ut id sensus exposuit. Hæc duo simul uerificantur. Christus solus est mediator, atq; per eum solum accessum habemus ad patrem. Mediatōres sunt & sancti: ac per eos Deum adimus. Nam hæc functiones utrisq; non conueniunt in eodem gradu. At ne præter scripturam uideamur loqui, multa talia in ea reperimus.

1. Cor. 3.

Dicit nanq; Apost. Fundamentum aliud nemo potest ponere,

Ephe. 2.

aliud posuit Ephe. fundamentum, dum inquit, Vos estis ues sanctorum, & domestici Dei: superædificati super fundamentum Apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide christo Iesu. De quo fundamento ait Ioan. Vi ciuitatem nouam Hierusalem: Et murus ciuitatis habet fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duode-

Apoc. 21.

cim apostolorum, & agni. Vides quomodo Christus solus, dictus est unicum fundamentum: nihilominus Apostoli & prophete fundamenta censentur & ipsi. Discrimen igitur est utriusq;. Nam fundamentum primum est solus christus: quia de suis mysterijs est fides. Fundamentum autem secundarium dicti sunt prophete et Apostoli, quia eam de christo fidem prophete prædixerunt: Apostoli autem fidem de christo promissam, impletam prædicauerunt. Prophete christum uenturum prænunciauerunt: Apostoli uero christum iam uenisse nunciauerunt. Sic fuerunt Apostoli fundamenta, in christo angulari lapide: qui uetus & nouum testamentum in unum adunauit. Huiusmodi multa reperiuntur in sacro eloquio.

1. Timo. 2

Dicit nanq; Paulus ad Timot. Vnus est Deus. Et ad Galat.

Galat. 3.

Deus unus est. Et rursus dicit Saluator. Patrem nolite uocare

Matth. 23.

re uobis super terram: unus est pater uester, qui in caelis est

Et iterū. Nec uocemini magistri: quia magister uester unus Ibidem.
 est. Et rursus. Vnus est legislator, & iudex. Et pater omne Iacob.
 iudicium dedit filio. Obsecro an pugnare putabis hæc, cum Ioan. 5.
 alijs scripturæ locis, quæ uidentur ex diametro cōtraire? ue-
 luti quando incōmunicabile deitatis nomen ad homines trās-
 fertur: ut in illo. Ego dixi dii estis: quando apostolis promit Psalmus
 titur quòd sedebunt super sedes duodecim, iudicantes duode- Matth. 19
 cim tribus Israel: quando dominus ait. Honora patrem tuū: Marc. 7
 quando ecclesiæ decorem Paulus explicans dicit: Deus po- 1. cor. 12.
 suit in ecclesia primò Apostolos, secundò Prophetas, tertio
 doctores, an ut sint, & nō nōnominentur? Vides itaq; quò scri-
 ptura dicit unum Deum, & plures admittit: unū asserit iudi-
 cem, & duodecim Apostolos iudices facit: deum solum pa-
 trem uocari iubet, & patres honorandos dicit: unum ma-
 gistrum uocari præcipit, & alios magistros uocari uetat:
 & tamen in ecclesia plures esse commemorat. Nihil itaque
 officit unum esse supremum mediatorem, & aduocatum,
 atque in suo genere solum & unicum, aliosque secundarios
 esse mediatores seu aduocatos: præsertim cum dominus ip-
 se quæsierit uirum, qui interponeret sepem. (glos. inter Ezech. 22.
 cessionem.) & staret oppositus contra eum, ne dissiparet
 eam: quod munus est mediatoris. Articulus. 3.

Christus solus est sacerdos secundū ordinem RHET.
 Melchisedech: cuius munus est, orare pro popu-
 lo. Nunc autem & sancti in Christi locum subro-
 gantur: non sine eius contumelia.

Esto, unicus ille in suo gradu sit interpellator christus: THEO.
 tantæ uirtutis, ut non modò donum gratiæ nobis impetret,
 uerum & largiatur. Nihil tamen obest, quo minus possint
 esse sub Christo, & alij interpellatores: qui & grandia no-

DE INVOCAT. SANCTO.

- inhibi*
Hebr. 5. bis suis precibus obtineāt apud Deum beneficia. Dicit enim
 Apostolus. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro
inhibi
 hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: ut offerat
 dona, & sacrificia, pro peccatis. Quoties enim Moyses &
 Aaron dominū suis precibus placauerint, quæ uel Israelitico
inhibi
 populo impetrauerint, nō ignorat qui sacras literas legent.
Actū. 12. Nōne & fidelium preces Petrum de carcere eripuerunt.
1. Timo. 2. Sed & Paulus in suis epistolis pro se orationes exposu-
inhibi
 it: iussit & preces fieri pro regibus, et his qui sunt in sub-
 mitate constituti, &c. Sed & ipse dñs mediatorē hoīem su-
Iob. 42. mere iussit, dum ait ad amicos Iob. Sumite septē taurōs
 septē arietes, et ite ad seruum meū Iob, et offerite pro uobis
 holocaustum: Iob autē seruus meus orabit pro uobis: facien-
 tius suscipiam, ut non uobis imputetur stultitia. Si (qui tam
 insipienter contra Deum locutus fuerat, ut redargutus a do-
 mino diceret, idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam
 in fauilla & cinere,) ualuit impetrare suis amicis cōmis-
 sionem ueniam: quidni poterunt impetrare sancti, iam in tuto
 extra procellas constituti, & ab omni reatu liberi? Ait nāq;
inhibi
Argu. lib. 2. questionum super Exodū exponens ritum tab-
 ernaculi. q. 108. Martyrum orationibus propitiatur Deus
 peccatis populi sui, Nec (ut autumas) sancti subrogantur in
 locum christi, sed simile munus mediatoris cum christo sor-
 tiuntur, non autem par, aut æquale. *Arti. 4.*
R H E T. Sancti dñ hic uiuunt, ut pro nobis interpellent
 admittimus, nec derogare aduocationi Christi, q
inhibi
 uerò iam in domino dormierunt, quod pro no-
 bis intercedant, scriptura non docet.
T H E O. Imitaris errorem Vigilantiū, qui ait. Dum uiuimus, me-
 tuō pro nobis orare possumus, postquā autem mortui su-

rimus nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cū
 martyres ultionem sui sanguinis obsecrātes, impetrare non
 quauerunt. Cui errori consentientes Vualden. dicunt suffra-
 gia sanctorum in coelis cum Christo regnātium, frustra in-
 terpellari: quæ iuuare non possunt. Contra Vigilantiū scri-
 bit Hieron. epi. 10. hoc modo. Si Apostoli & martyres ad-
 huc in corpore cōstituti, possunt orare pro cæteris, qñ pro
 se adhuc debent esse solliciti: quantò magis post coronas,
 uictorias, & triumphos? Vnus homo Moses sexcentis mi-
 libus armatorum impetrat à Deo ueniā. Et Stephanus imi-
 tator domini sui, & primus martyr in Christo, pro perse-
 cutoribus ueniā deprecatur. Et postquam cū christo esse
 coeperint, minus ualebunt? q. d. minimè. Sanctos uita fun-
 ctos, pro nobis intercedere docet Aug. tract. 84. super Ioā-
 nem, qui sic ait. Ad mensam domini non sic sanctos marty-
 res commemoramus, quemadmodum alios qui in pace re-
 quiescunt, ut pro eis oremus: sed magis ut ipsi pro nobis
 orent. Rursus idem in sermo. 44. ad fratres in eremo, circa
 mediū, sic ait. Ora pro defunctis: ut dum fuerint in æterna
 uita, pro te orare non negligant. Chryso. quoque in sermo.
 sanctorum martyrum Maximi, & Iuuentij, sic insert. Idcir-
 co eos inuisamus, & tumulos adornemus, magnaq; fide re-
 liquas eorum cōtingamus: ut inde benedictionem aliquam
 assequamur. Etenim sicut milites uulnera quæ in prælijs fue-
 re sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquuntur: Ita &
 illi manibus obsecta capita gestantes, & in medium asseren-
 tes, quæcūq; uoluerint apud regem cœlorum impetrare pos-
 sunt. Dicit quoque Cornelius papa & martyr in suo decre-
 to. Leuauimus corpora apostolorum Petri & Pauli de ca-
 thecumbis, orantes Deum & dominum nostrū Iesum chris-

DE INVOCAT. SANCTO.

stum: ut intercedentibus sanctis suis Apostolis maculas ue-
strorū purget peccatorū. Gregorius quoq; ad regem Vigi-
gothorum sic scribit. Misi ad te ferrū de cathenis sancti Pe-
tri: partē ligni dominicæ crucis: & aliquid de crinibus be-
ti Ioānis Baptiste: ut per intercessionem præcursoris domi-
ni, solatium habeatis: uide infra arti. 9. Arti. 5.

RHET.
THEO.

Priscos patres Deū interpellasse, nō sctōs lego.
Augustinus diuum Hierony. uita sanctū sic interpellat,
ut est uidere in eius epistola ad Cyrillum episcopum Hiero-
solymitanum de magnificentijs Hieronymi. Quæso tuus
uuli quanquam uilissimi quem dilexisti in mundo nimita-
ritatis affectione recorderis: ut tuis interuentionibus a pec-
catis emender: tua gubernatione recto calle, inoffenso pe-
pcedā, defensionibus tuis asfiduis, ab inimicis mihi cōtinu-
insidiantibus protegar, tuoq; sancto ductu salutis attingam
portum. Ipse quoq; Hiero. diuam Paulam postquam migra-
uerat in Bethleē supplex orauit: ut patet in eius epitaphio
his uerbis: Vale o Paula, & cultoris tui ultimam senectute
orationibus iuuua. Idem fecit & beatus pater Ambro. descri-
bens præclaræ uirginis Agnetis martyrium, & uirtutes:
nec non, & beatorum martyrum Geruasii et Prothasii, Vi-
talis quoq; & Agricole prodigia extollens. Magnus quoa-
que ille Gregorius plurimos sanctos interpellauit: quæda-
modum in eius dialog. est conspiciere. Theodosius. 2. Impe-
rator, ut habet histo. tripar. lib. 10. cap. 26. ad loculum Ioan-
nis Chrisost. supplicauit pro Arcadio & Eudoxia, ut igno-
ranter delinquentibus ueniam cōdonaret. Concilium etiam
Basilien. sessione. 40. dicit sanctos interpellandos. Cypria-
nus quoq; epi. 1. ad Cornelium in fine sic habet. Siquis hinc
nostrum prior diuinæ dignationis celeritate pcesserit: peti-

seueret apud Deum nostra dilectio: pro fratribus & sororibus nostris, apud misericordiam patris non cesset oratio. Neque sic interpellandos sanctos dicimus, ut ipsi ocio torpeamus. Ait enim Chrysost. super Matt. hom. 5. Deus salutem nostram non tam alijs rogantibus pro nobis uult donare, quam nobis: ut hoc ipso, quo irā in nos eius placare cupimus, ad studia meliora migremus. hæc dicimus, non ut pro peccatoribus supplicandum esse sanctis negemus: sed ne nosmetipsos in ociū ac desidiā resoluamus: & dormiētes ipsi, alijs tantūmodō nostra curanda mandemus. **Arti. 6.**

Licer patrum aliqui asserāt sanctos pro nobis **R H E T.** orare cū uita migrauerint, eosq; interpellauerint: hoc nullo scripturæ testimonio fulciunt.

Non est existimandum tantos patres sanctitate & sciētia clarissimos agere uel asserere quod scripturæ non foret consentaneum. Vel ipsum Bedam scripturam citantē libeat audire. Ait nāque super illo Ioan. Venit hora cū non in **THE O.** prouerbijs loquar uobis: sed palām de patre annūciabo uobis: In illo die in nomine meo petetis. Ibi ueraciter in nomine Iesu petunt electi, dum pro nostra fragilitate intercedūt: quatenus saluationis sortem pertingamus: à qua adhuc inter insidias hostium peregrinamur in terris. Quam sanctorum petitionem aptissimē in die futuram promisit: Illo, inquit, die, in nomine meo petetis. In die etenim petunt: quia nō inter tenebras pressurarum (ut nos in præsenti) sed in luce sempiternæ pacis, & gloria beatorum spirituum, pro nobis intercessio funditur. Quodque de intercessione beatorū intelligitur, uel ex illo accipe quod dicit. In illo die palām de patre meo annūciabo uobis. Quod quidem non **1. COR. 13.** sit in præsenti: quia uidemus nunc per speculum in ænigma

DE INVOCAT. SANCTO.

- te: tunc autem facie ad faciē. Si cui hic locus nō sufficit, ad
genes. 48. dam tam ueteris quā noui testamenti testimonia. Iacob
 nanque moriturus benedixit filiis Ioseph: dicens. Inuocet
 nomen meum, nomina quoque patrū meorum super me.
Exo. 32. Moyses quoque orauit ad dominum, dicens. Quiescat ira
 tua, & esto placabilis super nequitia populi tui: recorda
 Abrahā, Isaac, & Israel seruorum tuorum (Glos. ordi. qu
 bona sanctorum patrum sepe subueniunt filiis suis.) Vides
 quomodo Iacob nomen suum, patrūque suorum petit in
 uocari: proculdubio ut intercedāt. Moses quoq; per merita
 patrū interpellat, qui deo uiuētes, pro filiis orēt. Scribit
4. Reg. 19 etiā in li. 4. Reg. Protegā ciuitatē hanc propter me, et pro
 pter Dauid seruum meum. Cuius merita supplicant etiam
 post mortem. Si de his authoritatibus cauillum struer
Ezec. 14 queris: audi domini per Ezechielem clarius testimonium.
 Si steterint (inquit dominus) hi uiri Noe, Daniel, & Iob,
 ipsi animas suas liberabunt: animas uerō filiorum aut filia
Ezec. 15 rum non liberabūt. Et iterū. Si steterint Moyses et Samuel
 corā me, non est anima mea ad populum istum. Quid nam
 que est istud stare, nisi per supplicem orationē intercedere?
Baruch. 3. Baruch quoque ait. Domine deus audi nunc orationē mor
 tuorum Israel. Angelum etiā orasse pro Hierusalem scribit
Zacha. 1. Zacharias. Et pari rōne qua angelus, etiam aīa beata orare
 potest. Quiq; orare ualeat pro uniuersali ecclesia, potest
 etiam supplicare pro particulari negotio. Nec graueris autē
2. Mac. 15. dire et illud Oniæ testimonium. Apparuit Onias Iudæ Ma
 chabæo, dicens: Hic est fratrum amator & populi Israel.
 Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa sancta ci
 uitate, Hieremias propheta Dei. Qui huius libri testimo
 niū refutat, Iudæum non Christianum se protestatur: cum

ecclesia illum librum recipiat: ut docet Aug. 18. de ciuita.
 cap. 30. Et lib. 2. contra epistolā Gaudentij. Et diffusius dis-
 seruimus tit. 18. arti. 11. Si inter hæc testimonia adhuc flu-
 tuat animus: uel ipsius Christi crede assertiōi. Nolite (in- Ioan. 5.
 quit) putare quia ego accusaturus sum uos apud patrē: Est
 qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Quid enim de
 Mose sperare poterant Iudæi, nisi intercessionem? Neque
 spem illam reprehendit Christus: sed tali spe eos indignos
 asserit. Præterea si Moses uita fūctus accusare potuit, qua-
 re nō ualuit & intercedere? An beatitudine iā perfruētes,
 & charitate perfectos, putas seuiore effectos, ut possint
 accusare: et nō benigniores, ut ualeāt intercedere pro alijs?
 Diuiti quoque Epuloni, in inferno sepulto, si licuit, pro re-
 frigerio aquæ guttam postulare, per Lazarum porrigendā:
 uel ut ipse Lazarus ad fratres informādos mitteretur: qua-
 re non poterunt uiui, beatorum expostulare suffragiū &
 orationem? Dicit namq; Ioannes: Ascēdit fumus incensorū, Apoc. 8.
 de orationibus scōrū, de manu angeli, corā Deo. Art. 7.
 Dicit dominus. Gloriam meam alteri non dabo. R H E T.
 Et Paulus. Soli Deo honor et gloria. Gloria autē Esa. 42.
 & honor Christi, ē esse meditorē: ergo solus est. 1. Timo. 1.
 Scriptura semetipsam explanat: gloriā suā, hoc est sibi
 debitā alteri non dabit dñs. Gloria & honor Deo debitus,
 ad aliū trāsferri non debet. Non tñ ex his sequitur, quin ali-
 qui digni sint gloria & honore: sed non Deo debitis: quem
 admodū de Christo dicitur. Erat lux uera, quæ illuminat Ioan. 1.
 omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et tamen
 ipse de discipulis ait: Vos estis lux mundi. Et alibi. Sic lu- Matth. 5.
 ceat lux uestra corā hominibus, ut uideant opera uestra bo- Ibidem.
 na. Est ergo lux Christus: sunt & discipuli, sed stella dis-

DE INVOCAT. SANCTO.

fert à stella in claritate: & aliud lumē solis, aliud Lunæ, aliud Stellarum est lumen. Ita gloriam, honorem, aduocationem, aut munus propitiationis conueniens Christo, in eo gradu ad alium trāsferre, aut alteri communicare nefas est: aliqua tamen gloria sanctis par est, & honor. Dicit enim sapiētia ipsa, danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Et de homine dicit Regius propheta. Gloria et honore coronasti eum. Articulus. 8.

Eccles. 51.

Psal. 8.

RHET.

Non præter equitatē reprehendit Erasmus nonster hunc uel illū diuum inuocātes, fontē uerotiū bonitatis Christum, quem proposuit nobis Deus aduocatū & patronū, deserētes. Sūt enī (ut ait in Enchiridio) qui certos diuos colūt, quibuscūcæremonijs: Alius Christophorum singulis salutat diebus: sed non nisi uisa imagine. Nēpe quod hic sibi persuaferit, sese eo die à mala morte tutū fore. Alius Rochū quendā adorat: Sed cur? quod illū credat pestem à corpore depellere. Alius Barbaræ: alius Ceorgio quasdam preculas admurmurat, ne in manus hostium incīdat. Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleant dentes. ille uisit Iob simulachrum, ut scabie careat. Hiereonī, aut Alexiocereolos accēdit, ut res quæ periit recipiatur. in summa, ad hunc modū, quot res sunt quas uel timēt, uel cupiunt homīnes, totidem illis diuos præficiunt. Christus uerò illis in mentem non uenit.

THEO.

Siquid in his citra religionē à quibusdam agitur, in melius erat reformandum. Siquid autem horū piē ab alijs factum non erat ab eo deterrendum quod piē geritur. Vide itaque ne pro sua, ac sanctorum iniuria tibi respondeat dominus.

dicens. An non licet mihi, quod uolo facere? an oculus tuus Matth. 20
 nequam est, quia ego bonus sum? Diuidit profectò dominus 1. cor. 12.
 singulis prout uult. Quòd uerò sancti nobis opitulentur fa-
 cultatibus & gratijs à domino sibi impensis, atque distri-
 butis: tum patrum exemplis, tum eorum rationibus & sen-
 tentijs comprobabimus. Nam heroica uirtute omnes ful-
 serunt, gratiaq; ualent apud omnipotentē Deum, quem præ-
 ceteris ex toto corde dilexerunt: pro cuius amore tot incō-
 moda perpesi sunt, tāta præclara opera patrauerūt. Quo
 circa & nobis opitulari possunt obq; charitatem qua inflā-
 mati sunt, nobis bene uolunt. Si negaueris eos interpellan-
 dos ad opem ferendā, Ratio tua sit oportet aut quia id præ-
 stare non ualent, aut quia ad Deum omnipotentē sit solūm
 recurrendū. Non negabis eos ualuisse dum in corpore mor-
 tali adhuc uiuerēt, dum adhuc peccare possent, quinimmo
 & peccarent, dumq; incerti adhuc de propria salute essent
 nondum Christo coniuncti per confirmātem gratiam, suis
 orationibus nobis auxiliari, aut facultatibus eis à domino
 distributis nobis uaria beneficia conferre. Dederat nanque Lucæ. 9.
 eis Christus potestatem ut demonia eiicerent: & ut lan-
 guores curaret. Etenim de beato Petro Apostolo legimus, Actuum. 6
 quòd ponebant in lectulis & i grabatis per plateas uarios
 languidos: ut saltem eo ueniente, umbra eius obumbraret
 eos, & sanarentur. Si uiuentes hæc ualuerunt: quid cōmi-
 serunt (obsecro) quid perdiderunt posteaquā iam effecti
 sunt ciues sanctorū et domestici Dei oīpotentis, angelorūq;
 consortes, ut ea facultas sit eis adempta? quam omnis ratio
 & fides suadet non ademptā, sed adauctā. Audi & diuum
 Hiero hoc ipsum in epistola. 10. contra Vigilantium asserē-
 tem, Si (inquit) Apostoli & martyres adhuc in corpore

DE INVOCAT. SANCTO.

constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se adiu-
debent esse solliciti: quāto magis post coronas, uictorias et
triūphos? Quod uerò deus non solus sit interpellandus,
probatum est. articu. 3. Nam aduocatio sanctorū in patria
non derogat aduocationi Christi: nec eorum operatio glori-
æ Dei: quia ipsi sancti quicquid agunt, ut instrumenta di-
uinae bonitatis faciunt iam in cælo, sicut fecerunt in terra.
Hanc quoq; eorum intercessionem, aut operationem mira-
culorum, in terris diximus non præiudicare diuinæ gloriæ:
ergo nec in cælis eorum supplicatio, aut uirtus operandi
diuinæ gloriæ detrimentū affert. Docet enim hist. eccl. lib. 5.
cap. 5. quomodo Potamiena uita sancta impetrauerit con-
uersionem Basilidis spiculatoris. Articulus 9.

RHET. Quomodo alijs opitulari poterūt sancti in pa-
tria, qui sibi mereri nequeunt, et operum suorum
plenam receperunt mercedem?

THEO. Aliud est mereri, aliud est per orationem alteri suffragari.
Meritum iustitiam respicit: impetratio amici, liberalitatis
innititur, ideoq; conuenire potest alicui oratio aut opitula-
tio, cui non conuenit meritum. Receperūt quidem sancti in
aeterna beatitudine iam triumphantes laborum suorum seu
pereffluentem mercedem. Valent et naufragantibus auxilia-
ri: nō quia iam id mereantur, sed quia in acie hic militan-
tes, hoc aliquando meruerunt. Quemadmodum Aug. ait
in lib. de cura pro mortuis agen. cap. 1. Quod aliqui ualent
à pœnis purgatorij, per aliorum preces liberari, nō quia id
iam mereantur, sed quia dum uiuerēt hoc ipsum meruerūt.

Tēpus quidē merēdi mortuis est ademptū, scđm illud Salua-
toris. Venit nox in qua nemo pōt opari. Et illud Ioā. Beati
Apoc. 14. mortui qui in duo moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut

requiescāt à laboribus suis: opera. n. illorū sequuntur illos.
 Quod uerò illis asit facultas pro alijs orandi & opitulan-
 di: docet Augu. in lib. meditation. ca. 24. dicens: Felices san-
 cti per uestram charitatem, qui securi estis de uobis, solliciti
 estote de nobis. Per ipsum uos rogo, qui uos elegit, estote iu-
 giter memores nostri. Subuenite nobis miseris, qui adhuc
 in salo huius uitæ agitamur procellis. Date manum, & eri-
 gite iacentes: intercedite & orate constanter & indefinena-
 ter pro nobis miseris peccatoribus, ut per uestras oratio-
 nes, sancto consortio uestro coniungamur: quia aliter salui
 esse nō possumus. Gregorius uerò Nazianzenus sic magnū
 Basilium uita functum interpellat in Monodia. Tu mihi in-
 te speranti hanc gratiam redde: Tu obiter è cælo nos respi-
 ce: & datam mihi renum debilitatem, ac articulorum dolo-
 rem uel iube discedere, uel adiuua & hortare me æquo fer-
 re animo: ut hinc demum discedentem me in æterna taber-
 nacula recipias. Ipse quoque Magnus Basilius in serm. 40.
 martyrum, ita habet. Beneficium hoc fratres, gratiam hanc
 minime deficientem ante sine inuidia ex Deo obtinemus, ut
 paratum sit nobis, & ecclesiæ per hos martyres auxilium.
 Vbi enim sunt isti, quis dubitet Deum esse præsentem? Qui
 aliqua premitur angustia, ad hos confugiat: qui rursus læta-
 tur, hos oret, hic ut à malis liberetur, ille ut duret in rebus
 lætis. Hos orans mulier pro filijs, auditur: peregrinanti ui-
 ro reditum incolumem, ægotanti salutem implorat. Cum
 his ergo martyribus nostras effundamus preces. Huc acce-
 dit quod ait Chryso. in serm. beati Babilæ. Tanta (inquit)
 sanctorum uis est, ut demones cum uiuūt, eorū umbras &
 uestes ferre nequeāt: defunctorum tumulos formident.

His apertissimis patrum testimonijs, liquet sanctorum

DE INVOCAT. SANCTO.

beatissimis inesse animis facultatem precandi omnipotentem pro mortalium commodis. impetrandi, pariter & conferendi: illosque fidenter interpellandos: & ut id præstent, magna sunt nobis ueneratione colendi. Quem plura oblectat audire, legat August. de ciuitate dei, lib. 22. cap. 8. 9. 10. Videtur etiam quæ supra arti. 4. & 5. dicta sunt. Articulus.

RHET. Non est bona sequela. Deus operatur miracula apud sanctorum sepulchra: ergo sunt inuocandi. Sed bene sequitur. Ergo deus unice diligit sanctos suos, & benignum se exhibet eis.

THEO. Si sancti non sunt inuocandi, in qua sententia tu es: ergo speram ab hominibus inuocantur. Sanè insuper consequens est, Deum optimum suorum miraculorum uirtutibus, pios homines errore sacrilego detinere irretitos, dum ad sanctorum inuocationem miracula facit: Quod reuera cogitare nefas est. Qui uero sanctorum miracula non credit, non multum distat ab errore Vuicleui, & ab his qui christi miracula Beelzebub tribuerunt. Præterea uniuersalis ecclesie consuetudo non est aspernanda, sed amplexanda, ut habet August. in libro de cura pro mortuis. agn. cap. 1. Sed illa inuocat sanctos in letanijs & collectis: Ergo inuocandi sunt. Articulus.

RHET. Quot res sunt quas timemus, uel optamus, totidem illis diuos præficitis. Variisque diuersis in locis interpellantur, ad optata munera impetranda.

THEO. Obsecro quoniam modo potuerunt mortales diuersos præficere diuos rebus quas optant aut timent, cum illis datum non sit agnoscere illos his uirtutibus fuisse præditos: sed reuelatione diuina, aut scripturarum testimonio seu experientia (quæ est rerum magistra) id elucescit. Quamobrem homines rebus illis diuos non præficiunt: sed dominus, cuius

est solius potestatem hanc conferre, attestante eius Aposto-
 lo, qui ait. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: 1. Cor. 12.
 diuisiones ministrationum sunt, idem dominus: Et diuisio-
 nes operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur oia in
 omnibus. Et paulo post. Vnicuique datur manifestatio spiri-
 tus, ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sa-
 pientiae, alij sermo scientiae, alij gratia sanitarum, alij opera-
 tio uirtutum, &c. Haec omnia operatur unus atque idem spi-
 ritus, diuidens singulis prout uult. Cum igitur negari non
 possit dominum distribuisse dona sua: inter quae recensetur
 ab Apostolo gratia sanitarum, & uirtutes faciendi, nec oia
 uni, aut quibusdam distribuisse, sed quibus & quae uoluit,
 nec simul eisdem omnia praestitisse: constat non esse absonum
 uidere diuersos implorari sanctos, ad diuersa munera impe-
 tranda. Sed et uanum aut indecens dici nequit, si quis potius unum
 sanctorum, quam alium inuocet: utpote erga quem affectu ma-
 gis pio sit deditus: quocirca & maiorem fiduciam in eo ha-
 beat. Quae fiducia multum praestat ad obtinendum id quod
 optatur. Dicit enim Matthaeus, quod in patria sua Iesus non se-
 cit uirtutes multas, propter incredulitatem illorum. Matth. 13.

Quod etiam non unus sanctus tantum, omnibus in locis
 eidem morbo medeatur, pluresque idem perficiat uirtutes,
 quod alij in alijs regionibus eadem operentur, hoc ex im-
 mensa domini contingit benignitate, qui nationum ac gen-
 tium commodis se inclinat. Male enim ageretur cum genere
 humano, si unus solum medium in uniuerso mundo constitu-
 tus esset, quem multis in locis contingeret esse ignotum.
 Nunc uero multi in diuersis regionibus, propter uaria patro-
 cinia clariores redduntur sancti: qui forte obscuri delitescer-
 rent, licet uirtute multa & meritis pollerent. Curae siquis

DE INVOCAT. SANCT.

dem fuit benignissimo domino, quosdam ex amicis suis, non
 Solum in coelestibus regnis, gloria claros esse: uerum etiam
 & in terris apud mortales uoluit elucescere. Quod & Au-
 gustinus ad Clerum scribens testatur, dicens. Verum etiam
 ad ista quae hominibus uisibiliter nota sunt, quis potest dei
 iudicium de his perscrutari, quare in alijs locis miracula
 fiant, in alijs non fiant? Multis enim notissima est sancti
 loci ubi beati Felicis Nolen. episcopi corpus conditum est.
 Quò uolui ut pergerent quidam nostri, ut inde facilius fides
 liusque scribi posset, quicquid in eorum aliquo diuinitus fue-
 rit propalatum. Nam & nouimus Mediolani, apud me-
 morias sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter demones
 confitentur, furem quendam qui ad eum locum uenerat,
 falsum iurando deciperet, compulsus fuisse fateri furtum.
 & quod abstulit reddere: Non tamen hoc fit apud omnes
 sanctos: sed diuidit deus propria unicuique, prout uult.

Non igitur itaque sanctorum interpellatio carpenda: sed pro-
 rum fides erigenda est, non autem deterrenda. Si qui sunt
 contra religionem abusus, reformandi ueniunt & corrigendi.
 Dicit enim Coelestinus Papa, et recensetur, distinguenda
 docendus. Docendus est populus, non sequendus. Nos quo-
 que si nesciunt, eos quid liceat, quidue non liceat commone-
 re, non his consensum dare debemus. Cumque diuina iustitia
 patrociniū dare nequeat criminibus, in perniciosum finem
 non sunt interpellandi sancti. Non uiset quis diuum Iob, ut
 scabie careat effrœnius suis concupiscentijs satisfactorius
 sed ut habeat mentem sanam, in corpore sano. Non cerebri
 lum accendat quispiam alicui diuorum, ut prosperetur, ut
 ne deprehendatur in furto, aut rem deperditam recuperet
 eam profusus. Nec laudo eos qui limina Apostolorum

uel diui Iacobi, inter pocula spondent se adituros: uel ut terras contemplentur, uel ut reuertentes quadruplam pecuniā recipiant. Non enim Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene uixisse laudabile est: ait Hier. ad Paulinū. episto. 38. 3. partis. Ad stipulatur his nostris illud Michaelum circa Cōstantinopolim, de quo in histor. tripar. lib. 2. cap. 19. Et auctoritas Chryso. posita infrā tit. 25. arti. 2. in fi. Arti. 12.

Proferam aliquot argumenta, concludentia R H E T. Christum interpellandum: superuacaneumq; esse diuos inuocare.

Beneficia prestare, seruatum est omnipotenti Deo, q; operatur omnia, in omnibus: & ideo solus est inuocandus.

Præterea, dominus Deus longè magis propius est eum p̄cantibus quàm cæteri sancti: utpote qui multò benignior magis beneficus, ut liberalior est: ergo ipse potius interpellandus.

Et rursus, nos multò plus diligit, maiori' que charitate complectitur quàm sancti, qui nec proprio filio pepercit, sed pro nobis tradidit illū in ignominiosam crucis mortem: quapropter ad eū fiducialius est accedendum.

Et iterū, ideo nobis constitutus est aduocatus Christus, non quispiam diuorum: Cui & data est omnis potestas in cœlo & i terra, qui & nouit cōpati infirmitatibus nostris: non igitur sit sine eius iniuria, si alius quærat intercessor.

Fortè putatis eum egere auxiliatoribus in præstando officio: uel de uolūtate eius ambigitis. utrū id p̄stare uelit. Neutrū sanè existimari dici' ue pōt:

DE INVOCAT. SANCT.

6 quocirca delirū est, alios cōuenire intercessores.
Demum, ex scripturis tum ueteris, tum noui testamenti, nullum sanctorum patrum inuenies sanctis, aut angelis supplicasse. Quorū exemplis colligitur, nec licere nobis, nec debere id facere.

THEO.

Bona argumēta, & solutiones faciles. Dicis in primis, hoc seruatum omnipotenti Deo, ut solus beneficia cōferat. Quære scripturæ locum, & non inuenies. Deus enim melius egēs adminiculo, suauiterq; disponēs omnia, qui dicit, & facta sunt: ita res quas condidit administrat, ut eas melius proprios agere sinat: ut ignē calefacere, & urere, & humectare, & frigefacere: solem illuminare: semina plantarum, tum animalium gignere. Operatur Deus omnia in omnibus: rarò tamen sine causis secundis medianlibus. Ideoq; perspicuum est, quòd non sibi reseruauit, ut omnia beneficia per se ipse præstet. Constat enim dominum, plurima per ministros agere angelos. Etenim permulta cum Abrahamā, Isaac, Iacob, Loth, cæterisq; patribus egit Deus. Per angelum populum de Aegyptiaca seruitute liberauit. Per angelos Sodomā, castra Assyriorum, regem Aegypti Pharaonē prostrauit. Germinare etiā Deus facit terrā, sed per hominū culturā, ad sidereas influentias: ut experimur in uineis, ac frumētis. Si hæc et alia per causas secundas operatur Deus, quid mirū, si in exaudiendis mortalium uotis, idem ipse statuerit, intercedente sanctorum opera, & precibus, ipsis dona concedere: sanctisq; tradere facultatem, ut suis ministris impartendi beneficia? Præsertim cum id nihil illius infinite maiestati detrahat: sed ad eius accedat gloria manifestandam. Multa enim decentius, & cum maiori core, à regibus, & principibus per ministros sunt, quam

illa ipsimet peragerent: quinimo prorsus esset indecentia, si rex ipse promulgandi edicti sui præconem ageret: si equos sibi sterneret, si mensam aptaret, &c. Præterea supplicatio illa, quæ omnipotenti Deo fit, intercedentibus amicorū eius precibus, gravior est: tum quia illos plurimum diligit: et ab illis honorari gaudet, pariter, et ipsos uenerari, ubi iam nō unus, sed & plures sunt precatore. s. diuus ipse, ac eum interpellans: tumq; laudat subiectionē ipsam, & humilitatem quā precatio illa præ se fert, & quæ in orādo exigitur. Indicat enim illa sanctorū interpellatio, ipsos mortales se indignos existimare adire dominum: uel quicquā ab illo intrare. Quemadmodū enim, sicui ad regem pateret aditus, attamen se indignum censens, eos precaretur, quos apud ipsum authoritate, & gratia ualere cognosceret, ut illum ad regis conspectum introducerent: uel potius regis magnitudinem ueritus, suam cognoscens imbecillitatem, ipsos roga-
ret, ut preces suas regi ipsi deferrent, simulq; precarentur: gratius foret regi eum talem seruasse modestiam, quā si ausu quodā temerario illū ipsemet cōuenisset. Licet nihilominus postulata ipse concessurus erat: ita omnipotenti Deo gratiores sunt preces, quæ per sanctos interpellatos domino offeruntur. Ait namq; angelus Thobie. Quando orabas cum Thob. 12.
lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationē tuā domino. Quid ergo oberit, si eas sancti Deo offerāt, simul et ipsi precētur? Dicitur quoq; in Apocalypsi: Et alius an- Apoc. 8.
gelus uenit, & stetit ante altare habēs thuribulum aureum: & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum: et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli corā Deo. Quid est enim illarū ora-

DE INVOCAT. SANCT.

tionum coram Deo presentatio (cuius oculis omnia manifesta sunt) nisi ipsorum angelorum cum nostris orationibus concurreat. **Eccles. 35.** precatio: Dicitur quoque: Oratio humiliantis se, nubes penetrat. Et regius propheta David ait: Respexit Deus in orationem humilium: & non spreuit preces eorum. Nonneque patietur repulsam illius oratio, qui priorum sibi scius delictorum, timens diuinam offensam, ad sanctorum confugit intercessionem: sperans eorum intercessione obtinere quod sibi iuste pertimescit denegari.

C. 2 Cum autem secundo loco proponis. Deus benignior, liberalior: & munificentior sanctis est: igitur superuacuum est interpellare sanctos. Rationis huius imbecillitas in hoc dignoscitur, quod sequeretur ex ea superuacuum esse mortales pro se inuicem precari, quibus benignior & liberalior est Deus. Stolidissimus itaque fuisset ipse Apostolus.

1. Timo. 2 Stolidus Paulus in suis epistolis preces exposulans: nec cum tanta solitudine debuisset iussisse orationes fieri pro regibus, & alijs in sublimitate constitutis.

3 Si etiam ipse solus ideo rogandus est Deus, quia longe nos plus diligit, quam sancti: postulet igitur esuriens ab eo panem: non a vicino, aut ab amico. Infirmus ipsum adest, non medicum: & mortaliū quilibet quærat ab eo lenimen tam corporale, quam spirituale, non ab alio. Cum autem istud ratio non persuadeat, nec illud persuadebit.

4 Cum insuper dicas: Christus propositus est nobis adiutor: cur igitur inuocabimus sanctos: qui eo minus ualent. Dicimus scripturam, non seclusisse mediatores aut aduocatos.

Ezech. 22 secundarios: imò & docuisse ut est uidere in Ezechiele. **Iob. 42.** Iob. Interpellamus enim sanctos, non quia ipsi Christo benigniores sunt aut potentiores: sed quia eorum preces sunt

iores Deo, quàm nostræ: quia etiam tunc sunt quo precatore
res, sanctus scilicet, & interpellans. Et honos qui Dei ami
cis exhibetur, etiã in Dei redūdat gloriã: tunc enim res pa
riter honoratur, quando ueneratur eius amicus: ut habet
Damasceus. li. 4. ca. 16.

1. ex

Nec existimamus Deū egere auxiliatoribus, in præstā
do officio: neque de eius uoluntate diffidimus: sed conscien
tiæ nostræ metuemus, qui audimus, dominū per Esaiã to
nantem: Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos Esa. 1.
meos à uobis. Et cum multiplicaueritis orationem nō exau
diã: Manus enim uestre, sanguine plenæ sunt. Et Salomon Proue. 28.
ait: Qui declinat aures suas, ne audiat legē: oratio eius erit
execrabilis. Itaq; alios comprecatores assumimus sanctos:
ut quod nostris meritis nō ualemus, eorum patrociniō asse
quamur. Augetur et diuina gloria, si multi sunt precatore.

Tandem inquis, Nullum sanctorum patrum aut Aposto 6
lorum, docet scriptura sanctos interpellasse: sed solū Deum
adiisse comperimus. Huius assumpti imbecillitatem uel in
hoc perspicies, quòd non omnia dicta & facta patrum &
Apostolorum, imò nec ipsius Christi scripta sunt: testifican
te hoc dilectissimo Ioāne: Multa (inquit) fecit Iesus (quinim Ioan. ulti.
mo & docuit) quæ nō sunt scripta, quæ si scriberentur per
singula, nec ipsum arbitror mūdū capere posse eos qui scri
bendi sunt libros. Esto non interpellauerint ueteres patres,
aut Apostoli mortuos: quare nō licebit nobis interpellare?
Quos enim interpellamus, ipsi sunt Apostoli, & eorum se
quaces: Nec erant Apostolorum tempore patres noui testa
menti beatitudine fruētes, qui modo. Creuit enim paulatim
christiana religio in multis.

Præterea omnia omni tpe, aut omnibus non cōueniunt.

DE INVOCAT. SANC.T.

Valde enim offecisset, si quempiam mortalium uita funtū,
tunc precati fuissent. Nam rudis ille populus in idololatriā
procliuis, uel idololatri conuersus, eum interpellatum tan-
quam Deum adorasset: qui aestimauit quosdā uita functos
in deos translatos. At iam cognito Christo, propagato per
Apostolos euāgelio: mox per apostolicos uiros, Aposto-
rumq; successores, interpellandos sanctos testata sunt, &
etā, & facta uetustissimorum patrum. Gratumq; decla-
uit Deus eorum suffragiū, dum ad eorum preces uotivos
compotes effecit. Hinc legitur diuus Seruatiū Christum
guine iunctus, missus esse ab episcopis Gallie ad urbi, ad
sepulchra Apostolorum, Petrum & Paulum interpellatū.
Vide quæ suprā habentur lib. 9. ar. 4. August. quoque
lib. 9. confes. cap. 3. sic ait, Nebridium carne soluisi, & nūc
ille uiuit, in sinu Abraham. Iam nō ponit aurem ad os meū:
sed spiritale os ad ad fontem suum: & bibit quantum potest
sapientiam pro auiditate sua, sine fine felix. Nec sic eum
bitror inebriari ab ea, ut obliuiscatur mei: cum tu domine
quem potat ille, nostri sis memor. Articulus. 13.

RHET.

Matt. 11.

Ioan. 15.

Quid censes securius, ad Christum fiducia
bonitatis concurrere, qui ait: Venite ad me oēs,
qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos.
Et iterū: Siquid petieritis patrē in nomine meo,
dabit uobis. An ad sanctorum patrocinia conuo-
lare, deserto Christo?

THEO.

Si ideo solus conueniendus est Christus, quia ait: Venite
ad me omnes, qui laboratis, &c. Qua fronte Paulus po-
stulat, se Romanorum precibus adiuuari, dicens: Obsecro
uos, per dominum Iesum christum, ut adiuuetis me in or-
tionibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus

In Iudæa. Quæ fiducia ad eorum conuolant præsidia, qui se de proprijs miserijs non sufficiunt expedire: & non magis ad Christum conuolant? Tu tibi persuasum habes, nos Deum excludere, dum sanctos interpellamus: procul hoc est à ueritate. Sic enim sanctos interpellat ecclesia: ut Deum & Christum eius exorabile reddat. Cumq; sanctorum patrocinia postulamus, non Deum deserimus: sed cum ipsis ad communem dominum pro auxilio recurrimus, ut iam nō sit unus precator, sed plures. Sicut Adonias olim optās 3. Reg. 2. sibi matrimonium cum Abisac Sunamite, Bersabee matre Salomonis conuenit, sperans eius patrocinio quod optabat assequi. Vterque Salomonem regem adiit: Adonias uidelicet & Bersabee, & utriusque communis apud Salomonem fuit oratio.

Hic itaque ecclesiæ ritus non aspernandus uidetur, quæ aliquando tota fiducia Deum conuenit: aliquando quasi conscientie formidans, sanctos cum humilitate interpellat: quemadmodum est uidere in letanijs, ubi primum plena confidentia exoratur pater, filius, & spiritus sanctus: deinde ad patrocinium itur sanctorum: demum iterata fit ad Deum precatio. Hoc intuemur & in ecclesiæ collectis, & hanc gratia exempli asseramus. Concede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per Christum dominum nostrum. Ibi diuina clementia exoratur: deinde uirginis intercessio impleratur: ut postulata largiantur, per Christum dominum nostrum.

DE SANCTORVM VENERATIONE ET CVLTV. TITV. XXIII.

ARTICVLVS I.

RHET. **S**Anctorum debitæ uenerationi non detraximus: excessum autem in eorum cultu damnamus: dum plura eis quàm Christo impèduntur officia: dum magis ad eos, quàm ad Christum confugiunt, auxilia postulantes homines.

THEO. Non in eorum effèrendis laudibus aut præconijs celebrādis, quicquam peccatur excessu. Tam sublimis enim eorum uirtus, ut potius illam admirari ualeas, quàm dignis laudibus celebrare. Tantæ gloriæ participes effecti sunt, ut uerba quibus explicemus desint. Quisnam honos, quæ reuerentia par, quæ laus æqua tribui potest tantæ uirtuti: tanto decori: tantæ gratiæ: tot meritis: tantæ gloriæ amicis Dei omnipotentis: quinimò & filiis Dei per adoptionem. Nulla sanè æqua, immo nec condigna eis præstari possunt, præsertim cum omnis honos, & laus in eum qui illos sanctos effecit, redundet ac referatur. Dicit enim Damascenus lib. 4. ca. 6. Honor qui exhibetur benignis gratisq; conseruis, beneuolentiæ apud communem dominum indicium est. Quapropter et Dauid ait, Laudate dominum in sanctis eius. Et Hieron. ad Riparum, epist. 11. par. 1. Honoramus reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad dominum.

Articulus. 2.

RHET. Venerandos quidem admittimus sanctos, sed Deute. 10. eos adorari non sinimus. Hoc quippe ab idololatriæ uitio putamus non uacare, præcipiente do-

mino: Dominum Deum tuum adorabis: & illi Matt. 4.
soli serues.

Eodem schemate quo adoratio, & seruitus præcipitur THEO.
domino exhibenda: sed per domini uerba non adimitur ser
uitiū domino à seruo præstandū: ergo nec secluditur adora
tio, quibuslibet alijs sanctis facienda. Sed illa adoratio, illaq;
seruitus prohibetur creaturæ impendi, quæ Deo debetur.
Quamobrem fatemur, adorationē in appropriato suo no=
mine sumptam, quæ dicitur seruitus soli Deo exhibēda, in=
quantum est principium & finis omnis creaturæ, soli Deo
conuenire neq; posse ad diuos quoslibet transferri. de qua
adoratione loquitur & adducta authoritas, & Hieron. ad
Ripar. in articu. præcedenti.

Verū tamen quoniam adorationis nomen, in scripturis
Deo pariter et creaturæ tribui inuenitur: dicimus quādoq;
etiam sanctos adorandos. Nec absonum hoc cuiquam uidea
tur: cum & deitatis nomen alij cōmunicari inueniemus: di
cente Propheta: Ego dixi dii estis: cum tamen unus solus
Deus sit, & non multi. Benedicens nanq; Isaac filio suo Ia=
cob ait: Seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Sed & Gen. 27.
ipse Iacob septies adorasse fratrem suum Esau legitur, quod Gen. 33.
& fecerunt uxores eius, & filij. Scribitur quoq; in lib. Pa= 1. Par. 29.
ralipo. Benedixit omnis ecclesia domino Deo patrum suo=
rum: & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, deinde re
gem. Et in 3. Reg. libro dicitur: Inclinauit se Bethsabée, & 3. Regū. 1.
adorauit regē. At ne dicas adulationis causa id factū: audi
quod sequitur: Cum introisset Nathan propheta ante cōspe
ctum regis, & adorasset eū, pronus in terrā, dixit, &c.

Vides in his alijs locis scripturæ, adorationem etiā crea
turis impendi. Absit autem, ut ea impēdatur creaturæ, quæ

DE VENERAT. SANCT.

Deo debetur. Sed quæ creaturæ impartitur, importare
 detur quandam uenerationem excellentem, quæ impeditur
 ei, in quo gratia diuina præ cæteris emicat. Ne autem ex con-
 fusione, quod Dei est, tribuatur creaturæ: ne etiam sue ma-
 litie uelamen habeat perfidia hæreticorum, theologi ad-
 tionem partiti sunt in latrariam, quam dicunt cultum aut
 uirtutem soli Deo debitam, in quantum est principium
 nis omnis creaturæ. In duliam, quam cæteris eminētiōri-
 personis tribui nō recusant: & in hyperduliam, quam non
 nisi Deo cōiunctissimis, & superexcellentem Dei gratiam
 participantibus tribuūt: ueluti christi humanitati, aut De-
 paræ uirgini, &c. Articulus. 3.

RHET. Semper nouos, ac scripturæ sacræ ignotos ad-
 ducis terminos.

THEO. Nouis uulneribus noua adhibenda sunt pharmaca. Ante
 tequam enim hæreses insurgerent, liberius aliquando locu-
 ti sunt doctores: quemadmodum nulla orta hæresi circū-
 nitatem, substantiæ nomen aliquādo essentiae, aliquādo pa-
 tris tribuerunt. Vbi uerò Arrius filium minorem patre con-
 tendit, nō eiusdem cum patre substantiæ: sed similem patri,
 tantum in uoluntate non in natura, factumq; ex non extan-
 tibus. Vbi Sabellius unam patris & filij & spiritus sancti
 personā asserere conatus est: ad limam hypostasis, substan-
 tiæ, & usiæ, nōibus usi sunt. Vnde in symbolo Nicæno, cō-
 tra Arrium dicitur, filium esse cōsubstantialē patri, quod
 Græci Homousion dicunt. Quem quidem terminum reci-
 pere noluerint Arriani: quia in scripturis nō habetur: quæ
 admodum est uidere in histo. tripar. lib. 5. cap. 42. Quibus
 respondet Ambr. cap. 3. de fide contra Arrianos. Si ueritas
 ipsa contineatur, quare p̄fiteri nō licet? Dicit quoq; Athanasius

nasius disputatio. 1. contra Arrium: Ecclesiastica semp moris est disciplina, siquando hereticorum noua doctrina exurgat, contra insolentes questionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum uocabula imutare, & significantius rerum naturas exprimere: quae tamen existentium causarum uirtutibus congruant. hoc modo ne heretici ansam erroris accipiant, neue erroris sui uelamen producere queant, doctores latinae, dulcia & hyperdulcia nominibus usi sunt: etiam ueteres, ut est uidere in Aug. lib. 2. quaestionum super Exo. q. 94. Et in commentarijs Bedae super. 4. ca. Lucae lib. 1. super illo Saluatoris uerbo: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Articulus. 4.

Cultum exhibemus diuinae uirgini Mariae, cum eius congratulamur praeelectioni: cum uirginitatem, humilitatem, aliasque eius uirtutes imitamur. Sed quod ueneremur rosarijs, decemue granis, nugae & mendacia sunt Dominicanorum, & Franciscanorum. Et superstitio non minus stulta quam impia, uanissimam fiduciam alens.

Vtinam dicta tua sint auctoritatibus munita, quemadmodum conuitijs respersa inuenimus. Dicis, mendacia & nugae sunt Dominicanorum, & Franciscanorum, si oratio dominica, & salutatio angelica, per modum rosarii peroretur & frequenter. Nunquid medax & nugatrix fuit Elisabeth huius carminis praecedrix, quae spiritu sancto repleta (ut ueritas habet euangelica) exclamauit uoce magna, dicens: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Nunquid hallucinatus fuit archangelus ille Gabriel, coelitus hoc elogium asserens: Ave gratia plena, dominus tecum. Habes salutationem illam non ex Dominicanorum aut Fran-

DE VENERAT. SANCTO.

ciscanorum nugis confictam: sed ex ueridicis paranympis,
 & beatæ illius grandæuæ mulieris sermonibus confectam.
 Orationem uerò dominicam quis præsumet dicere huma-
 num commentum, quam ipse Dei filius ac sapientia patris
 suis discipulis dedit perorandam? Quid(oro)culpæ erit
 hæc tam salutaria bona iterata replicetur? Fateor quidem
 præcipuum sanctorum cultum in uitæ eorū imitatione con-
 sistere. Hoc quidem necesse est facere: sed illud omittere non
 expedit. Articulus. 5.

RHE T. Ipsam salutationem, ipsasq; preces non calu-
 niamur: sed repetitionē ipsam sub certo numero,
 quasi in numero aliquid lateat numinis.

THE O. Numerum à mysterio non uacare docet ipsa scriptura.
 Gen. 2. Septimum quippe diem elegit, & sanctificari uoluit Deus,
 quo ab omni opere quod patrarat, requieuit. Septimo quo-
 que anno incultam terram manere, atque seruum libertati
 donari constituit. Anno etiā quinquagesi. possessiones suis
 Exo. 21. reddi proprietarijs iussit Deus. Quid ergo mirum, si di-
 Leui. 25. quas preces sub certo numero ordinauit pietas? Cum enim
 quinquagesimus annus, annus fuerit iubilei & remissionis
 quinquages angelicam salutationem replicamus: ut per eā
 quinquagesimam, hoc est remissionis gratiam impetremus.
 Quinquies autem orationem repetimus dominicam, in lau-
 dem & honorem quinque uulnerum Christi: quorum san-
 guine nostra dilui precamur peccata. Quid(oro) in his est
 superstitiosum aut uanum? Nihil profectò. Sūt enim huius-
 modi preces rudis uulgi eruditiones, & exercitationes: ut
 uel in his se exerceant, qui altiora cōtemplari minimè nou-
 runt: habeantq; pium exercitiū, cui dediti, ab indecentibus
 fabulis se cōtineant. Sunt admodum pauci, qui cœlestia me-

ditari ualent: plurimi autem qui uel in isto exercitio se occu-
pare non ualent. Admittantur itaque simplicia hæc studia
rudioribus. Siqui uerò ad potiora studia prouehi queunt,
non prohibemus. Neque existimo hoc elogium utrgini Ma-
rie ingrātū: in quo sæuissimus per eam prostratus comme-
moratur inimicus, si ad memoriam reduco, quomodo gla-
dius Goliad, quē prostrauit Dauid, in templo seruatus est: 1. Reg. 21.
si attendo et canopeum Holofernus Iudith collatum esse, in Iudit. 15.
memoriam inclyti facinoris: uirginis Mariæ laudes proue-
henda erant, non carpendæ. Articulus 6.

Esto sanctorum animas ueneremur, & exco- RHET.
lamus: eorum uero sepulchra, aut emortua ossa
uenerari uanū uidetur, ne dicam superstitiosum.

Aliquando loca sanctorum martyrum, uel Basilicas, & THEO.
omnes qui illic cōuenirent, reprehendit Eustachius: aliquā-
do in sanctorum uenerationem debachatus est Vigilantius,
dicens (quemadmodum recitat Hiero. par. 1. epist. 10. cōtra
eundem) Quid necesse est te tanto honore non solum hono-
rare, sed etiam adorare illud nescio quid, quod in modico
uasculo transferendo colis? Quid puluerem linteamine
circundatum adorando oscularis? Et in consequentibus pro-
pèritum gentilium uidemus sub prætextu religionis intro-
ductum in Ecclesiis: sole adhuc fulgente moles cereorum
accendi, & ubicunque puluisculum, nescio quid in modico
uasculo pretioso, linteamine circundatum osculantes ado-
rant. Contra quem ibidem sic inuehit Hieronymus: Dolet
(inquit) martyrum reliquias pretioso operiri uelamine: &
non uel pannis uel cilicio colligari, uel proijci in sterquilio
nū, ut solus Vigilantius, ebrius et dormiēs adoretur. Ergo
sacrilegi sumus, quando Apostolorum Basilicas īgredimur.

DE VENERAT. SANCTO.

Sacrilegus fuit Cōstātinus Imperator, qui sanctas reliquias
 Andræ, Lucæ, & Timothei transtulit. Cōstātinopolim
 apud quas dæmones rugiunt: & habitatores Vigilanti-
 lorum se sentire præsentiā confitentur. Sacrilegus dice-
 dus est, et nunc Augustus Archadius, qui ossa beati Sam-
 lis, longo post tempore, de Iudæa transtulit Thraciā. On-
 nes episcopi, non solum sacrilegi, sed et fatui iudicandi sunt,
 qui rem uilissimā & cineres dissolutos, in serico & uide-
 aureo portauerunt. Idem rursus in epistola secunda ad Ri-
 parium presbyterum, Rursus os foetidū aperire nititur Vi-
 gilantius: & nos qui reliquias martyrum suspicimus, op-
 pellat cinerarios, & idololatrias, qui mortuorum homi-
 ossa ueneramur. O infelicem hominem, et omni lachryma-
 rum fonte plangendum, qui mortuorum corpora pro im-
 mundis habet. Honoramus seruos, ut honor seruorum re-
 Matth. 10 dundet ad dominum, qui ait: Qui uos suscipit, me suscipit.
 Ergo Petri & Pauli immunde sunt reliquie? Ergo Moysi
 corpusculum immundum erit? Quod iuxta Hebraicam ue-
 ritatem, ab ipso sepultum est domino. Et quotiescūque Apo-
 stolorum, & Prophetarum, & omnium martyrum Basili-
 cas īgredimur, toties idolorū templa ueneramur. Accipis
 ad tumulos eorū cerei, idololatriæ insignia sunt? Plus alia
 quid dicā, quod redundet in authoris caput, & insani cere-
 brum uel sanet aliquando uel deleat, ne tantis sacrilegijs sta-
 mulachrum animæ subuertatur. Ergo & domini corpus in
 sepulchro positū, immū dum fuit: Et angeli, qui candidis ue-
 stibus utebantur mortuo cadaueri, atque polluto præbene-
 tes excubias? Et post pauca: Si nō sunt honorāde reliquie
 martyrum, quomodo legimus, Pretiosa in conspectu domini
 mors sanctorū eius? Si ossa mortuorum polluant cōtinget

tes, quō Heliseus mortuus, mortuū suscitauit, & dedit uitā corpori? Ergo omnia castra Israelitici exercitus & populi Dei, fuerunt immunda: quia Ioseph & Patriarcharum corpora portabant ī solitudine? Ioseph quoque sceleratus fuit, qui tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portauit: ut in mundum patrem auo & atauo sociaret? Et quid passi sunt Apostoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione praeccederent: ut facerent ei planctum magnum, ut eorū luctus in nostrū gaudiū uerteretur? Hæc Hieronymus.

Quid de reliquiarum ueneratione & alij senserint, audire non pigeat. Ait nanque Augustinus in libro de dogmatibus Ecclesiasticis ca. 73. Sanctorum corpora, & præcipue beatorum martyrum reliquias, perinde ac Christi membra sincerissime honoranda, & Basilicas eorum nominibus appellatas, uelut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu pio & deuotione adeundas credimus. Siquis cōtra hanc sententiam fecerit: non Christianus, sed Euumianus. & Vigilantius credetur. Beatus præterea Ambrosius in passione beatæ Agnetis martyris, refert ad eius Mausoleū mirabiles, ac diuinas uisiones fuisse à domino multis ostensas, signaq; innumera & uirtutes prodijisse. Chrysost. quoque in sermone Bea. Babilæ, sic ait. Verū ut Deus misericorditer multas salutis occasiones præstat, ita cū alijs hanc nobis parauit, ut sanctorum reliquiae nos ad uirtutem excitent cū illas ueneramur. Etenim post concionandi munus, tumbe solus aspectus plurimū iuuat, loculis enim illis astantes, eorum uirtutem sentiunt. Rursus idem hom. 66. ad populum Antiochenum sic ait. Ossa sanctorum hanc habent potestātē, demones enim sistunt, & torquent: et uinctos ab illis solunt seuisimis uinculis: Et cinis & ossa & fauilla

DE VENERAT. SANCTO.

inuisibiles illas potestates dilaniant. Idem ipse de laudibus Pauli hom. 5. to. 3. Vis dona Dei cognoscere? Vestimenta Pauli dæmonibus terrori erant. Dicit etiam Damascenus lib. 4. cap. 16. Fontes nobis salutare dominator Christus præbuit, sanctorum reliquias multimodis beneficijs turientes.

Articulus 7.

RHET. Superstitiosa multa, & ad quæstum relata reperiuntur in cultu sanctorum.

THEO. Si in cultu diuorum aliquando peccatur, non hoc cultus, sed hominum fragilitati tribuendū est. Dicit enim Celestinus Papa capi. Docendus. dist. 62. Docendus est populus, non sequendus: Nos quoque si nesciāt, eos quid liceat quibus non liceat commonere, non his consensum præbere debemus. Dicit quoque Hieronymus epist. 10. contra Vigilantium. Paucorum culpa non præiudicat religioni: sicut Apostolorum fides Iudæ proditio non destruxit, dicente Paulo

Roma. 3. de quibusdam. Nunquid incredulitas eorū fidem Dei euacuat? Neque etiam omne quod existimas superstitiosum est, qui censes cum Vigilantio superstitiosum accendere cereos in honorem sanctorū: nisi ad depellendas noctis tenebras accendantur. Sed audi tibi cum Vigilantio per Hieronymum ibidem responsum. Si mulieres accendunt cereos ad honorem martyrum, quid inde perdis? Causabantur quondam & Apostoli, quod periret unguentum: sed domini uoce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen mulier illa in honore Christi hoc fecit, deuotioque mentis eius recipitur. Et quicumque accendunt cereos, secundum fidem suā habent

Roma. 4. mercedem, dicente Apostolo: Vnusquisque in suo sensu dabit. Et paulo post subdit. Nam & absque reliquijs martyrum

tyrum, per totas Orientis ecclesias quando legendum est euangelium, accenduntur luminaria iam sole rutilante: non quidē ac fugandas tenebras, sed ad signum letitiæ demonstrandum. Voluit & dominus ignē semper in suo altari ardere: nō tam ad necessitatem, quam ad mysterium. Tam uenerandū, tamq; sanctum esse putarunt ignē sacrū antiqui Romani, ut de suo imperio actum iri arbitrati fuerint, si cōtigisset ipsum restingui. ad quē seruandum nobilissimas foeminas easdē uirgines deæ Vestæ sacerdotes cōstituerūt.

Reuerendisimē itaq; attrectandæ sunt reliquie sanctorum in quibus spiritus sanctus habitauit. Nescitis, inquit, 1. cor. 6. Apostolus, quia corpora uestra templū sunt spiritus sancti? Fueruntq; organa & instrumenta, quibus miranda operatus est ipse idem spiritus sanctus. At non solū reliquias, uerū quæcunque fuerunt sanctorū ueneranda censemus. Nā cū ea aspiciamus, & exosculamur, uirtutis eorū memores efficimur: & felicissimas eorum animas illis admoniti colimus. Quanti enim fecerit diuus Antonius tunicam palmeam Pauli Anachoritæ, testatur Hieronymus in illius uita, scribens eū diebus solennibus solitum fuisse illa amiri. Quāti & eā æstimauerit ipse diuus Hierony. pensare licet, cum eam cunctis Cræsi opibus prætulerit. Ipse quoq; Theodosius iunior amiciri sago admodum sordido episcopi Chebronensis, pro gloria duxit: ut testatur historia tripartita lib. 11. cap. 17.

Faciunt etiam pretiosa sanctorum monumenta ad pietatem. Excitant enim animos ad glorificandum dñm: modò ritē, castē, grauitē, non ad hypocrisim, non ad quæstum fiāt, nec præposterē rebus utamur. Vnde dicitur in cōcilio Gangrensi contra Eustachium conuocato, cap. 20. Siquis con-

DE TEMPLOR. ORNAT.

uentus qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum sit
uel accusauerit, uel eorum oblationes quæ ibidem celebra-
tur, spernendas esse crediderit, memoriasq; contemnendas,
anathema sit.

2. Reg. 9

Neq; illud sine attētionē prætereundum est, quòd O-
aliquando ligneam arcam domini attigerit, ne uidelicet ip-
e curru quo uidebatur decideret: affectu sanè pio: attamen
ausi mox poenam dedit, morte multatus: quia sanctum con-
tigerat, quod ei non licebat.

DE TEMPLORVM ORNATV, TITVLVS XXV. ARTICVLVS I.

RHET.

Dicit noster Lutherus, extruere diuís tēpla,
offerre eis sacrificia, orthodoxis patribus
impietatis & idololatriæ crimē uisum est.
Dicit namq; Aug. lib. 3. cap. 21. contra Faustū. Nil
li martyrum, sed ipsi Deo constituere licet altaria.

THEO.

Eustachius basilicas martyrum, & templa Deo sub no-
mine diuorum dicata, contemnebat. Hūc errorem diffusius
extenderunt Vualden. dicentes, latum Dei tēplum esse muni-
dum: & coarctare diuinā maiestatem in constructione tem-
plorum, monasteriorum: & oratoriorū, est Deum blasphe-
mare. Fuerunt & alij pseudoapostoli dicentes, non plus uale-
lere templum ad orandum, quàm stabulum porcorū: quem
errorem tutati quidam Bohemi Taborite, qui omnes cum
duce suo cæco Ioanne Zisca omnia templa & monasteria
deuastantes inuaserunt, spoliauerunt, & euerterunt: quem
errorem, & nostro æuo hæreticorum quidam imitati sunt.
Soli Deo templa cōstrui, tanquam summo, & soli Deo no-

inficiamur: cum illud ad latriæ cultum pertineat. Quid autem mali est, si templum Deo creatori dicatum (cum multa sint templa) ad illud nomine distinguendum, appellemus nomine alicuius sancti, cuius corporis reliquie aut in eo condite sunt, aut tanquam peculiaris patronus interpellatur ab his qui templum condiderunt aut frequentant: ut pro illis, et cæteris ibi oraturis apud omnipotentem aduocatum agat? Certè hoc conuenit et decet. Quod testatur et ipse Damascenus lib. 4. cap. 6. Templa (inquit) à nobis erigenda sunt in sanctorum nomine: fructus afferendi illorum memoriam uenerantibus, et in ipsis letantibus spiritu, ut propria inuocantium lætitia fiat, ne nos non colere tentati, ediuersò ipsos irriteremus. Namque imagines iisdem nominibus appellare solemus, ad cuius typum illæ effigiatæ sunt: quauis tantum illius effigiem representant. Hoc modo ait Augu. in lib. de dogma. eccle. cap. 73. Basilicas sanctorum nominibus appellatas, uelut loca sancta, diuino cultui mancipata, affectu pio et deuotione adeundas credimus, uide sup. tit. præcedē. art. 6. Neque recens est templorum usus: sed ab Apost. introductus est, ut habet Euseb. lib. 2. eccle. histo. ca. 17. qui recitat Philonem narrantem mores primitiue ecclesiæ, et inter cætera dicentē. Est autem in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appellatur seumion uel monasterium. Seumion enim, in lingua nostra potest significare honestorum cōuenticulum: In quod secedentes (inquit) honestæ, et castæ uitæ mysteria celebrant: Nihil illuc prorsus quod ad cibum potumque pertinet inferentes, uel ad reliqua humani generis ministeria: sed legis tantum libros et uolumina prophetarum: hymnos quoque in Deum, cæteraque similia excolunt. Marcus quoque euangelista dicitur ecclesiam Alexandrinam nomini beati Petri sui magistri di-

DE TEMPLOR. ORNA.

casse, distin. 21. ca. Sacrosancta Romana. Quamobrem, & secunda sedes facta est. Articulus. 2.

RHET.

Deo strui templa in memorias martyrum sinimus: sed quo colore excusari possunt à crimine, qui tantum opum insumunt templis extruendis, ornandis, locupletandisq; , ut nullus sit modus. Quorsum attinent tot baptisteria, tot candelabra, tot statuæ aureæ, & argentæ? Quorsum organorum imensi sumptus? Quorsum ille musicus cinnitatus, magno censu cōductus? cū interim fratres, & sorores, uiuacq; Dei templa fame contabescant?

THEO.

Matth. 26 Illa olim fuit uox Iudæ proditoris dñi, increpantis Mariam, quæ pretiosum unguentum pedibus Saluatoris insperderit. Vt autem quiescas, domini audi sn̄am. Quid (inquid Saluator) molesti estis huic mulieri? Bonum opus operatum est in me. Pauperes semper habetis uobiscum, & cū uolueritis potestis illis benefacere: me aut̄ non semper habebitis. Attende præferri id quod in obsequium Christi peractum fuit operi misericordiæ, quod impeditur pauperibus: actum to præstare, quanto præstat religio misericordiæ aut pietati: cū illud omnipotēti Deo, & creatori, istud impartitur imbecillitati creaturæ. Dicit nanque Theophy. super illo Matth. 26. Quid molesti estis huic mulieri, & c. Cum offert quis Deo, indignum est auersari illum. Docet enim ut honorem quem Deo debemus, præferamus simpliciter omnibus etiam misericordiæ operibus. Noli enim (quia propter misericordiam, Christus suscipit in se misericordiam, quasi sibi facta esset) existimare q̄, oporteat cōtemnere Deum, & eleemosynam tantum curare: Quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegijs esset eleemosyna danda. Verum nō s̄

se habet: quia nō est idem misereri pauperum, & colere ac honorare ipsummet Christum. Vnde Chrysost. in Gene. homil. 17. Vult Deus hęc sibi impendi: non quia his indiget, sed vult per hęc nostram ostendi gratitudinem. Quāobrem ait egregius propheta Dauid. Tua sunt omnia domine, & 1. Par. ult. quę de manu tua accepimus, dedimus tibi.

Neq; existimes nouam rem esse, templa habere exornata christianis. Dicit enim Chris. hom. 66. ad populum Antiochenum tom. 4. Tu mihi ostendas sepulchrum Alexandri, et propter diem qua finiuit. Sed nihil horum insigne, oīa destructa sunt et exterminata: Christi uerò seruorum sepulchra clara sunt, regiam affecuta ciuitatem, & dies notissimi mundo festam afferentes letitiam. Et illius quidem loculū, & proprii nesciunt, horum autem sciunt, et Barbari. Et seruorū Crucifixi sepulchra regijs aulis sunt clariora, non magnitudine & edificiorū pulchritudine (nam et in hoc quidem superant,) sed quod multo maius est, conuenientiū studio. Nam & ipse qui purpuram indutus est, accedit illa cōplexurus sepulchra, & fastu deposito stat sanctis supplicaturus: ut pro se apud Deum intercedant: & scenarum fabricum & piscatorem etiam mortuos, ut protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Nec hoc tantū quis Romę fieri uiderit: uerū, & Constantinopoli. Nam & hīc Constantinum magnum ipsius filius honore magno censuit haberi, si pro foribus piscatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs sunt ianitores regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus reges. Et illi quidem ut domini, loca tenent interiora: Hi uerò tanquā inquilini, & uicini, aulę ianuam sibi gratum habuere deputari.

Arti. 3.

Quidam magnā opum quantitatem insumūt RHET.

DE TEMPLO. ORNA.

extruendis ornandisq; tēplis: & uiua Dei interim fame contabescunt templa.

THEO.

Prætulimus quidem in se religionem misericordie, templi ornatum eleemosynis pauperum. Non aut diximus, hoc omni tpe exequendum, ut pauperibus desertis templa emnemus. Philosophari quidem melius est, quàm ditari: Expedit tamen aliquando ditari, & nō philosophari. Sic ubi non caritas ingruit, subueniendum est pauperū indigentia non templorum ornatui uacandum. Tūc enim & ipsa templi uasa in pauperum necessitates sunt eroganda: quædam dum August. fecisse legimus. Dicit quoq; Ambro. in lib. officio. & recitatur. 12. q. 2. cap. aurum. Aurum habet ecclesia, non ut seruet: sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus. Tu uerò quocunq; etiam felici tpe, quæ diuino cultui, templorum ornatui, sustentationi ministrorum ecclesiæ accedūt, mox illa pauperibus eroganda, magnis uocibus cum Iuda pædago tuo conclamas: qui non tam pauperū subuentionē, quàm ministrorū ecclesiæ pessundationē exoptat: eleemosynam uelamen tuæ nequitie faciens, quemadmodum aliquando Arriani, Donatistæ, & Manichei cultum externum abolere cupientes, spiritus uelamen sibi usurpauerunt. Contra quos disputat Augustinus, in libro contra Adimantum. Neque enim negabis Dauid & Salomonis Regum temporibus, in illo numerosissimo populo plurimos fuisse inopes & egenos: Non tamen ob id intermiserunt magnificentissimi templi constructionem, illiusq; pretiosam supellectilem, omni nationi admirandam. In quibus constat, impensa innumera auri pondera. Si libuit inuehere in templorum ornatum, diuiniq; officij sumptuosum cultum (quæ tamen sunt citra diuinæ maiestatis dignitatem) quare

non placuit magis taxare, qui opes suas infumunt in cæteris rebus minus opportunis, mensis opiparis, luxu uestiũ, corporum cultu, equorum apparatu, poculis argenteis & inauratis, superabundanti supellectili, in uenationibus, hastiludijs, &c. in quibus patrimonia profunduntur: hoĩes mollicie atq; luxu tabescunt, & optimi quiq; mores profligantur. Quæ sic in luxu profunduntur, in pauperum subuentionem primum erogentur: & mox templi uasa in similes usus distribui poterunt.

Sed & compertissimum est, si templa oĩbus suis muneribus spoliarentur, nec in illis construendis, reparandis aut ornandis aliquod impediũ fieret, sacraq; omnia simpliciter nullo sumptu peragerentur, uersis his omnibus in pauperum usus (ne dicam in bella aut luxũ nobilium) nihilominus egestas à populo christiano nõ depelleretur. Perpetuò enim ecclesia pauperes habuit, & habebit: ut cū uoluerint diuites eius beneficientes regna coelestia ab eis mercari ualeant. Hoc prohdolor æuo paucissimi inueniuntur, qui noua templa construant, constructa exornent, seu muneribus locupletent. Plurimi uerò qui donata ac Deo dedicata sacri legis manibus diripiant: adeò ut uix sustentari queant templorum ministri. Si quidem grata Deo non forent templorum ornamenta, pœnam sceleris non dedisset Iulianus, imperatoris Iuliani auunculus ea auferens: ut habet histo. tripart. lib. 6. cap. 32.

Articulus. 4.

Ex templorum ornatu, ritibusq; multis qui in ecclesia fiũt, ad sensibilia aduocantur homines (ne dicam ad luxum) non ad deuotionem.

Non laudo omnia quæ in templis fieri conspiciamus. Non enim quasdam picturas, & sculpturas, cantum con-

DE TEMPLO. ORNA.

fractum, carminum secularium in organis pulsationem, magis concupiscentias excitare, quam deuotionem prouebere. Quae uero in Dei honorē ac cultum etiam plurimis sumptibus rite sunt ordinata. Quāuis nonnulli tali ornatu, solenniq; ritu, ad sensibilia aduocentur, non tamen praeterenda sunt. Nec quicquam detrahendum: quia pluribus optantur ad spiritalia, & diuina tendentibus, illaq; id sui natura facere nata sunt: quamobrem fuerunt instituta. Deus quoq; non est cōtentus interno solo cultu: sed & externum requirit, & approbat. Homo etiam non solo spiritu, sed & ritu & corpore constat: Ideoq; ei nō anima tantum, sed corpore etiam & rebus quas possidet, optimis, seruiendū ē. Internum quoq; templum in quo spiritus sanctus per gratiam, excolere & exornare æquissimum est. Verum materiale, & externum templum non negligendum, sed secundo loco curādum docuit Christus, qui & ipsum ueneratus est, atq; dehonestantes seuiſſimē ultus. Articuli. 5.

RHET.

In ueteri quidem lege quando populus per sensibilia erat manuducendus ad diuina capienda, quando fastuosa idolis impendebantur, admittit dominus diuinorum sumptuosum apparatum. Nunc uero quādo Christus paupertatē exēplo & uerbo praedicauit, quis has numerosas impensas commendabit?

THEO.

Manuducendum etiam populum Christianum per sensibilia, ad diuina capeſcenda, ad dei maiestatem admirandā, timendam, uenerandam, excolendam, & amādā, tam experientia, quā Pauli ad Romanos doctrina docet. Commendauit dominus hominibus paupertatem imitandam: ut strictius rebus suis quisque utatur, non ut deo dicata essent.

Roma. 1.

uilia. Si enim sumptuosum eius sepulchrum in quo triduo duntaxat requieuit, reprehendit nemo, quis præsumet calumniari templum honorificum, in quo ipse usque in finem seculi nobiscum esse dignatur? Præterea cum ipse saluator, Iudeorum crimina minimè taceret, sed apertè reprehēderet: circa tamen templi cultum, nunquam legitur eos reprehēdisse: quinimò, et approbasse. Discipulis namque speciositatē Matth. 13. templi mirantibus, non reprehendit: sed ruituram fabricam prænuñciauit. Cumq; uideret offerentes in gazophylacium (quæ uique in diuini cultus ornatū præstabantur) non par Matth. 12. uisecit: sed uiduā duo minuta, totum suum uictum, effundentem cōmendauit. Quis uerò uituperio dignam censere præsumet Helenam Augustam, quæ speluncā, ubi dei genitrix peperit saluatorem, memorijs mirabilibus adornauit, decenterq; illustrauit: ut narrat histo. tripar. lib. 12. ca. 4. Modò autem si quid cuiquam superest, nec pauperibus necessario erogandum, ecclesiæq; donatum sit: is largiens morsibus inuidorum patet, dilaceratur, & quasi suarum opum dilapidator reprehenditur. Qui uerò opes suas profundit, tanquam liberalis commendatur.

DE FESTIS SANCTORVM.

TITVLVS. XXVI.

ARTICVLVS I.

Omnes dies æquales sunt, nullòque die peccare licet: quod est semp solennē habere diē, Vnde ergo huius uel illius diei celebritas emanauit? RHET.

Hic mos est omnium hæreticorum, ut ambigua quæque concinant: ut aliter catholicus, aliter suæ conscius perfidiæ intelligat: ut habet Hiero. in apologia in Origenis hæreses, THEO.

DE FESTIS SANCTO.

- episto. 32. par. 1. Cum itaque dicis, omnes dies æquales sunt nullo die peccare licet. Non audet contradicere catholicus, qui omnes æquales nouit dies à deo in esse naturæ cōditos: nullūque concessum esse tempus ad peccandū. Cum uero inter tuos uersaris, liberior loquens, dicis: Cum omnes dies sint æquales, omni die operari licet quoduis: quocunque licitum opus. Non enim mihi præstat uictum dies festus, ideo pro uictu eo die operari ualeo: Cumque omnes sint dies æquales, nihil plus deo debeo impedere cultus, aut magis diuinis uacare die festo, quàm alio: Qui non peccat, solennē semper obseruat diē, quicquid fecerit seruilis operis.
- Gene. 2.** Quàm hæc illata sint erronea, facile intelliget, qui attendit dominum, postquàm sex diebus uniuersa cōdidisset, et cōpleisset, septimo die requieuisse: quamobrem solemnem esse uoluit diem septimum dominus, benedixitq; ei et sanctificauit eū. Et in lege sanciuuit dicens. Sex diebus facietis opus,
- Exo. 35.** **Leui. 23.** septimus dies erit uobis sanctus sabbatū et requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur: Sabbatum domini est, in cunctis habitationibus uestris. Sed nūquid ut ocio uacaretis?
- Exo. 16.** Absit. Requies (inquit) sabbati sanctificata erit domino. Glo. interli. ut illi soli uacetis. Nec uoluit obliuione deleri, quamobrē ait. Memento ut diē sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum domini est. Non facies omne opus in eo tu, et filius tuus, et filia tua, seruus tuus, et ancilla tua, iumentum tuum, et aduena, qui est inter portas tuas. Sex diebus fecit deus cælum et terram, et mare, et omnia que in eis sunt: et requieuit die septimo. Idcirco benedixit dominus diei sabbati, et sanctificauit eum. In quem finem? Vt daret modum cupiditati humane, illaque externa requies in die

uinum redūdaret cultum. Et qui nobis sex diebus uiximus, septimo die Deo uacaremus, eūdēque diem Deo dedica- remus. Vnde Chrysost. hom. 40. super Matth. Sabbati (in- quit) obseruatio magnas utilitates contulit populo: mites enim atque humanos alterum ad alterum reddidit: prouidē- tiam dei atque creationem rerum docuit: castiga uit paulis- per, & à malignitate semouit, ac spiritualibus rebus atten- tiores effecit. Et subdit post pauca. Cur sabbato illi opus est, qui per totam uitam suam agit solennitatem, qui cœlesti uiuit disciplina, qui peccatorū immunis, uirtutes obseruat & colit? Solenniter igitur uiuamus continuē, nihil omnino malignitatis cōmittentes. Nam tunc solū ueram solennita- tē peragimus, cū spūalis uitæ cōtinuē cultū augemus: cū ab alienis, manus abstinemus: cum in laboribus superfluis atque inanibus, quos propter hanc uitam sustinemus, legē sabbati conseruamus. Idem rursus in hom. unica super. 11. cap. primæ ad Corin. Vigilemus (inquit) cum domino, cū discipulis cōpūgamur: tempus orationis est, nō ebrietatis: semper id quidem, sed in diebus solēnibus potissimē. Nan- que solennitates & festa, ideo instituta sunt, non ut turpitu- dini seruiamus, nō ut delicta congregemus: sed ut illa pror- sus abijciamus. Huic cōsonat & illud Ambrosii, de Cain et Abel, lib. 2. capi. 2. ubi ait. Festus dies domini est, ubi perfe- ctarū uirtutum gratia est. Quæ tunc perfectæ sunt, si solici- tudinum secularium, et corporalis illecebræ uictor animus, delinimenta uoluptatis excludat: Liber à seculo, deo dedica- tus. Solus ergo sapiens celebrat hanc solēnitatem, nullus alius. Omnes itaq; dies, æquales sunt conditi à deo in esse nature: nō autem in eundem finem. Quamobrem uno die licet agere, quod alio non licet: uno die aliquid agēdum est,

DE FESTIS SANCTO.

quod alio die non est necesse fieri. Quæ uerò de Sabbato dicta sunt, ad dominicum diem transferenda sunt. Nam sabbatum in diem dominicum commutauit concilium Laodicen. Phrygiæ capit. uigesimonono, ne iudaizaremus, quia eo die Christus resurrexit, & spiritum sanctum in Apostolos misit. Vnde Ambrosius in sermone. 61. de pentecostis. Dominica ideo uenerabilis est atque sollemnis, quia in ea saluator uelut sol oriens, discussis infernorum tenebris lucere resurrectionis emicuit. August. quoque episto. 18. capit. 13. ad Ianuarium sic ait. Dies dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo sua festiuitatē habere coepit. Et rursus episto. 86. ad Casulanum. Præponitur dies dominicus sabbato, fide resurrectionis. Idem habet Hieronym. sermone de dominico Paschæ, epistola. 53. par. 2. Et Ignatius episto. 2. Artic. 3.

RHET.

Quorsum tot sanctorum festiuitates? sufficillat diem dominicum celebrem peregisse.

THEO.

Hi plerunque Christianorum festa celebrare renunt, qui sibi Bacchanalia festa ociosa, & plura indicare consueuerunt. Habuerunt Iudæi Neomenias per singulos menses, festa Paschalia & pentecostalia, necnon & tabernaculorum per septem dies continuanda, præter sabbata à deo eis constituta. Sed & alia celebrauerunt festa: quemadmodum pro uictoria Iudith, pro liberatione populi per Hester, &c. Non itaque sit Christiano durum, si pro diuersis à Christo & sanctis nobis præstitis beneficijs, dies celebres aliquando agantur: ut illis diebus simus grati beneficiorum collatorum: sanctorum exempla ad imitationem nos prouocent: eorumque imploremus patrocinia. Et non reijciamus festa sanctorum, quemadmodum faciunt Vualden. Armeni, & Alii.

storiani: ut eis impingit Guido in lib. de hæresi. Ait enim Ignatius epist. 4. ad Philippē. Dies festos nolite ignorare.

DE CAEREMONIIS ECCLESIAE
TITVLVS XXVII.
ARTICVLVS I.

SI nullus obfistat cæremonijs, actū planè erit RHET. de libertate euangelica. Inuentæ enim sunt, ut populus sub sacerdotum tyrannide contineatur. Euolue nouum testamentum, nullūmque reperies usquam præceptū, quod ad cæremónicas pertinet. Si enim pietas periclitaretur ex cæremonijs, tanto ardore ubique non pugnaret Paulus aduersus cæremónicas Mosaicæ legis.

Quali calliditate, quali fucō uerborū uirtus tegis: sua THEO. dere conatus, quasi cæremoniæ forēt uenenum pietati, quæ maximè pietatem prouehunt & conseruant. At ne in æqui uoco laboremus, æstimo te mecum sentire, sub cæremoniæ nomine complecti quicquid externe geritur, ad cultū diuinum celebrandum, religionisue causa peragitur. Hoc prælibato, reuolue quæso quam uolueris noui, ne dicam ueteris testamenti partem nihilq; ibi gestum reperies sine cæremonijs. Zacharia nanque nō sine cæremonijs sacrificāte, Lucæ. 1. angelus à dextris altaris apparens, Ioannisq; natiuitatem prænunciāns, oris silentio dubiū promissorum plectit. Sur- Marc. 7. dum, & mutum curaturus, digitos in aures misit. Cæci na- Ioan. 9. ti oculos luto liniuit: quem etiam ad aquas Siloe abluendū, & curandū misit. Leprosos ut se ostenderent sacerdotibus, offerrentq; quod Moses in lege præceperat, iussit. Lazarū Lucæ. 17. post fletum, orationem, clamorem, suiq; perturbationē su- Ioan. 11.

DE CAEREMO. ECCLE.

- Ioan. 13. scitauit. Ipsam sacratissimam coenam cum plurimis caeremo
 Lucæ. 22. nijs celebravit. In horto uel genua flectens, uel se prostra
 Ioan. 20 nens orauit. Post resurrectionem insufflans spiritu sanctum
 Actū. 13. discipulis dedit Christus. Paulo quoq; & Barnabæ apostoli
 munus prædicationis delegantes, manus imposuerunt.
 Quid horum actum est sine caeremonijs? Mira quippe co
 remoniarum uirtus. Nam populo pugnante contra Ama
 Exo. 17. lech, Moses dum manus leuat, uincit Israel: dum eas dimittit,
 Iosue. 8. tit, uincit Amalech. Ad Iosue uerò ait dñs. Leua thyrum,
 qui est in manu tua, contra urbem Hai: quoniam tibi tradita
 est. Vt autem concludam, Tanta est sacrorum rituum uirtus
 remoniarum comoditas: ut illis abolitis, cultum diuinum la
 befactari, & religionem ipsam perire necesse sit. Paucissimi
 enim sunt ad res diuinas percipiendas idonei: nisi ad ea
 sensuum adminiculo cōuertantur, Nanque qui caeremonias
 damnant, oēm diuinum cultum eliminare contendunt, quales
 aliquādo fuere, Manichæi, Vigilātijs, & Ioānes Valentinus
 cleff: suiq; sequaces. Dicit præterea Dionysius in lib. ecclesiasticar.
 rar. cap. 3. par. 3. Venerādis antistes ad sacra mysteria insignis
 celebranda progreditur: idq; ex traditione diuina. Cōstat
 etiam Paulum nō damnassee simpliciter caeremonias.
 2. thes. 2. circa eas ipsum fuisse sollicitum. Ait namq; ad Thessal. Te
 nete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per
 1. cor. 11. epistolam nostram. Et rursus, ad Corin. Cætera cum uenero,
 1. timo. 5 ro, disponam. Et Timotheo ait. Nemini citò manus imposueris.
 Actū. 15 Et in Actibus Apostolorum dicitur. Perambulabat Paulus
 Syriam & Ciliciam, cōfirmans ecclesias, præcipiens custodiri
 præcepta Apostolorū, & seniorū. Quæ utiq; caeremonie erant.
 Nepotianum quoq; cōmendat Hieronymus in epitaphio eiusdem ad Heliodo. 3. par. epist. 64. de caeremo

nijis ritē peractis. Erat (inquit) sollicitus si niteret altare,
 si parietes absq; fuligine, si pavimenta tersa: si ianitor creber
 in porta, uela semp in ostiis, si sacrariū mundū, si uasa lucē-
 tia, et in oēs cæremonias pia sollicitudo disposita, nō minus,
 nō maius negligebat officiū. Vbicūq; eū q̄reres, in ecclesia
 iuenires. Valēt p̄fectō cæremoniae, ut nostrā elatā, et super-
 bam ceruicē demittamus, illā subdentes rebus sensibilibus:
 cuius ceruicis tanta est arrogātia, utpotē quia rōnis partici-
 pē se cognoscit, q̄ coelos trāsilire, diuināque artingere præ-
 sumat. Valent rursus, ut per eas uti per gradus quosdam,
 ad superiora mente capescenda euehamur. Nam mens cor-
 poreis clausuris inclusa, uī sua nil percipere ualet sine sen-
 suum ministerio, aut cognoscere: quamobrem ait Paulus.
 Inuisibilia Dei à creatura mūdi, per ea quæ facta sunt, intel Roma. 1
 lecta conspiciuntur. Valent demum, ut qui corpore pecca-
 uimus, holocaustū etiā de nostris corporibus domino facia-
 mus: qui nō tam aīam quā corpus à domino recepimus.

Liquet ex his, cæremonias à christo, ab Apostolis, aut
 sanctissimis patribus institutas: non ad continendum popu-
 lum sub tyrannide sacerdotum (ut tu inquis) sed multa ratio-
 ne, ad Dei honorem, ad hominum commoditatem, & eru-
 ditionem inductas. Illis nempe instruimur, monemur, erudi-
 mur, ad sublimiora prouocamur, purgamur, illisq; præpa-
 ramur, & proficimus in gratia, & in charitate. Docet hoc
 Dionysius in libro eccle. Hiera. cap. 2. par. 2. De cæremo-
 nijs baptizandorum.

Ex his patet error Ioannis Vuicleff dicētis. Omnes cæ-
 remonie sunt auferendæ in lege gratiæ, sicut cæremonie
 ueteris legis propter suam grauedinem, contra quem est, et
 capitulū. nunquid, de cōsec. distinctione. 5. capi. cum Mar-

DE CANTV ECCLESIA.

thæ, de celebratione missarū. Dicit prætera Dionys. cap. 1. eccle. Hier. Primi illi nostri duces, in, humanis imaginibus res diuinas materialibusque figuris spiritualium maiestati atque in his quæ nobis sunt familiaria, summa illa, & persubstantialia partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis nobis tradiderunt: non modò prophane multitudinis causa, cui nec ipsa quidem fas est signa cōtingere. Verum ob id quoque, quòd hæc nostra sacratissima significatiua est, plenâque signis, quibus ueluti administrantur, ad eorum augustiorem intelligentiâ subuehamur. Non tamen opertæ diuinis pontificibus signorum ratio.

DE CANTV ECCLESIASTICO.

TITVLVS XXVIII.

ARTICVLVS I.

RHET. **T**Empore Pauli nondū erat cātus, sed priuatiatio duntaxat: Vixq; à posterioribus receptus est cātus. Et qd aliud iam audiū in monasterijs, tēplis, aut collegijs, quā uocū strepitus?

THEO. Fuit quidam Hilarius, qui cantibus detrahebat: de quo Aug. lib. 2. retractat. cap. 2. mentionem facit. Quæ errant denuò suscitauerunt Vualden. dicentes, frustra tempus teri in cantibus ecclesiasticis, aut horis cantandis. Quos Ioānes Vuicleff. secutus adeò cantibus ecclesiasticis detraxit, ut in ecclesia cantantes, uocauerit sacerdotes Baal. Ab his non multum dissentis, qui dolosè cōtendis eliminare cantum a ecclesia Dei. Sed irrita semper fuerūt, & erunt conciliantiantium. Sicuti enim natura de rebus externis docuit Deum offerre sacrificia, ut patuit in Abel, & Cayn, Noe, Abraham, ac priscis patribus: Ita mente pariter, & uoce dñi sacrificia

crificare. Nec eos latet qui Exodum librosq; regum lege-
rint, quanto studio Moses, David, alijq; Deo deuoti domi-
no laudes decantandas ordinauerint. Extant etiam in nouo
testamento, Zachariae, Symeonis, ac Deiparae uirginis can-
tica. In Apocalypsi quoq; quoties citharizantium cantan-
tiumq; uoces auditæ sunt, nouit qui legit. Sed et Paulus ipse
Ephesiis ait. Implemini spiritu sancto, loquentes uobismet- **Ephes. 5.**
ipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantan-
tes, & psallentes in cordibus uestris domino. **Arti. 2.**

Paulus ait. In cordibus uestris: non autem so- **RHET.**
nora uoce.

Dū ait, In cordibus uestris psallentes, nō tollere uoluit, **THEO.**
quin & uoce decantare debeant: sed exprimit quod potiss-
simè exigitur: ut non tantum uoce, sed & corde Deū lau-
demus. Vbi ait Ambr. Memorat ad confitendum, & extol-
endum Dei donum diuerso uocis canore: ut laus in Deum
omni lingua canatur, ut non in labijs tantum sit, sed de cor-
de prorumpat. Verum donetur q; tpe Pauli non decantaba-
tur quemadmodum modò concinitur. Nulli dubium est reli-
gionem christianam adhuc in cunis uagientem, quæ uix ha-
buit domos ad securè habitandum, non habuisse templa, ad
diuinas laudes decantandas. In ipsaq; infantia non oēs ritus,
et instituta, quæ postea adulta suscepit, habuisse: utpotè quæ
illorū adhuc nō erat capax, nec ipsi aderat facultas ea perfi-
ciendi. Illa enim successiue, prout adolescebat, uiresq; susci-
piebat, recepit, seipsam illis excolens, & muniens quantum
facultas admisit. Præterea Dionysius Pauli apostoli discipu-
lus ait de eccle. hierar. cap. 3. par. 2. Porro psalmorū sancta
modulatio, quæ oībus fermè sacerdotalibus mysterijs iun-
gitur, et substantiæ ratione cohæret, summo oīum mysterio

DE CANTU ECCLESIAE.

deesse non debuit. Et paulò post. Diuinorum carminum sacrosancta scriptura diuina uniuersaliter canit. Eandem etiã sententiam confirmat Isido. lib. 1. de offic. cap. 6. dicens. Itaque, & in hymnis, & psalmis canendis, non solum prophetarum, sed etiam ipsius Domini & Apostolorum habemus exemplum: & praecepta de hac re utilia, ad mouendũ piẽ animum, & inflammandum dilectionis affectum. Dicit quoque Rabanus in lib. de institu. cleri. cap. 76. Psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suauium, ab Ecclesia frequentatur, quò facilius animi ad compunctionem flectantur.

*cohi. c. equo
to psalat*

Dicit etiam Isidorus Hispalen. antistes Psallendi suauis tristia corda consolatur: gratiosas mentes facit: fastidiosos oblectat: inertes excitat: peccatores ad lamenta inuitat. Ab quoque Diuus Augustinus de se ipso in libro octauo confessionum capitu. sexto. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis suauẽ sonitis, ecclesie tuæ uocibus commotus acriter.

Actu. 16.

Nam uoces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur ueritas tua in cor meum. Et ex ea aestuabat inde affectus pietatis: currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Hic canendi mos, non solum ab Apostolis dimanauit. Nam de Paulo, & Scilla dicitur, quòd media nocte adorantes laudabant dominũ: & audiebant eos qui in custodia erant. Quod & alios fecisse commemorat Plinius. 2. qui tunc provinciam administrabat, in epistola ad Traianum, de christianis scribens: Hæc fuit summa uel culpæ uel erroris eorum, quod essent soliti ante lucem cõuenire, carmenq; Christo suo quasi Deo dicere: ut habet ecclesiastica histo. lib. 3. cap. 32. Sed & Christi exemplo inoleuit, qui post cœnam hymnum dixit. Ab angelis quoq; ortum fuisse non ambigo: Duo namq; Seraphim

Esa. 6.

clamabant alter ad alterũ. Sctũs, sanctus, sanctus dñs Deus

Luce. 2.

clamabant alter ad alterũ. Sctũs, sanctus, sanctus dñs Deus

*Sabaoth. Et in Christi natiuitate cecinerunt angeli, Gloria
 in altissimis Deo: & in terra pax hoībus bonæ uoluntatis.
 Scribitur quoq; li. 10. ca. 9. tripar. hist. Quod Ignatius An-
 tiochiæ Syriæ. 3. post beatum Petrū episcopus, beati quoq;
 Ioan. Apost. discipulus, & martyr, audierit choros angelo-
 rum per antipho. sanctæ Trinitatis laudes decantantes &
 hymnos: atque hunc modū tradidit ecclesiæ Antiochenæ: à
 qua ad alias dimanauit ecclesias. Dicit quoq; Eusebius Cæ-
 sariē. lib. 2. ca. 17. Eccl. hist. adducens Philonem Iudæū, qd
 oīa ecclesiasticæ institutionis initia, & originem Apostoli-
 cæ traditionis descripsit, loquens de cantibus christianorū.
 Non solum subtilius intelligunt hymnos ueterū: sed & ipsi
 faciunt sonos in Deum: oībus eos & metris, & sonis hone-
 sta satis & suauī compage modulantes. Et post pauca sub-
 iungit. Vnus ex oībus consurgens in medio psalmum hone-
 stis modulis concinebat: & præcinenti ei unum uersiculū,
 omnis multitudo respondebat. Ob hoc statuit conciliū To-
 leta cap. 12. Sicut orationes, ita & hymnos ad laudem Dei
 cōpositos, nullus ulterius improbet. In concilio quoq; Aga-
 then. cap. 30. sic decretum est. Quia conuenit ordinē eccle-
 siæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est ut ubiq;
 (sicut fit) & post antiphonas, collectiones per ordinem ab
 episcopis uel presbyteris dici: & hymnos matutinos uel ue-
 spertinos, decantari diebus omnibus. Et in conclusione ma-
 tutinarum uel uespertinarum, Missarum, post hymnos capi-
 tella de psalmis dici & plebē collecta oratione ad uesperā,
 ab episcopo cū bñdictione dimitti. In synodo quoq; Roma-
 na sub Greg. Magno dicitur. Ministri altaris in hac sede cā-
 tare non debent: solum euangelium inter Missarum solēnia
 exoluāt. Psalmos et reliquas lectiones, per subdiaconos, &*

DE CANTV ECCLESIA.

per minores ordines exhibeant. Articulus. 3.

RHET. Esto, cātandum sit domino: fiat hoc libere per uolentem: arētare autem hominem ad Missarū solēnia, ad horas canonicas, ad orādū certo modo uel tpe, est contra libertatem christianorum.

THEO. Is fuit error Ioannis Vuicleff. Christiana libertas à seruitute eximit legis Mosaicæ & peccati: non à qualibet alia

Eccle. 3. seruitute. Si omnia tēpus hñt, & spatijs suis transeunt uersa: Si tempus est plantandi, & tempus euellendi: Si tempus est flendi, & tempus ridendi: quare nō erit & tempus

1. cor. 14. orandi? Ait nanq; Paulus. Omnia honestē & secundum ordinem fiāt in uobis: ergo & oratio fieri debet secundum ordinem.

Danie. 6. Daniel tribus tpibus in die flectebat genua sua, & adorabat: confitebaturq; corā Deo suo. David etiam ait. **Psalmus** Septies in die laudem dixi tibi. Et iterum. Media nocte sur

Actu. 16. gebam ad confitendū tibi. Dicitur quoq; q̄ Petrus & Ioannes ascenderunt in templum, ad horam orationis nonā. Petrus etiam & Scillas, adorantes media nocte laudabāt Deū.

Et de beato Bartholomæo legitur, q̄ centies per diem, & centies per noctem flectebat genua, orans altissimum. Itaq; duplex est oratio: quædam priuata, quæ potest fieri uel sola

1. reg. 1. mente: ut oratio Annæ. 1. reg. Aliqñ & ore: eam aut expediat fieri magis cum silētio, quā cum clamore, ne aliter præpediatur. Alia est publica, in qua non tantū consilium propriæ utilitati, sed cōmunibus cōmodis prospicitur: Hęc expedit esse uocalem & sonoram, ut ab omnibus audiatur. Et de hac oratione loquuntur præfatæ authoritates. Tales orationes sunt horæ canonicæ, missarum solennia, &c. Quæ ut cum maiori fiant decore, & reuerentia, dicitur in concilio Bracharen. 1. ca. 29. Placuit ut lectores in habitu seculari

ri non psallant. Et de consecr. dist. 1. cap. uestimenta, dicitur:
 Vestimenta ecclesie quibus domino ministratur, & sacra-
 ta debent esse, & honesta. Ceterum non diffiteor conueni-
 re, quinimò exigi tantum ipsum ecclesiasticum: quemadmo-
 dum ceteros ritus, & cæremonias in musicis etiam instru-
 mentis: suamq; habere dignitatem & grauitatem, ut id effi-
 cere ualeant, ad quod instituta sunt omnia: non aut contra-
 rium. Nec diuina mysteria decantanda, neq; ad illa conuenien-
 dum est demulcendarum aurium gratia: quas & si oblecta-
 ri contingat, non tamen in illo est persistendum: sed ad altio-
 ra transuolandum: quemadmodum Aug. de seipso ait, illis
 acquiesco: non quidem ut hæream, sed ut surgam cum uolo.

ps laudate
 in tympano
 choro chord
 et org. nim

DE IMAGINVM CVLTV,

TITVLVS. XXIX.

ARTICVLVS I.

Alt dominus, Non facies tibi sculptile: neq; RHE T.
 omnem similitudinem quæ est in cælo de-
 super, & quæ in terra deorsum, & eorum
 quæ sunt in aquis sub terra. Nō adorabis ea, neq;
 coles. Iam uerò eadem adoratione adorant lignea
 statua, qua adoratur æterna Trinitas. neq; quisquā
 est, qui offenda, q; contradicat, imò q; contradiceret,
 ut suspectus haberetur hæreticus, & argueretur.

Seruius episcopus Marsilien. aliquñ imagines confregit, THE O.
 ne adorarentur: cui errori consensit & Leo imperator. 3.
 contra quem conuocatum est concilium Romanū mille pe-
 ne episcoporum, sub Grego. 2. a quo imperio simul & com-
 munionem est priuatus: eò q; statuas & imagines sanctorum
 demolitus esset, uti habet Platina in actis Gregorij præfa-

DE IMAGINVM CVLTV.

ti. Concilium quoque Nicenū secundum cōuocatum est per Irenam uiduam Leonis . 350. episcoporum, & desinitum.

Siquis dixerit imagines delendas, anathema sit. Adrianus quoque primus concilium inijt Franconiæ quod abrogauit hæresim Felicianam de tollendis imaginibus. Hunc errorem de auferendis Christi & sanctorum imaginibus, de nuò suscitauerunt Vualden. quos imitati sunt Vuicleuita & Thoborita, & Rutheni. Volunt & nostro æuo deleri imagines Carolstadius & Balthasar quidam.

Hic error facile conuincitur, si consideretur quare imagines sunt in ecclesia: uidelicet in memoriam gestorum, in eruditionem populi, & ut ex eis prouehantur homines ad alia contemplanda prouocenturque ad sanctorum imitationem, & ad deuotionem: et sine periculo idololatriæ hoc fit. Nec enim tam rudis, nec tam ad idololatriam propensus est populus christianus, quā fuit Hebræus. præsertim quia tunc

Exo. 20

Deute. 5

uniuersus propemodum orbis, ea labe fuerat infectus. Quā obrem uetuit eis deus formare imagines quas colerent & adorarent, ne etiam ipsis gentibus scandalo foret. Sed negatum erat imago, quæ immaterialis et inuisibilis Dei posset exprimere effigiem. Vt uerò pro nostra salute incarnatus et passus est filius Dei quia iam habuit ecclesia quod imagine exprimere posset: usum imaginū admisit. Præterea nō prohibuit Deus simpliciter oēm imaginem creaturæ fieri, quā & Cherubin obumbrantia propitiatorium, & serpentem in deserto constituit fieri. Vetuit autem fieri imagines, ne

4. reg. 18.

colerentur tanquam Deus. Quamobrem quā serpens æneus coepit Israeli esse in ruinam, eum comburi & incinerari iussit rex pius Ezechias. In christianissimo uerò non est quodquam tam mente captus, ut putet imaginem quam uenerit

mur, numen esse diuinum: aut eam quicquam præstare pos-
se: hoc enim cõfitebuntur simplices & idiotæ, si recte iter-
rogati fuerint. Siqui uerò inueniantur errare, erudiantur.

Conferunt enim imagines plurimum ad pietatem. Nega-
re enim non potest quis humanos affectus promoueri sen-
sibilibus: ac mentem ipsam non solū excitari, uerū excita-
tam inflādari. Quis tam ferreus, ut attentē intuens imagi-
nem filij Dei, nostri causa flagellati, coronati, & cruci affi-
xi, dolore quodam nō afficiatur? Quis tam tristis, tam spe
destitutus, qui nō exhilarescat, cū uictorem Iesum, poten-
tissimē à morte resurgentem, gloriosissimē triumphantem,
nobisq; coelestia regna reserantē spectarit? Hæc & alia my-
steria, unico imaginum intuitu cōtemplari ualemus. Sapien-
tissimē igitur maiores nostri diuino afflati spiritu, usum ima-
ginum statuerunt: qui rudibus necessarius esse cognoscitur:
præstantioribus & eruditis commodissimus.

Institutor imaginum probatus est ipse Deus, dum Che-
rubin fieri iusserat. Narrat & ipse Damasce. lib. 4. cap. 16.

Volens benignissimus dñs Iesus Christus pio Abagari re-
gis Edissenorū satisfacere affectui, deteresa sua facie, impres-
sam sudario imaginem transmisit. Quanta etiam ueneratio-
ne colitur imago Veronicæ, à Saluatore eo modo præstita,
qui Romæ fuerunt, non ignorant. Habet quoq; et Eusebius
lib. 7. cap. 11. eccle. histo. Quod apud Cesaream Philippi,
quam Paneadam Phœnices uocant, sit imago ærea saluato-
ris, & mulieris, quam à fluxu sanguinis curauit: crescitque
ibi quedā herba, quæ si creuerit usq; ad summitatē fimbriæ
statuæ saluatoris, oēm langorē depellit: Si uerò decerpatur
antequā æreæ imaginis fimbriā cōtigerit, nihil habet uiriū.

Lucas quoq; euangelista dicitur effigiasse primā crucis

DE IMAGINVM CVLTV

imaginem, quam Traiecten. supra Mosam summo ueneretur honore. Fertur et uarias diuæ uirginis, ac suæ prolis lesu pinxisse imagines, quæ alijs in locis in pretio habitæ sunt. Imagines etiam Apostolorum Petri & Pauli statim ab ipsorum temporibus depictas audiuiimus: quas & Syluester papa exhibuit Constantino imperatori, confestim sibi per uisionem apparentium agnouit uultus. Articu. 2.

RHET. Admitto imagines, ut sint memoratiuæ preceptorum, aut prouectiuæ bonorum: sed eas adorari non sinimus sine periculo idololatriæ.

THEO. Ait aliquando Almarichus. Altaria, sanctos, statuas, & imagines thurificare, idololatriam esse, qui in generali concilio Romæ cõdemnatus est, anno dñi. 1204. Sed audiamus quid dixerit sexta synodus, ut habetur de consecr. dist. 3. cap. uenerabiles. Venerabiles imagines christiani, non deos appellant, neque seruiunt eis, ut dijs, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam & recordationem primitiuorum uenerantur eas, & adorant: sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Et Gregorius reprehendens præfatum episcopum Marsilien. eo quod imagines confregerit, ut ibidem habetur capitu. perlatum, ait. Aliud est enim picturam adorare, & aliud per picturam historiam, quid sit adorandum addiscere: Nam quod legentibus scriptura, hoc & idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa ignorantes uident quid sequi debeant: & in ipsis qui literas nesciunt, pro lectione pictura est. Hac ratione idem Grego. transmisit Secundino imagines dñi nostri Iesu christi, gloriosæque uirginis Mariæ, & apostolorum Petri & Pauli, pie illas petenti, dicens: Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium diaconem rogasti, misimus. Visimus. Vnde uidetur

de nobis tua postulatio placuit: quia illū toto corde diligis,
cuius imaginē prae oculis habere desyderas. Et paulò post.
Scio quidem q̄ imaginē Saluatoris non ideo petis, ut quasi
Deum colas: sed ob recordationē, in eius amore recalescas.
Et nos quidem non quasi diuinitatem, ante illam prosterni-
mur: sed illum adoramus, quem per imaginem aut natū aut
passum, sed in throno sedentem recordamur. Et dum nobis
ipsa pictura quasi scriptura ad memoriā filium reducit, ani-
mum nostrum aut de resurrectione letificat, aut de passio-
ne demulcet. Et si genu flexi homines corā aliqua imagi-
ne, aut triumphali signo sanctae crucis precantur, non lignū
hoc sive lapidem adorant figuratum: sed summū Deum co-
lunt: Et quem sensibus conspiciere non ualent, imaginem ex
instituto illum referentem uenerantur, & adorant, nō qui-
dem in illa sistentes, sed adorationem ad representatū trans-
ferentes. Dicit enim Damasc. lib. 4. cap. 12. Imaginis honor
ad prototypum exemplar, imaginisq; ueritatem transfer-
tur. De adoratione quoq; sanctae crucis, cōgruē & illud di-
citur. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctū est.
& Aug. super Ioannem tracta. 36. Quid seruat fideli suo,
qui talem honorem dedit supplicio suo?

Ex his constat imaginum usum, rem non esse nouitiam,
sed a tpe Apostolorum obseruatam. Debet tamen is imagi-
num usus esse moderatus, tantaq; grauitate et iudicio dispo-
situs, ut commodē praestet id ad quod inductus est: ut ex eis
homo summū Deum glorificet, pietatem excitet: mysterio-
rum domini, ac uirtutis sanctorū nos memores reddat: Ad
eos imitandos nos excitet, & deniq; ad glorificandum do-
minum mentem nostram inflāmet. Qui itaq; uirgines qua-
si scorta adumbrant, et milites Christi quasi lenones aut pe-

DE PEREGRINATIONIBVS
dissequos huius seculi figurant, ritum & ecclesie interiorum
nem peruertunt.

DE PEREGRINATIONIBVS
TITVLVS XXX.
ARTICVLVS I.

RHET. **I**Am longius recedunt à diuinis præceptis peregrinationes. Et harum est magna uarietas. Alius facit iter cataphractus, alius nudis pedibus: alius non nisi emedicata pecunia. Hec uocat Christus inutiles cultus: quare non profunt ad placandam offensam Dei.

THEO. Si peregrinationes perniciose sunt, aut deo minus gratæ, quare ipse dominus adduxit Abraham de Aram ut peregrinaretur in terram Chanaan? Quare ipse legem sanciens ait. Peregrino molestus non eris: Imò beneficium ei impendi uoluit. Scribitur quoque in Deutero. Dominus amat peregrinum, & dat ei uictum & uestitum. Et uos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti. Art. 2.

RHET. Hæc uerba loquuntur de peregrinis, qui se conferunt ut aliena loca incolant: non autem de his peregrinis, qui diuorum sepulcra, aut statuas, aut reliquias uisitant, ut ibi facilius exaudiantur.

THEO. Visere huiusmodi loca, scripturæ est consentaneum. Nam missus fuit ab ipso domino Abraham ad montem, ut filium suum ibi domino immolaret, & oraret. Profectus est etiam David ad arcam Ornam Hiebusæi, ex mandato domini: precaturus & sacrificia immolaturus per cessationem cladis pestiferæ quæ grassabatur in populo. Abijt quoque et Salomon omni Gabon

ut immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximū. Ibiq;
 impetrauit sapientiam: cui Deus superaddidit diuitias, &
 gloriam. Idem uerò Salomon orans, ut quicumque adiret 3. Reg. 89
 templū quod struxerat, exaudiretur, audiuit diuinum respō
 sum. Ego exaudiui orationem tuam et deprecationem tuā,
 quā deprecatus es coram me. Ipse quoque diuus Seruatius
 episcopus Tungrēsis Christo non tam sanctitate quā san
 guine iunctus, fuit ab episcopis Galliae in ciuitate Metensi
 congregatis, rogatus adire limina Apostolorum Petri &
 Pauli in urbe: ibiq; orare pro clade, & deuastatione, quam
 Hunni iam Gallis inferebāt. Quā uerò grata fuerit domi
 no eius peregrinatio, multis indicijs declarauit. Art. 3.

Saluator ait Samaritanæ. Mulier crede mihi, RHE T.
 quia ueniet hora quando neque in monte hoc, Ioan. 4.
 neque in Hierosolymis adorabitis: & infra. Venit
 hora, & nunc est, quando ueri adoratores adora
 bunt patrem in spiritu, & ueritate. Nam & pater
 tales quærit, qui adorent eū. Et iterum ait Salua= Matth. 5
 tor. Tu cum oraueris, intra in cubiculū tuum, &
 clauso ostio tuo, ora patrem tuum i abscondito:
 Et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.
 Non ait: Peregrinare, & ibi inuoca sanctos, ut
 exaudiam te.

Sicut locus sacer sanctitatem nō dat, etsi aliqñ ad eam THEO.
 prouocet. (Dicit enim Hiero. ad Paulinū. Non quicquā fī
 dei tuæ deesse putes, qā Hierosolymā non uidisti: Nec nos
 idcirco meliores aestimes, q̄ huius loci habitaculo fruimur:
 sed siue hīc, siue alibi, equalē te pro opibus tuis apud dñm
 nostrum habere mercedem.) Sic solus locus non dat, ut ibi
 homo exaudiat. Putabant enim Samaritæ in monte Ga

DE PEREGRINATIONIBVS

rizim, Iudei uerò in Hierosolymis solum Deū adorā-
 & interpellandum. Vtriusque errorem secludit dominus,
 dum ait, Deū adorandum, & orandum in spiritu & uerita-
 te ubilibet. Vbi Hierony. Non audeo Dei omnipotentis
 angusto sine concludere: & coarctare paruo terrae loco
 quem nō capit coelum. Singuli quique credentium non lo-
 corum diuersitatibus, sed fidei merito ponderatur. Spiritus

Psalms

ubi uult spirat: Domini est terra, & plenitudo eius. Non
 tamen haec pugnant cū eo, quod alibi plura fiant miracula,
 alibique orantes facilius exaudiantur: ut deductū est spiritus
 titu. 23. articu. 11. Et hoc propter Dei praelectionem, &
 ordinationē, qua aliqua hic fieri, aut exaudiri statuit, et
 alibi, ut experientia omnium rerum magistra edocet. Hoc

Actu. 8.

facto uenit euncuchus Candacis reginae Aethiopū, quasi uo-
 ta in Hierosolymis redditurus: ut habet histor. ecclesiast.
 sti. libro. 2. cap. 1. Articulus 4.

RHET.

Christus uocat inutiles cultus nudis pedibus
 peregrinari: quare non placant Dei offensam.

THEO.

Vbi (quaeso) quod ipse Christus exemplo docuit, quod
 Apostolis mandauit, uocauit inutile cultum? De afflictione
 corporis loquor: qualis est peregrinatio nudis pedibus per

Matt. 15.

acta. Dices fortassis in Matthaeo, ubi ait de quibusdā. Sine
 causa colunt me, docentes doctrinas hominum ac mandata.
 Hoc semper fuit haereticorum proprium, de purissimo scri-
 pturarum fonte assumere quidem testimonia: nō tamē inter-
 pretari eo spiritu quo scripta sunt. Sed simplicitatem ec-
 clesiastici sermonis, id uolūt significare, quod ipsi sentiunt.
 Quos redarguit Hilarius. 4. de Trinitate, dicens. Intelligē-
 tia dictorum, ex causis est assumenda: quia non sermoni-
 res, sed rei sermo debet esse subiectus. Dum itaque haec uer-

ba dixit saluator, non de omni hominū statuto hæc uoluit
intelligi, qui alio in loco ait. Super Cathedram Mosi sede- **Matt. 23**
runt Scribæ & Pharisei. Omnia quæcunque dixerint uo-
bis, facite, & seruare. Et iterum. Qui uos audit, me audit:
qui uos spernit, me spernit. Non ergo omne statutum huma- **Luc. 10.**
num aboleri Christus uoluit, sed quod diuino repugnat:
quale fuit illud statutum Phariseorum auaritiæ consulens:
de quo ibi disputat: uidelicet quòd aliqua necessitati parentū
forent auferenda, et Deo offerenda, ut habet Irenæus lib. 4.
cap. 25. Negent itaque hi tales afflictiuas peregrinationes,
Deum placare: qui non admittunt Niniuitas ieiunio, cine- **Ionæ. 3.**
re, cilicio Deū placasse. Qui dicunt dominum adhuc fuisse **3. Reg. 21.**
Achab insensum postquam sacco & cinere indutus, miseri
cordiā domini impetrauit: Qui deridet Dauid, quòd flens, **2. Reg. 15.**
nudis pedibus incedens, & operto capite fugiens Absalo-
nē, domini misericordiā interpellauerit: uide suprā titu. 23.
arti. 11. Non autem uolumus quòd hæc opera diuinam offe-
sam placare queant sine sanguine mediatoris. In fide enim
mediatoris, & uirtute passionis Christi, deū reddunt paca-
tum huiusmodi opera.

Articulus 5.

Ritus est superuacaneus, ne dicā superstitiosus **RHET.**
in aque, panis, candelarū, & palmarū bñdictione.

Dixit aliquando Ioannes de Vuesalia, quòd aqua bene- **THEO.**
dicta non habeat aliam uirtutem, quàm alia aqua non bene-
dicta. Cuius erroris fuerunt & Vualden. Flagellantes, &
in Anglia Lolardi, omnes humanas benedictiões irridētes.

Benedictionem aquæ instituit Alexander, quintus à bea-
to Petro, Papa et martyr. Sic enim in suo decreto habetur:
Aquam conspersam sale populis benedicimus, ut ea cuncti
aspersi sanctificentur, ac purificentur: quod & omnibus

DE PEREGRINATIONIB.

- Leuit. 16.** sacerdotibus faciendū esse mandamus. Nam si cinis uile
Hebræ. 9. conspersus, populum sanctificauit, atque mūdauit: quanto
 magis aqua sale conspersa, diuinisque precibus sacrata, po-
 pulum sanctificat atque munda? Is ambigat de aquæ bene-
 dictæ uirtute, qui negat aquas Zelotypiæ aliquid ualuisse.
 Qui non credet Mosen per lignum amaritudinem ab aqua
Num. 5. expulisse: Qui dicit Heliseum per salē mortem à fonte, et
Exo. 15. sterilitatem à terra, et per farinā, à pulmento mortis
4. Reg. 2. ritudinē minimē fugasse. Si nihil ualēt humanæ benedictio-
4. Reg. 4 nes, quare Iacob cum tanta sollicitudine, et matris solen-
gene. 27 se à patre benedici curauit? Quare Esau se priuatum be-
 dictione, cū tāto gemitu, cū tot lachrymis deplanxit? Dic-
Eccle. 3. tur etiam in Ecclesiastico: Benedictio patris firmat domus
 filiorum: Maledictio autem matris eradicat fundamenta.
 Superuacaneē ergo Iacob moriturus duodecim patriarchis
 suis filiis, simul et filiis Ioseph tam sollicitus benedixit: nu-
 num quoque erat, quod dominus iussit quosdam stare se-
Deut. 27 per montem Garizim, ad benedicendum: et alios super
 montem Hebal, ad maledicendum. Si quidē dixeris ualuisse
 benedictiones illorum patrum, nō nostrorū: uide ne legem
 naturæ aut timoris, prætuleris legi gratiæ. Neque potest
Ioan. 14 notare quod ueritas ipsa dixerit. Quodcunque petieritis
 patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur pater in
 filio. Iacobus quoque ait, Multum ualeat deprecatio iusti as-
Iacob. 5. sidua. Quid ergo non impetrabit supplicatio ecclesiæ? Dic-
 cit ipse saluator. Si duo ex uobis cōsenserint super terram,
1. Tim. 4 de omni re quācunque petierint, fiet illis à patre meo. Dici
 quoque Paulus cibum sanctificari, per uerbum Dei, et con-
genes. 1. tionem. Vbi aqua demeruit præ cæteris, ut non poterit et
 ipsa sanctificari, cū dicatur quod spiritus Dei ferebatur

per aquas? Narratur præterea in histo. triparti. libro. 8. cap. 34. quomodo aqua benedicta demonis coercuit potestatem. Asperisionis huius aquæ meminit et Cyprianus: ut habetur de consecratione distincti. 4. cap. Nec quenquam.

DE PRIMATV PETRI, ET ROMANAE ECCLESIAE. TIT. XXXI.
ARTICVLVS I.

Sunt assentatores qui sic Papæ præconia extolunt, ut dicant eum ex Christi institutione, uicarium Christi posse soluere ac ligare quæuis, etiam statuta pro suo arbitratu condere.

Nouimus quidem quomodo Græci et Rutheni Papæ potestatem in uniuersalem ecclesiam negent.

Ioānes quoque de Lauduno, et Marsilianus Paduanus, dixerunt, quod Christo ascendente in cælum, non mansit in terra eius uicarius generalis Papa. Quodque Petrus non plus fuit caput ecclesiæ, quàm quilibet aliorum Apostolorum. Hic error damnatus est per Ioh. 22. in extrauag. Licet intra doctrinam Apostoli. Huic errori subscripsit, et Ioannes de Vuesalia, damnatus Maguntiae tpe Federici. 3. Vualden. aut dixerunt Romanum præsulē reliquis episcopis parē: quibus consensit et Ioānes Huss, Ioannes quoque Vuicleff, ait post Urbanum. 6. Nullum esse recipiendum in Papam. Et quod more Græcorum uiuendū sit moribus proprijs. Hos quia hæreticos damnatos nouimus, missos facimus. Dicit Cyprianus lib. 1. episto. 3. ad Cornelium Papam. Neque aliūde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, nisi inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur: Nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tēpus iudex uice Chri-

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

- sti cogitatur. Cui si secundum magisteria obtemperaret
ternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium
quicquam moueret. Quamobrem nos quam dominus Pe-
tro dedit potestatem, infirmare nolumus, sed eam consistere
& amplecti. Potestatem ordinis cum alijs Apostolis com-
munem accepit in coena: quando Christus dedit eis pote-
stem conficiendi corpus & sanguinem suum. Potestate quoque
que iurisdictionis, seu ligandi & soluendi promisit Chris-
tus Apostolis communiter, dum ait, Amen dico uobis: quae-
cunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in coelis.
Quaecunque solueritis super terram, erunt soluta et in coelis.
Potestas solis presbyteris conuenit: ut habet Ambr. lib. 1.
poe. c. 2. Dedit autem potestatem ligandi & soluendi ipsis pre-
sbyteris iam factis: dum post resurrectionem insufflauit, &
dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis pec-
cata, remittuntur eis: & quorum retinueritis peccata, re-
tenta sunt. Praeeminentiam quoque praeter ceteris, & primi-
tium promisit Christus Petro, propter singularem suam con-
fessionem. Scribit namque Matthaeus: Venit Iesus in partes
Caesareae Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens:
Quem dicunt homines esse filium hominis? Et post paucos.
Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus
dixit. Tu es Christus filius Dei uiui. Respondens Iesus dis-
xit. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non re-
uelauit tibi, sed pater meus qui in coelis est. Et ego dico tibi:
quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam
meam: & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et
tibi dabo clauis regni coelorum. Et quodcunque ligaueris
super terram, erit ligatum & in coelis: Et quodcunque solue-
ris super terram, erit solutum & in coelis. Hoc ipsum uerbum

luit Christus, dum Simoni per Andræā adducto ait. Tu es
Simō filius Ioā. Tu uocaberis Cephās, quod interpretatur Ioan. 1.
Petrus. Anacletus quoq; tertius à beato Petro Papa ait: ut
recitatur distim. 22. cap. Sācta Romana. Petro, à domino
concessum est, ut reliquis omnibus præesset Apostolis: &
Cephās, id est caput, & principium teneret apostolatus,
Præterea Cephās dicitur, quia in caput cōstitutus est Apo-
stolorū. Cephali enim Græcè caput dicitur latinè: ut ait Isi-
dorus. 7. etymo. cap. 9. Si itaque horū uerborū germanus
sensus exquiratur, comperitur dominum Petro primatum
sue ecclesie spopōdisse eisdem uerbis. Artic. 2.

Ex uerbis Matt. præfatis nulla Petro repromit R H E T.
titur prærogatiua: sed quod commune fuerit or. Matth. 16
ganum Apostolorū, insinuatur. Dominus enim
non solum Petrū, sed omnes Apostolos requi-
siuit dicens. Vos autem quem me esse dicitis? Et
Petri respōsiōne accepit pro omni collegio Apo-
stolorū. Ex quibus ulterius sequitur, quod Chri-
stus personam Petri respondentis, pro omnibus
accepit, ita sequenter quoque nō solum ad Pe-
trum, sed ad omnes pro quorum persona loqui-
tur, dicit. Tu es Petrus. &c.

Congruebat recoluisse illud sapientis. Ne innitaris pru THEO.
dentie tue. Quod uerbum tractans Hiero. in parabolis, Prouer. 3.
quemadmodū habetur de cōstitu. cap. Ne innitaris, ait. Pru-
dentie sue innititur, qui ea quæ sibi agenda nel dicenda ui-
dentur, patrū decretis antepōnit. Prisci patres, præfatis uer-
bis Petro promissum asserunt principatum. Tu uerò præ-
ter rationem, præter authoritatē, cōtra patrum sententias,
præfatam spōsiōnem detorques ad omnes Apostolos, imò

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

ad omnes Christianos: ut ecclesiæ, & non Petro daretur
 potestas clauum. Petrum itaque sanctitate perinde ac sci-
 tia præpollentium non pudeat audire sententias. Dicit namq[ue]
 Clemēs in epist. ad Iacobū fratrem domini, Hierosolymitanū
 episcopum. Notum tibi facio domine, quia Simon Petrus
 ueræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fidei
 mentum ecclesiæ esse, definitus est. Qua de causa, etiā
 mini ore cognominatus est Petrus. Petra quidem dictus est
 Christus. A petra cognominatus est Simon Petrus: ut hinc
 ratione edoceamur Petrum Christi uicem in terris habere
 rum, cuius nomen & accepisse cognouimus: & eundem
 tram uocari, supra quam fundanda erat ecclesiā (Inter
 tāquā in secundario fundamento) quæ iam in Christo pri-
 mario fundamento ædificari cœperat. Quamobrem ait
 minus Petro. Super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam.
 Pensare non pigeat uerba. Simili modo eadem uerba inter-
 pretatus est ibidem Theophy. Remunerat (inquit) Petrum
 dominus, mercedem illi dans magnam, quod super eam ædi-
 ficabit ecclesiā. Hieronymus quoque ibidem sic ait. Simo-
 ni qui credebant in Christum, Petri largitus est nomen ec-
 clesiæ secundum metaphorā petræ, recte dicitur ei. Aedificabo ec-
 clesiā meam super te. Chrysost. etiam eadem uerba tra-
 ctans, sic inquit. Sublimiora ipsum sapere facit: et ecclesiæ
 futuræ pastorem constituit. Rabanus eundem locū sic inter-
 pretatur. Qui regem cœlorum maiori præ cæteris deuote
 tione confessus est, merito præ cæteris collatis clauibus re-
 gni cœlestis dotatus. Hilarius uerò eadem uerba trutinans
 inquit. O in nuncupatione noui nominis felix ecclesiæ fun-
 damentum: dignaque ædificatione illius petræ, quæ infer-
 nas leges, & Tartari portas, & omnia mortis claustra

solueret. O beate coeli ianitor, cuius arbitrio clauēs aeterni
aditus traduntur: cuius terreſtre iudicium praeiudicata au-
thoritas ſit in coelo, ut quae in terris aut ligata ſint, aut ſolu-
ta, ſtatuti eiufdem conditionem obtineant in coelo. Cyrillus
autem Alexandrinus epiſc. lib. 2. ſuper Ioan. ca. 12. ſic ait:
Nec Simon fore ſibi nomen, ſed Petrus, praedicat: uocabu-
lo ipſo commodè ſignificās, quod in eo tāquam in petra la-
pideq; firmiſſimo ſuam eſſet aedificaturus eccleſiā. Cypria-
nus autē martyr, aduerſus Nouatianū de unitate eccleſiae,
epiſt. 26. ſic habet: Loquitur dominus ad Petrū. Ego dico
tibi, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram aedificabo ec-
cleſiam meam &c. Et eidē poſt reſurrectionem dicit. Pa-
ſce agnos meos, paſce oues meas. Super unum aedificat ec-
cleſiam: & illi oues paſcendas committit. Et quanuis apo-
ſtoli oībus poſt reſurrectionē ſuam parem potētem tribuat,
& dicat. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Accipite
ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur
eis: Et ſi cui tenueritis, tenebuntur. Tamen ut unitatem
manifeſtaret, unitatis eiufdem originem ab uno incipiētem
ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & ceteri Apo-
ſtoli, quod ſuit Petrus, Pari conſortio praediti, & honoris,
& poteſtatis: Sed exordium ab unitate proficiſcitur, ut ec-
cleſia una monſtretur. Idē quoque Cyprianus li. 1. epiſt. 3.
ad Cornelium Papam, ait: Super Petrum aedificata eſt à do-
mino eccleſia: unus pro omnibus loquens, & eccleſiae uice
reſpondens, ait: Domine ad quem ibimus? Chryſo. quoque
in Matth. homi. 55. praediſta uerba recitās, ait: Hic eccleſiae
futuræ paſtorem conſtituit. Nam quod Deus concedere ſo-
lus poteſt, peccatorum ſcilicet remiſſionem, & ut futura ec-
cleſia, tot tantisq; fluctibus impetu irrupentibus immobilis

DE PRI. PET. ET RO. ECCLĒ.

maneat: cuius pastor & caput piscator homo atq; igno-
lis, in terrarum orbe reluctante adamantis naturam firma-
te superet. Hec (inquam) omnia quæ solius Dei sunt, sepe
licetur daturum. Aug. siquidem sermo. 16. de sanctis, per
preconium sic cecinit. Audistis frequenter, ipsum Petru-
m à domino petram nuncupatum: sicut ait. Tu es Petrus,

Actu. 3

super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si ergo Pe-
trus petra est, super quā ædificatur ecclesia: recte prius pe-
des, scilicet claudi ex utero matris sanat: ut sicut in ecclesia
fidei fundamentum cōtinet: Ita & in homine, membrum
fundamenta confirmet. Vides itaq; candide lector, quomodo
omnes isti sanctissimi pariter et doctissimi patres, ex
bis Matthæi, asserant Petro à Christo primatum pmissum
fuisse, & eum caput & fundamentum nuncupant. Dionys.
quoq; lib. 8. de diu. nomi. cap. 3. Petrum uocat uerticem,
hoc est capitalem seu capitaneum. Et Chrysosto. super illud:

Ioan. 21.

Pasce oues meas. Eximius (inquit) erat apostolorum Petrus,
os discipulorum, & uertex collegij. Artic. 1.

RHET.

Petrus os & organum erat omnium aposto-
lorum: & pro omnibus Christus accepit suam re-
sponsionem: ideo non ad eum, sed ad eos quorum
personam gessit, loquitur Christus, dicens: Tu es
es Petrus, & super hanc, &c. Confirmat hoc Au-
gust. super Ioan. tracta. 124. sic inquit. Hoc agit
ecclesia spe beata in hac uita ærumnosa, cuius eccle-
siæ Petrus aposto. propter apostolatus sui pri-
matum, gerebat figurata generalitate personam.
Quod enim ad ipsum p̄prie ptinet, natura unus
erat homo: gratia unus christianus: abundantiori
gratia unus idemq; primus apostolus. Sed quan-

do ei dictum est. Tibi dabo clauēs regni cœlorū:
& quodcunque ligaueris, &c. uniuersam signifi-
cabat ecclesiam.

Quis pius christianus feret domini uerba ad Iudā pro- THEO.
ditorem directā fuisse, qui illi collegio interfuit ut dixerit il-
li dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo
ecclesiam meam? Si quidem ad Apostolos sermonem direxis-
set Saluator, plurali numero enunciaffet, quemadmodū ali-
quādo soli Petro interroganti. Ecce nos reliquimus omnia, Matth. 12.
et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? &c. Mox dominus
sermōnes ad omnes apostolos dirigens, ait. Vos qui reliqui-
stis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes &c. Iam
uero ad Petrū ppter singularem eius, confessionem, sermo
nē direxit, ut probauerūt arti. præcedentis allatæ authorita-
tes. In cuius argumentum ait ei. Tu es Simon Bariona: Tu
es Petrus: Caro & sanguis non reuelauit tibi (non ait uo-
bis) sed pater meus cœlestis. Hæc est sententia etiam ipsius
Bede super eisdem uerbis Matt. 16. Ait enim. Qui regnū
cœlorum maiori dilectione præ cæteris cōfessus est meritō
præ cæteris collatis regni cœlestis clauibus donatus est: Sed
non frustra uni cōmendatur, quod omnibus intimaretur. Pe-
tro enim singulariter creditur, quia cunctis ecclesiæ recto-
ribus Petri forma præponitur. Nec primatui Petri repu-
gnat, q̄ fuerit os & organum apostolorum, aut q̄ personā
gesserit ecclesiæ. Nam ea rōne alijs prælatus est. Dicit enim
Chrysost. super eo. Pasce oues meas. Eximius erat aposto-
lorum Petrus, aut discipulorum, & uertex collegij. Sed &
August. in allegatis pcr te uerbis, Petro primatum tribuit,
personamq̄ gerebat ecclesiæ, ueluti episcopus in synodo ge Ioan. 21.
nerali, personam suæ repræsentat ecclesiæ, aut princeps sui

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

regni. Nam ibidem post pauca subdit Aug. Claves regni
cœlorum primus apostolorum accepit Petrus. Nec insigne
mur clauē dari ecclesiæ: Nam ecclesia finis est donatio:
dantur enim propter ecclesiæ utilitatem, ut ecclesia
percipiat fructum. Et hoc dicit Aug. sup. Ioannē tract. 1.
Ecclesia quæ fundatur in Christo, clauē ab eo regni cœlo-
rum accepit in Petro. Et glo. ordi. Matth. 16. Datae sunt
clauē ecclesiæ episcopis et presbyteris. Hoc schemate dicimus
imperium esse apud Germanos, non quia singuli Germa-
ni, sed quia ex eis unus imperij titulo insignitus est. Sic
tempore Carolus quintus Austriacus, & Hispaniarum,
Gandavi in Flandria natus. Articulus. 4.

RHET.

Sententiam nostrā ex Origene homi. 1. in Ma-
thæ. decerpimus. Qui singulos quosque iustos di-
cit esse eos, super quos tanquam in petra fundatur
ecclesia: quibus & clauē regni cœlorū dantur: cō-
tra quos nec portæ inferi præualebūt. Ait enim
Petra est omnis qui imitator est Christi. Et super
omne huiusmodi ædificatur ecclesia Dei. Si autē
super unum illum Petrū arbitraris uniuersam eccle-
siam ædificari à Deo, qd dicis de Iacobo & Ioā-
ne filijs tonitruī, uel de singulis apostolis?

Ephes. 5.
1. cor. 3.

THEO.

Absit ut Origenes à seipso dissideat: Petri primatū cō-
mendauit homi. 1. super Matth. præfata uerba discuties. Ni-
de (inquit) quantam potestatem habet Petrus, super quē æ-
dificantur ecclesia, ut etiam eius iudicia maneant firma, quæ
Deo iudicante per illa. Et hom. 6. Illa (inquit) quæ super
Petro dicta sunt, uidentur etiam oībus dicta: sed quomodo
oportebat aliquid maius habere Petrum præ illis: ideo
quidem sic dicit. Tu es Petrus, & super hanc petram æ-

edabo ecclesiā meam. Et tibi dabo clauēs regni cœlorū, &c.
 Et in hom. i. ut suprā. Verē ad Petrum dictum est. Tu es
 Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam,
 & portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Tamē omni-
 bus apostolis, & omnibus perfectis fidelibus dictum uide-
 tur, quoniam omnes sunt Petrus & petræ, id est, in omni-
 bus ædificata est ecclesiā: aduersus nullum eorum qui tales
 sunt, portæ præualent inferorum. Sed hæc expositio typica
 est secundum allegoriam. Quod uel ex illo manifestum sit,
 q̄ portas inferi peccata, clauēs regni cœlorū uirtutes inter-
 pretetur. Nos autē sensum literalē prosecuti sumus: de quo
 sensu, & ipse Orige. hom. 6. locutus est. Artic. 5.

Quō Petrus caput aut fundamentum ecclesiæ R H E T.
 dici potuit, quod Christo tribuit Apostolus? Di-
 cit enim. Vir est caput mulieris, sicut Christus ca- Ephe. 5.
 put est ecclesiæ. Et ad Corin. Fundamētum aliud 1. cor. 3.
 nemo potest ponere, præter id quod positum est,
 quod est Christus Iesus.

Caput ecclesiæ dicitur Christus, quia nedum rector, sed THEO.
 & author est ecclesiæ. Ex latere enim suo perforato pro-
 fluentibus undis aquæ & sanguinis, unica & immaculata, ac
 uirgo sancta mater ecclesiā coniux Christi formata est, ut
 dicit concilium Viennen. in cle. 1. de sum. trini. Et ipse Chri-
 stus quasi caput, in mēbra influit dona gratiarū & salutis.

Caput quoq; dicitur Petrus, quia supremus guberna-
 tor & rector ecclesiæ. Fundamētum ecclesiæ dicitur Chri-
 stus. Fundamenta autem nūcupati sunt Apostoli: Quia fun-
 dauērunt ecclesiā in fide & doctrina Christi, quemadmo-
 dum ait Paulus. Vt sapiens architectus fundamentum po- 1. cor. 3.
 sui. Dicit enim Ignatius episto. 5. Vna est ecclesiā, quā funda-

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

uerunt sancti apostoli in sanguine Christi proprijs sudoribus & laboribus. Singulariter uero fundamentum dicitur
Matt. 19. Petrus, quia singulariter Christum confessus est, quia pri-
Act. 2. 4. mus in nationibus fidei iecit fundamenta: quia aliorum
10. Etus est firmamentum, ut habet Ambr. lib. 1. hom. & re-
Luce. 22. tur dist. 50. cap. fidelior. Articulus 6.

RHET. Putasne alijs in locis meminere scriptura
THEO. matus Petri?

Luc. 22. Utique meminit. Alit namq; Christus ad Petrum. Simo-
 ecce Sathanas expetuit uos, ut cribaret sicut triticum
 autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu alio-
 do conuersus, confirma fratres tuos. Vbi Theophy. Quia
 te habeo ut principem discipulorum, Postquam negaui
 fleueris, & ad patriam ueneris, confirma ceteros. Hoc enim
 te decet, qui post me, ecclesie petra es, & fundamentum.
 Eadem ferme habet uerba Cyrillus, super eodem uerbo. Co-
 firma fratres tuos, quasi dicat. Postquam me negaui
 ueris, & sic poenitueris, corrobora ceteros, cum te princi-
 pem apostolorum deputauerim: hoc enim te decet, qui me
Ioan. 21. cum robur es, & petra ecclesie. Præterea dominus
 Petro petijt, dicens. Petre, diligis me plus his? cui Petrus
 Domine tu nosti quia amo te. Et dñs. Pasce oues meas
 Pasce agnos meos. Profecto is qui præ cæteris dilexit, præ
 cæteris aliquid accepit, quando gregis curam ei commisit, salu-
 cet uniuersalem Christus. Vbi Chryso. Os erat apostolorum
 & princeps: tanquam enim negationis obliuisceretur, Petrum
 curam ei committit. Et Theoph. Quia Petrus maior
 erat feruoris, dignus cui amplius concedatur ministerium
 comprobatur. Saluator quoq; abluturus pedes apostolorum
 ad Petrum, tanquam ad aliorum principem, uenit primum

Articulus 7.

Matt. 17.

R H E T.

THE O.

& uniuersalis ecclesie, Paulus, Andreas, & Ioanes quod
 aliud, quam singularium sunt plebium capita? Et tamen sub
 uno capite omnes sunt membra ecclesie. Dionysius autem
 de Apostolorum passione loquens, Paulum adducit sic
 tro uale facientem. Pax tecum, Fundamentum ecclesie,
 pastor ouium Christi. Chrysostomus homi. 59. super Ma-
 theum, tractans illa uerba. In illa hora adierunt discipuli
 Matt. 18. Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum
 sic ait. In illa hora, quando scilicet ceteris omnibus Petrus
 prætulit: Nam cum Iacobus & Ioan. primogeniti essent,
 nihil tale pro ipsis fecisse uidetur ut scilicet pro eis dictu
 ma solui iuberet. Primatū etiam Petri exprimit idē Chry-
 sostomus, de dignitate sacerdotali libro secundo, capitulum
 Cyrillus quoque, eius eminentiæ non est oblitus, in libro
 thesaurorum. Nulli alteri (inquit) tanquā Petro, Christus
 quod suum est pleniter, sed ipsi soli dedit. Dicit præterea
 Anacletus papa, in epistola de ordinatione archiepisco-
 porum, episcoporum, & cæt. Inter Apostolos beatos que-
 dam fuit discretio: Et licet omnes essent Apostoli, Petro ta-
 men à domino cōcessum est: & ipsi inter se id ipsum uolu-
 runt, ut reliquis omnibus præesset Aposto. Et Cephas
 est caput & principium teneret apostolatus: Qui & in
 dem formam suis successoribus & reliquis episcopis tenen-
 dam tradiderunt. Dicitur quoque in concilio Constantino-
 politano. Veneramur secundum scripturas, & canonicas
 definitiones, sanctissimum antiquæ Romæ episcopum, pri-
 mum esse, & maximum episcoporum. Athanasius & uer-
 uerfi episcopi Aegyptiorum sic scripserunt pro exempla-
 ribus Nicæni cōcilij, domino sancto & apostolici culmi-
 nati uenerando Marco sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis

uniuersalis ecclesie pape Athanasius & uniuerſi Aegyptiorum episcopi.

Articulus 8.

Petrum ratione ſui primatus aliquid exercuiſſe R H E T. eminentis iurisdictionis, non inuenimus.

Tanquam ecclesie caput, & uicarius Chriſti Petrus THE O. primam ſynodum cōuocauit: Vbi in locum Iudæ ſubſtitutus eſt Mathias. Idem ipſe damnauit Ananiam et Zaphirā Actu. 1. de peculio agri uenditi, aliquid ſibi occultantes. Secundam Actu. 15 ſynodum conuocauit idem: ubi de legalibus concluſum eſt, nihil amplius oneris imponere ceruicibus ad fidem conuerſorum gentilium, niſi ut abſtinerent ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine & ſuffocato & fornicatione. Quāquidē ſententiam protulit Iacobus, tanquam in ſua diceceſi. Præterea Petrus ubique fidē & reſurrectionem tanquam aliorum princeps tutatus eſt: ut acta Apoſtolorū declarāt.

Eſto, Petrus primatum ecclesie ſibi à Chriſto R H E T. delegatū habuerit. unde Romano Pontifici, qui eſt episcopus Urbis, ea poteſtas ut eam in omnes uſurpet eccleſias?

Nemo ambigit ſuſſectum in eam ſuccedere poteſtatem THE O. quam habuit prædeceſſor, modò per ſuperiorem illi non ſit coarctata poteſtas. Vnde Damaso papæ Hierony. ait, ut habetur. 24. quæſtio. 1. cap. Quoniam uetus. Cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulos Chriſti loquor. Quamobrem Clemens eam habuit poteſtatē quā Petrus & Anacletus ei ſubrogatus, & alij ſucceſſores. Si Clementi credendum eſt in epiſtola quam ad Iacobum fratrem domini deſtinauit: Petrus Clementem in ſua ſede collocauit, dicens. Clementē hunc, episcopum uobis ordino: cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedrā trado, Propter quod ipſi trado, à domino

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

mibi traditam potestatem ligandi & soluendi: ut de omni-
 bus quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretū sit &
 in coelis. Linus autem & Cletus non Petri fuere successo-
 res, sed adiutores. Dicit namque Ioannes. 3. in suo decr.
 Petrus adiutores sibi asciuit Linū & Cletum, non tamē
 potestātē pōtificij aut ligandi aut soluendi eis normā tra-
 dit: sed successori suo Clementi, qui sedem apostolicam po-
 eum tenuit, & potestatem pontificalem. Linus enim &
 Cletus ministrabant exteriora: Petrus uerō uerbo & or-
 tioni instabat: quemadmodum dixerant apostoli. Non
 æquum nos ministrare mensis, & relinquere uerbum. De
 Linum autem & Cletum nihil legitur unquam ex pōtifi-
 li ministerio egisse potestatiue: sed quantum eis à beato Pe-
 tro præcipiebatur. Si uerō eis postea cesserit Clemens, no-
 lo contendere. Ob hanc eminentiam, synodus Calcedonē.
 acclamauit Leonī papæ. Leo sanctissimus, apostolicus, &
 œcumenicus, id est, uniuersalis patriarcha, per multos an-
 nos uiuat. Hinc ex schismate redeuntes, confessi sunt Corne-
 lium episcopum sanctissimæ, & catholicæ ecclesiæ, erectū
 à Deo: ut habet Cypri. lib. 3. epist. 11. Clemens quoq; pā-
 seditionem apud Corinth. exortam per epistolam compe-
 scuit, & eos in pacē reuocauit, ut testatur hist. eccle. lib. 5.
 cap. 6. Iulius autem papa Athanasium Alexandrinæ, &
 Paulū Cōstantinopolitanæ ecclesiæ restituit: ut recitat hist.
 tripar. lib. 4. ca. 14. Hac de causa Sixtus, sextus à beato
 Petro, papa, & martyr, sic scripsit. Sixtus uniuersalis apo-
 stolicæ ecclesiæ episcopus, omnibus episcopis in domino
 salutē. Licet postea in concilio Carthagen. 3. ca. 26. ordina-
 tum sit humilitatis causa, ut primæ sedis episcopus nō ap-
 pelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos, sed pri-

me sedis episcopus. Articulus 10.

Cur Romana ecclesia tantum sibi arrogat potestatis, cū Petrus non tam Romanæ, quam Antiochenæ ecclesiæ præfuerit?

Dicit Marcellus papa, quēadmodum recitatur. 24. q. 1. cap. rogamus. Licet prima sedes Petri, fuerit apud Antiochiam, postea iubente domino, Romā translata est. Et Anacletus, 3. à beato Petro, papa, & martyr, à quo & presbyter ordinatus fuerat, in epist. de ordinatione archiepiscoporum, episcoporum, & sacerdotum, ait. Hæc sancta Romana & apostolica ecclesia non ab Aposto. sed ab ipso domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super uniuersas ecclesias, ac totum christiani populi gregē assecuta est: sicut ipse beato Petro apos. ait. Tu es Petrus, & c. Secunda est Alexādrina, beati Petri nomine à diuo Marco eius discipulo atq; euangelista, consecrata. Tertia sedes apud Anthiochiam: quia illic, priusquā Romam ueniret, beatus Petrus habitauit, & Ignatium episcopum constituit. Et illic primum nomen christianorum nouellæ gentis exortum est: ut habet Ignatius epist. 8. ad Antiochen. In cōcilio autem Constantinopolitano. 150. episcoporum, cōtra Nestarium congregato, decretum est cap. 5. Constantinopolitane ciuitatis episcopum habere primatus honorem, post Romanum pontificem. Cypria. quoq; lib. 1. epist. 3. ad Cornelium papam, sic scripsit de primatu Roma. ecclesiæ. Post ista (scilicet facinora quæ præmisit) adhuc insuper pseudo episcopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audent (ipsi scilicet. Nouatiani) & ad Petri cathedram, atque ecclesiam principale, unde unitas sacerdotalis eorum est, à schismaticis et prophanis literas ferre. Nec cogitare eos esse Romanos,

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

quorum fides Apost. prædicante laudata est: ad quos per
dia habere nō possit accessum. Simile scribit epist. ii. ad en
dem. Et lib. i. epist. 4. Papa (inquit) Cornelio in cathedra
tē firmato, quisquis iam episco. fieri uoluerit, foris fiat
cesse est: Nec habeat ecclesi. unionem, qui ecclesi. non
unitatem. Articulus 11.

RHET.

Romana ecclesia, multa p̄ ambitū sibi usurpa

THEO.

Non per ambitum occupat, sed quod suum est tenet
docet: habet enim primatum, ut docuimus, prae ceteris
clesiis: cuius rei gratia à nemine uenit iudicanda. Cōcilij
neralia conuocat, & disponit. Maiora negotia etiam
discutit, ac decernit. Articulus 12.

RHET.

Non tam miris, quàm periculosis portentis
fers Romanum pontificem, dicens eum à nemi
ne iudicandum.

THEO.

Non meum, sed sanctarum synodorum est hoc decretum.
Cum enim Nicæna synodus. 318. episcoporum celebrata
in Oriente, conuocauit & Syluester papa concilium. 325.
episcoporum in Vrbe Roma: ubi sic statutū inuenitur. Ne
ma iudicabit primam sedem, quoniam omnes à prima sede
iustitiam desyderant temperari. Huic decreto subscripserunt
176. episcopi, Constantinus imperator, & Helena eius ma
ter. Dicitur quoq; in quinta synodo Roma sub Symmacho.
A multis antecessoribus nostris synodaliter decretum est:
oues quæ pastori cōmissæ sunt, eum nec reprehendere, nisi
à recta fide exorbitauerit, præsumāt: nec ullatenus pro qua
cunq; re alia, nisi pro sua iniustitia, accusare audeant. Hoc
ipsum infert Nicolaus papa, ex illo ad Hebræos. Minor
maior benedicitur: profectò exigente ratione, & male
citur: ut habes dist. 21. cap. deniq; Confirmatur & exēplo

Tpe nanq; Diocletiani & Maximiani, cum Marcellinus
 papa timore persecutionis, thura idolis obtulisset: poenitēs
 conuocato concilio. 180. episcoporum in Sumessam Cāpa-
 nie urbem uenit, ibiq; squalidus & cilicijs indutus, cum
 lachrymis peccatum suū cōfite, pro inconstātia sua poenā
 sibi indici postulauit. Cui synodus. Absit ut summus ponti-
 fex ab aliquo iudicetur, & sepius dixerunt. Tuo ore iu-
 dicat causam tuam: nō nostro iudicio. In sinu tuo collige cau-
 sam tuam, & ore proprio te iudica, dist. 21. ca. Nunc autē.
 Hoc ipsum habet & Platina. Constantinus etiam in conci-
 lio Niceno recipiēs libellos quibus accusabantur episcopi,
 eos igni tradidit dicens. Deus constituit uos sacerdotes &
 potestatem dedit iudicandi de nobis. Vos autē non potestis
 ab hominibus iudicari: & ideò solius Dei expectate iudi-
 cium, ut habet hist. eccle. lib. 10. capitu. 1. Et tripart. lib. 2.
 cap. 2. Symacho papa impetito, corroborato per eum con-
 cilio quarto Romano, dixerunt episcopi residentes. Syma-
 chus papa ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quan-
 tum ad hoīes respicit. sit īmunis & liber: cuius causam to-
 tā Dei iudicio reseruamus. Hoc quoq; schemate ait Dauid
 domino. Tibi soli peccaui. Quia hominē qui eum puniret,
 non habuit. Quid autem agendum est, si Papa suis prauis
 moribus scandalizat ecclesiā, docet Ioan. de Turre crema-
 ta, in summa de eccle. lib. 2. cap. 106.

Articu. 13.

Quare concilia generalia à solo Romano pō- RHET.
 tifice conuocanda sunt, aut robur habere ualent?

Vt finis litibus & controuersis imponatur, necesse est THEO.
 iurisdictionē supremā ab uno inchoari & finiri. Hoc autē
 fit quādo soli Papae licet conuocare & corroborare con-
 cilia celebranda. Dicitur nāque in decreto Marcellini papae

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

ad episcopos Antiochie. Inspirante domino sancti patres
constituerunt, ut nulla sancta Synodus fieret præter Roma-
næ sedis auctoritatem. Idem Maxentio episcopo. Synodus
episcoporum, (scilicet generalē) absq; huius sedis Romanæ
auctoritate non potestis regulariter facere: quāquā quod-
dam episcopos possitis congregare, scilicet pro synodo pro-
uinciali, quæ ualeat ad correctionē et ad exhortationem. Nō
autē habet uim definiēdi aut statuēdi, scilicet in maiori-
bus, & uniuersaliter. Nam dicitur dist. 18. ca. 1. 3. Concilia
episcoporum bis in anno fiant, ut de omnibus querelis, &
inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur.
Scribit quoq; Iulius papa Oriētalibus episcopis: ut habet-
tur dist. 17. cap. Regula. Regula uestra nullas habet uires,
quoniā nec ab orthodoxis episcopis, hoc cōciliū actū est,
nec Ro. ecclesiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus,
sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec ual-
lum ratū est, nec erit unquā concilium: quod eius nō sit
fulcitū auctoritate. Idem dicit Grego. ibidē ca. Nec licet.
Et Pelagius papa. cap. Multis, sic ait: Multis demū Apo-
stolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis
nō debere absque snia Roma. pōtif. cōcilia celebrari. Quia
propter (ut iā dictū est) certē nō concilium, sed cōciliū
cassatur. Et quicquid in eo actū est, irritum habeatur et uas-
cū. Quamobrem cum auctoritas Theodoricī regis, ex di-
uersis prouincijs ad urbem Romanam sacerdotes conuenire
præcepisset: Dixērunt episcopi, quōd qui impetebatur
Symachus papa synodum deberet conuocare. Ad hæc se-
renissimus rex respondit: Nihil ad se præter reuerentiam
de ecclesiasticis negocijs pertinere: ut habetur di. 17. cap.
Cōcilia. Martianus quoque imperator, cū esset in concilio

lio Calcedo. 630. episcoporum, cōuenientibus legatis Leonis papæ, ait. Nos ad cōfirmandā fidē, non ad ostendendā uirtutem exēplo imperatoris Cōstantini, adesse synodo cogitauimus. Dicit quoq; Gelasius papa, de cōcilio Calced. Totum est in sedis apostolicæ potestate: ita & id qd' firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit: qd' refutauit, habere non potuit firmitatē. Et sola rescindit, qd' præter ordinem cōgregatio synodica putauerat usurpandū. Quāobrē Iulius papa reuocat damnationē Athanasii per episcopos orientaliū factā: quia inusitatū nomen Humoufion induxerat, Et Vitalianus papa, in synodo Ro. reuocat acta per episcopū Cretensem contra Ioānem Lampeon episcopum. & Pelagius papa cassat quæ ordinauerat synodus Cōstantinopolitana, quia sine eius authoritate erat conuocata: ut est uidere in eius decreto.

Articulus. 14.

Magnum uidetur fidei, pariter & ecclesiæ periculum: si ab unius hominis sententia, maiora ecclesiæ negotia, ueritasq; fidei dependant. RHET.

Quis dicit iacturam reipublicæ esse, si unus præsit imperator? Profecto nullus, siue. n. iste, siue ille, nihil sine congrueni cōsilio agit aut decernit. Nā quæ dicuntur summorum pontificū decreta, cum summa episcoporum, Cardinalium, & aliorū diligentia discussa sunt, & conclusa. Quibus & spūs sanctus non defuit dirigens, dicente Salvatore. Cum uenerit spūs ille ueritatis, docebit uos oēm ueritatem. Ioan. 16. Et iterum. Ecce ego uobiscum sum, usq; ad cōsummationē Matt. 28 seculi oībus diebus. Et rursus. Vbi duo uel tres congregati Matt. 18 fuerint in noīe meo, ibi sum in medio eorum. Et ibidem. Si duo ex uobis cōsenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint, fiet illis à patre meo. Et alibi. Ego rogaui pro te

B b

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

Matt.ulti. Petre, ut non deficiat fides tua, Propter hanc Christi spem
sionem & assistentiā in gubernanda sua ecclesia, nunquam
compertum est papam oberrasse in suis decretis, in his que
sunt fidei aut proborū morum: Licet aliqui errauerit in se
cto, aut ut particularis persona. Si. n. papam ecclesiam, seu
conciliū legitimū & uniuersale in his cōtingeret errare
Christus ecclesie sue nō sufficienter prouidisset: Nullus
in fide errans, peccaret: oīa etiam fidei decreta ambigua
rent, & nō certa. Hac de causa ait Paulus. 1. Tim. 3. si quis
uero scias quō oportet te in domo Dei conuersari, quā
ecclesia Dei uiui, columna & firmamentum ueritatis.

Huius rei gratia, maiora ecclesie negotia, ad sedē ap
stolicam diriguntur: ad eam tanquā ad singulare refugium,
ex toto orbe terrarū appellatur. Ipsiusq; est dubia in fide
determinare: uide infrā titu. 32. cap. 7. Dicit namq; Alexan
der, quintus à beato Petro papa, & martyr, in suo decreto.
Huic sancte & apostolicæ sedis apici, summarū dispositio
nes causarum. & omnium negotia ecclesiarum ab ipso be
mino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi apo
stolorum. Tu es Petrus, & sup hanc petram edificabo eccle
siā meā Felix quoq; papa, & ipse martyr, sic ait ad be
atum episcopū. Semp dubia & maiora negotia, terminantur
ab hac sede, à tpe apostolorum qui eam suis documentis in
struxerunt, accipere cōsueuerunt. Vigilius aut in sui decre
ti cap. 7. sic inquit. Nulli dubium est, qd ecclesia Roma, fun
damentum & forma sit ecclesiarū: à qua oēs ecclesias pri
cipium sumpsisse, nemo recte credentium ignorat. Quomodo
licet oīum apostolorū par esset electio, beato tñ Petro con
cessum est, ut cæteris præemineret: unde & Cephas uocatur:
quia caput est, & primus oīum apostolorum: Et quia

in capite præcessit, in mēbris sequi necesse est. Quāobrem
Ro. ecclesia dñi uoce cōsecrata, sctōrū patrū anthoritate ro
borata, primatū tenet oīum ecclesiarum. Ad quā summa ne
gotia, & eorum iudicia quasi ad caput semp referēda sunt.
Hoc ipsum habet decretū Marcellini papæ et mar. et Ana
cleti. 3. à beato Petro, papæ pariter & mart. Art. 15.

Cum sint Metropolitanī, & Primates, quare R H E T.
ex toto orbe terrarum dicis ad sedem Romanā,
posse appellare?

Hoc decreuerunt sancti patres, pp sedis eminentiā, quæ THEO.
oīum iura tueri debet, finemq; imponere litibus. Sic. n. scri
bit Athanasius cū episcopis Aegypti ad papā Felicē. A pa
tribus Nicenæ synodi est definitum cōsonanter, ut si quis
quam episcoporū, aut Metropolitanum, aut cōprouincia
les uel iudices suspectos habuerit: uestrā Romanā sanctam
interpellent sedē: cui ab ipso dño potestas ligandi ac soluen
di, speciali est priuilegio cōcessa. Ipsa est. n. sacer uertex, in
quo oēs uerūtur, sustētantur, leuātur. Scribit quoq; Sixtus
à beato Petro papa. 6. et mart. ad omnes episcopos. Siquis
uestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hāc
sanctam & apostolicā sedem appellet: & ad eam quasi ad
caput, suffugium habeat: ne innocens damnetur, aut eccle
sia sua detrimentū patiat. Dicit quoq; Canon cōcilij Cal
cedo. Siquis episcopus prædicatur infamis, liberam habeat
ptatem appellandi ad beatissimū episcopū antiquæ Romæ,
quem habemus Petrum, petram refugii. Hæc eadem dicūt
decreta Marcellini & Iulij.

Articulus 16.

Quare præ ceteris dubia in fide determinat Ro R H E T.
manus pontifex?

Rñdet tibi Felix papa & mart. in epist. ad Benignum. THEO.

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

Hæc sancta & apostolica mater oïum ecclesiarum Christi
ecclesia, quæ per Dei oïpotentis gratiã, à tramite apostoli-
cæ traditionis nunquã errasse probatur, nec ab hæresi
nouitatibus deprauãda succubuit. Sed ut in exordio, non
fidei christianæ pcepit ab authoribus suis apostolorum prin-
cipibus illibata sine tenus manet: secundum ipsius dñi p-
citationem, qui suorum discipulorum principi, in suis satis et
euangelij. Petre (inquiens) ecce Sathanas expetuit te, ut
cribraret sicut triticum. Ego aut pro te rogavi, ut non
sciat fides tua. Et tu aliquñ conuersus, confirma fratres
Ait quoq; Athanasius scribens cum episcopis Aegypti
Felicem papam. Tu prophanarum hæresum atq; impio-
rum, atq; oïum infestantiũ depositor, princeps & doctrinæ
caputq; oïum orthodoxæ doctrinæ & imaculatæ fidei et
stis. Quãobrem ait cõcilium Sardicen. cui noīe Romani pon-
tifi. præfuit Osius. Quæ decreuerit Roma. episcopus, con-
firmata erunt. Hæc de causa, acta concilij Niceni ad Sylla-
strum papã missa sunt roboranda. Cõcilium quoq; Cartha-
gi. primum, acta sua ad papã Innocen. 1. misit, dicens. Hæc
sanctæ charitati tuæ intimãdum duximus, ut statuis nobis
mediocritatis etiã apostolicæ sedis adhibeatur authoritas
pro tuenda salute multorum, & quorundã etiam peruenire
te corrigenda. Concilium etiã Mileuitanum, ad eundẽ
Innocentiũ, eum cõsulens super hæresi Pelagij & Cœlestij
Cõcilium uero Carthagi. 6. 217. episcoporum misit ad Boni-
facium papã, ut ipse deliberaret, si quæ forent suis statu-
ris adimenda, uel adiicienda. Leo quoq; papa scripsit ad
nodum Ephesinã & Calcedaten. ut dānaret Nestorium
Eutychetem, quos ipse in synodo Rom. dānauerat. Hoc
et Fabianus papa rñdit ad cõsulta episcoporum orientaliũ

Cornelius Ruffo episcopo orientali. Lucius episcopis Gal-
lie & Hispaniæ. Euticianus episcopis Ciliciæ. Marcellinus
quoq; episcopis orientalibus, &c.

Ex his liquet omnes in dubijs ad sedem Rom. conuolaf-
se, quæadmodum ait Aug. in lib. cōtra Manichæos, & reci-
tatur dist. 11. cap. palàm. Palàm est q; in re dubia ad fidem
& certitudinem ualeat authoritas ecclesiæ catholicæ, quæ
ab ipsis fundatissimis Aposto. sedibus, usq; ad hodiernū diē
succedentium sibimet & episcoporū serie, & tot populo-
rum cōsensione firmatur. Et Hiero. in detectione nugarum
Rufini epist. 40. par. 1. ait. Scito Rom. fidem apostolica uo-
ce laudatā, istiusmodi præstigijs nō recipere, etiā si angelus
aliter annunciet, quā semel prædicatū est Pauli autoritate
munitā, nō posse mutari. uide iſr. ti. 32. art. 7. et. 8. Art. 17.

Hoc singulare ut in fide nō erret, dubiāque de-
cernat, tribuit Augustinus ecclesiæ catholicæ, nō RHET.
autem Romanæ.

Articulus est fidei, credere unam sanctam ecclesiam ca-
tholicam (ut ait symbolus Apostolo.) & apostolicam (ut THEO.
habet symbolū Nicenum) extra quam nō est salus. 24. q. 1.
cap. Quicūque, de pœ. di. 6. ca. 1. parag. Laboret. De sum.
tri. ca. Firmiter. Quenam sit illa inter catholicos & hære-
ticos disceptatur. Donatus aliquando ab ecclesia deiectus,
quia Cæciliano crimina obiecerat, quæ probare nequerat,
finxit dicens, apud se solū ecclesiā remansisse. Nouatiani
quoq; dicunt, apud se esse ecclesiam. Rutheni & Armeni
suā credulitatem ecclesiā uocant. Omnes denique hæretici
apud se dicunt esse ecclesiam. Et Romanam siue nostram,
synagogā Sathanæ appellāt. Dicit .n. Hier. par. 1. epi. 40.
Hæretici licet foris sint, tamen nominant se christianos. Pro

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

huius elucidatione, nota q̄ ecclesia Græcè, Latine dicitur
coetus, siue cōgregatio hominū, & aliquando sumitur

1. Timo. 3. tēplo materiali, quemadmodū ait Paulus Timotheo. Si
quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est

De cōse. di clesia Dei uiui. Et de conse. distin. 1. ca. nemo dicitur. Non
stin. ca. ec ecclesiā ædificet ante quā episcopus ciuitatis ueniat, &
clesia. Aliquando accipitur pro collectione iustorum, in quibus

Ephe. 5. tamē est aliquid rubiginis: quia non est iustus qui non pe-
cet. de qua dicit apo. Vir caput est mulieris, sicut Christus
caput est ecclesiæ. Aliquando capitur ecclesia pro collecti-
ne iustorum, in quibus non est ruga neq; macula, quæ
non inuenitur, sed expectatur futura in coelis: de qua illa

Ephe. 5. Apost. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilectam
ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret &
mundaret, ut exhiberet sibi sponsam non habentem maculam
neque rugam, & dicitur ecclesia triumphans: alia militans
nuncupatur, sed iustorum. Aliquando accipitur ecclesia
pro collectione hominum in una fide catholica, & cōmuni-
one sacramentorum: de qua loquitur Irenæus lib. 1. ca. 3.
quæ tam bonos complectitur, quā malos: Qui mali sunt

2. cor. 1. ro quidē sunt de ecclesia, etsi non merito. Sic enim scribit
Aposto. ecclesiæ, quæ est Corinthi, ubi profectō multum sunt
mali: quos arguit, utpotē de fornicatione, cōtentione, & c.

2. cor. 11. Et iterum: Sollicitudo omnium ecclesiarum, in quibus pro
culdubio fuere quidā minus iusti. Hanc ecclesiam compara-
uit dominus sagenæ, in mari pisces bonos & malos capientem

Matt. 13 ti. De qua & ipsa ueritas ait. Ego sum uitis uera, & uos
palmites: quorū quidam sunt fructiferi: alij non ferunt fructum
etiam: quapropter erunt præcidēdi, (nō ait sunt præcisi) Hanc
quidem uniuersalis ecclesia in particulares diuiditur, quæ

admodum Ioannes docet, qui scripsit septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. Et Paulus ait. Nulla ecclesia communicauit mihi. Ioan. 15. Aliquando uerò ecclesia sumitur pro ecclesiæ rectoribus: Philip. 4. quemadmodum ueritas ipsa ait. Si testes non audierit, dic Matt. 18. ecclesiæ. Vbi Chryso. hom. 61. hoc est præsulibus & præfidentibus ecclesiæ. Cum itaque dicat Augu. quòd in re dubia fidei, ualeat authoritas ecclesiæ catholicæ, utiq; ea intelligenda est, quæ est in concilijs uniuersalibus, aut in Romana ecclesia, quæ caput est omnium ecclesiarum, ut caput à spū sancto directū, regat & confirmet cætera mēbra: scdm pollicitationem ipsius ueritati. Et hæc quidem ecclesia non immeritò dicitur catholica seu uniuersalis: quia cæteris præficiens eas gubernat sana fide & doctrina: ac in maioribus negotijs dubia discutit. Docet hoc Aug. contra epist. Manichæi cap. 4. & 5. Dicitur & aposto. quia ab ipsis Apostolis Petro & Paulo, uerbo et exēplo instituta ac roborata est: quia Apostolorū fidem doctrinā, & authoritatē hactenus tenet: Nec unquā in fide: aut bonis moribus deuiat. Quāobrem Hiero. & Rufinus fidem suā Damaso papæ explorandā miserunt. Et oēs ecclesiæ, etiam orientales, in dubijs eam consuluerūt: ut habitū est art. 16. & infrā tit. seq. arti. 7. declarabitur. Et ipsa semp rectē in oībus definit. Vt patuit hoc titu. arti. 16. Et ti. 32. arti. 7. dicitur. De hac ait Ignatius episto. 5. ad Philadel. Vna est ecclesia, quā fundauerunt sancti Apostoli in sanguine Christi, proprijs sudoribus & laboribus. Ex his patet, quantū delirent hæretici Ioan. Vuicleff. qui ait. Ecclesia Ro. est synagoga Satana: nec papa est immediatus uicarius christi. Decretales episto. sunt apocryphæ, & seducunt à fide christi. Ioannes de Vuesalia, qui dicit, q̄ ecclesia pōt errare & errauit: q̄ cōci

DE PRI. PET. ET RO. ECCLE.

lia generalia nō sunt in spiritu sancto congregata: quoniam
sanctionibus dicit nō esse parendū. Quodq; papa non fuit
carius christi. Ioannes quoq; de Lauduno asserere conat
est, q. nec Petrus caput fuit ecclesie magis quā quilibet
stolorū: minus autē successor Petri. Cui subscribit et Lina-
rus: atque coincidit Ioan. Hufs. et Hiero. de Praga. Gra-
quoq; et Rutheni: imō et oēs hæretici dicunt nō obedi-
dum ecclesie Rom. Nec miretur quispiā, si P. omnia eccle-
siam infectentur hæretici. Nunquā pueri uirgas: nunquā
canes baculos quibus caduntur, Nunquā lupi canes, qui
coercētur, diligunt. Cōtra quos proponamus elenchū
habet Cypria. epist. 6. ad Magnum. Ecclesia una est, quæ
una et intus esse, et foris non pōt. Si enim apud Roma-
nū est, apud Cornelium nō fuit. Si uerō apud Corne-
lium qui episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, et qui
præter sacerdotij honorē martyrio quoq; dñs glorificauit,
Novatianus in ecclesia nō est, nec episcopus cōputari pōt,
qui euangelica et apostolica traditione contēpta nemini suc-
cedens, à seipso est ordinatus. Idem Cypria. ad Florentiū
epist. 72. Dñs cōuersus ad. 12. discipulos ait. Nūquid et
uultis abire? Rñdit ei Petrus. dñe ad quē ibimus? Verū
uitæ æternæ habes, loquitur illic Petrus super quē ædifi-
cata fuerat ecclesia, docēs quia etsi cōtumax aut superba
audire nolentiū multitudo discedat, ecclesia tñ christianorū
nō recedit. Et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti unita, et pa-
stori suo grex adhærēs unde scire debes episcopū in eccle-
sia esse, et ecclesiā in episcopo. Et si qui cū episcopo non
sint, in ecclesia nō esse. Et frustra sibi blādiri eos qui pater-
cū sacerdotibus Dei nō hñtes obrepunt et latenter apud
quosdā cōmunicare se credūt, qñ ecclesia quæ catholica

est, scissa nō sit neq; diuisa. Sed sit utiq; cōnexa cōherentiu
 sibiinuicē sacerdotū glutino copulata. Et tūc addamus elen-
 chum. Vnus est Deus: una fides: unū baptisma. Hæc autē fi-
 des uel est apud Romanā ecclesiā, uel apud Lutheranos, et
 alios hæreticos. Non apud eos, quia à fide apostatauerunt:
 ergo apud Rom. ecclesiam, quæ eam illibatā seruat, hæcte-
 nus perseverās in fide, et doctrina apostolica: secundū asser-
 tionē ueritatis dicentis. Ego rogaui pro te Petre, ut nō defi-
 ciat fides tua. Quamobrē ait Beda super Matt. & recita-
 tur. 24. q. 1. ca. quicumq;. Quicumq; ab unitate fidei, uel so-
 cietatis Petri apost. quolibet modo semetipsos segregauē-
 rint: tales nūc nec uinculis peccatorum absolui, nec ianuam
 possunt regni cœlestis ingredi.

Articu. 18.

Baptistæ eō Ro. pont. potestatē efferunt, ut quicquid RHET.
 pro suo arbitratu soluerit uel ligauerit super ter-
 ram, ratum habeat ipse Deus in cœlis.

Dicit Paulus ptātem sibi datam in ædificationē: non in THEO.
 destructionē ecclesiæ. Dispensator est papa mysteriorū est
 Dei: non dñs, aut dissipator. Quamobrem ait Aposto. ipsis 2. cor. 10.
 Corin. Nam & ego qd' donauī, siquid donauī, ppter uos 1. cor. 4.
 in persona christi. Quid est. n. donare in persona christi, ni 2. cor. 2.
 si id agere qd' esset acturus christus? Qui secus agit nō di-
 spensator, sed dissipator uenit cēsendus. De his malis dispē-
 satoribus, illud Ezechielis intellige. Væ qui cōsuunt puluīl Ezech. 13
 los sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capi-
 te uniuersæ ætatis ad capiendas aīas, ut interficerent aīas
 quæ non moriuntur, ut uiuificarent aīas quæ non uiuunt,
 mentientes populo meo credenti mendacijs. Non licet itaq;
 pontifici pro suo arbitrio, sed ad limam sacræ scripturæ aut
 rectæ rationis, soluere aut ligare. Dicit, n. Tertul. in lib. de

DE SACRAE SCRI. INTE APR.
 præscri. hæreti. Aposto. nec ipsi quicquam ex suo arbitrio
 quod induceret elegerunt: sed acceptam à dño disciplinam,
 fideliter nationibus adsignarunt. Qui aut Ro. eccle. insectan-
 tur, audiant illud Cypria. epist. 3. ad Corne. lib. i. Neque
 aliunde hæreses abortivæ sunt aut nata sunt schismata, nisi
 de q̄ sacerdote Dei nō obtēperatur: Nec unus in ecclesia
 tempus sacerdos, ad tēpus iudex uice christi, cogitatur.

DE SACRAE SCRIPTURAE IN-
 TERPRETATIONE. TIT. XXXI.
 ARTICVLVS I.

RHET. Cum sacram scripturā proditā & utilē doct̄
 pariter & indoctis dicat beatus Aurelius Aug.
 lib. epistolarū, epist. 3. ad Volusianū: Afferatq; do-
 minus hoīem nō in solo pane uiuere, sed in omni
 Matth. 4. ni uerbo quod procedit de ore Dei: mirum quare
 isti superciliosi theologi interdīcant laicis lecturam
 sacrae bibliæ, aut noui testamenti.

Non pp̄ emulationem arcentur aliqui à sacra scriptura
 THEO. legenda. Nā in ea inuenitur qd' credendū, qd' sperandū,
 qd' agendum est, aut fugiendū: qđ Dei timorē incutiat, et
 eius amorem inflāmet, &c. Est. n. mystica turris Dei,
 Canti. 4. cū propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, oīs arma
 ra fortium, hoc est tota salus, & spes nostra, in ea reuelata.
 Sed q̄ pleriq; febricitantiū more, et quantūlibet delicatū
 cibū, insipidum sibi reddunt, uetantur tractare sacras līte-
 ras: quēadmodum Diony. episcopus Alexandr. uetatus sibi
 legere hæreticorū libros: ne fortē caperetur: Sed coelū
 sibi dictū audiuit. Lege oīa q̄cunq; in manus tuas uenerint
 quia probare singula q̄q; & discernere potes: ut habet li-

sto. eccle. lib. 7. ca. 6. De his uerò qui hæc discernere nō no-
 uerunt, dicit saluator. Nolite sanctū dare canibus, neq; mit- Matt. 7.
 tatis margaritas ante porcos, ne fortè cōculcēt eas pedibus
 suis & cōuersi dirumpant uos. De qbus & B. Petrus ait.
 Charissimus frater noster Paulus, scdm datam sibi sapien- 2. Pet. 3.
 tiam scripsit epist. in qbus qdam sunt difficilia intellectu:
 quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scri-
 pturas, ad suam ipsorū pditionē. Quorū aliqui reijciūt uel
 acceptant quos uolunt sacros codices: ut Elcesaitæ, Cerdo-
 nij. Alij dicunt q nulli christiani quantūlibet docti, hñt au-
 thoritatē interpretandi uerba Christi: nec ēt tota ecclesia:
 quorū dux fuit Ioan. de Vuesa. Afferunt alij id solū fide te-
 nendū, qd ex sacra scriptura elici pōt: ut Vuicleuistæ. Alij
 ex sacro eloquio decerpunt, nō qd uirtutes promoueat, aut
 ad charitatē prouocet, uitiaq; coerceat, carnisue illecebras
 restringat: sed qd suo sensui cōueniat, qd genio idulgere cō-
 cedat. Cumq; in sacris literis sint qdam obstrusa, qdam my-
 sterijs inuoluta, alia ambigua: quæ nisi doctē cōferantur (qd
 uix post uultos labores, post multas uigilias, et orationes,
 post multos reuisos doctorū codices, doctissimi quiq; effice-
 re ualēt,) plus officiunt indoctis & ineptis, q̄ prosint: dicē-
 te Augu. de doctri. christia. lib. 3. ca. 26. Quod obscura scri-
 pturæ locis apertioribus explicantur: Eis uerò qui unū al-
 teri cōferre nequeūt, lectio hæc interdicitur, quēadmodum
 gladius acutus, mel, aut uinū à pueris remouentur: nō quia
 hæc mala sunt, sed q̄ eis moderatē, aut sine periculo uti nō
 nouerunt. Docet hoc magnus Basilius, qui dum cū Valēte
 Imperatore multa de diuinis dogmatibus uerba loq̄retur,
 quidā qui erat sup imperiales epulas cōstitutus, Demosthe-
 nes notē, sese ingessit. Cui Basilius. Tuū est de pulmentarijs

DE SACRAE SCRIP. INTERPR.

cogitare, nō dogmata diuina decoquere: Vt habet hist. tripar. lib. 7. ca. 36. Valentinianus quoq; Imperator cū rogetur ab episcopis Helleſpōti Bithyniæ, ut interesset Synodo ad emēdationē dogmatis: ait. Mihi quidē cū unus pulo sim, fas nō est talia perscrutari: sed uobis sacerdotibus hęc cura cōmissa est, ut recitat eadē hist. tripar. lib. 7. ca. 36. Ob huius rei difficultatē, ait Hie. epi. 82. par. 1. ad Paul. oībus diuinæ histo. libris. Intellige te in scripturis sine praeuio mōstrante semitas, nō posse ingredi. Et Aug. in præta epist. ad Volusianum. Sancta (inquit) scriptura omnia accessibilis est, quamuis paucissimis penetrabilis.

Dices fortassis, & nos adimus magistros et eruditores. **2. Timo. 4** uerū inquis, sed quēadmodum ait Paulus de quibusdā. Btēpus, cū sanam doctri. nō sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus, & a ueritate quidē auditū auertent: ad fabulas aut cōuertentur. Tu uero uigila. Nō sic egit Paulus, qui gloriatus est se legē Moyses Gamalielis audisse. Hiero. quoq; præceptorem habuit Greg. Nazianze. & Didymū Augu. Ambr. Marti. Hieron. Pictauen. Dicit ēt Petrus apost. ut habet Clemēs lib. 1. recognitionum. Sunt multa uerba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eū sensum quē sibi unusquisq; spontē presumpsit: qđ fieri nō oportet. Nō. n. sensum quē extrinsecus attuleris alienū & extraneū debes quærere quē ex scripturarū authoritate cōfirmes: sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiā discere scripturarū, qui eā à maioribus scđm ueritatē sibi traditā seruauit: ut & ipse possit ea quæ rectē suscepit, cōpetētē adferre. Et Irenæus li. 4. ca. 45. aduersus hæreses Valēntini. Valēntinus (inquit) charismata dñi posita sunt, ibi discere oportet ueritatem.

tatē: apud quos est ea, quæ est ab Apost. eccle. succes. & id
 qđ sanū & irreprobabile sermonis cōstat. Sic. n. ipse ueri-
 tatē se asserit accepisse à presbyteris, qui Apost. uiderant
 & audierant. Et Aug. li. 1. ca. 1. de moribus ecclesiæ. Sacra
 scripturæ expositionē dicit petēdā esse ab his qui eius do-
 ctōres se esse profitentur. Fieri q; posse, imò semp accidere,
 ut multa uideantur indoctis absurda: quæ cū à doctōribus
 exponantur, eò laudāda uidētur & latius, quo abiectius asper-
 nanda uidebantur. Verū diligētia et pietas ab inquirēte ad-
 hibēda est. Altero fiet ut sciētes inueniamus: altero ut scire
 mereamur. Vnde maximē temerariū est, imò stulta & hor-
 ribilis temeritas, cōtradicare, sensui per sctōs patres ad in-
 telligentiā scripturæ dato. Ait. n. Petrus. Spiritu sctō inspi-
 rati, locuti sunt sancti Dei hoīes. Dicit quoq; Tertul. in lib.
 de præscr. hæret. Cōstat oēm doctrinam, quæ cum illis ec-
 clesiis apostolicis matricibus et originalibus fidei cōspiret,
 ueritati deputandā: et sine dubio tenētes qđ ecclesiæ ab apo-
 stolis, Apostoli à christo, christus à Deo suscepit. Art. 11.

Licetne reijcere Iacobi epistolam, aut Pauli ad R H E T.
 Heb. Ioannis uel tertiam, aut Mach. libros?

Licuit aliqñ recedere, & nō adhibere fidē quibusdam li T E H O.
 bris sacris: quēadmodum habet Eusebi. in hist. eccles. lib. 3.
 cap. 3. quia ab ecclesia tunc recepti nō erant: quēadmodum
 epist. Pauli quæ dicitur ad Laodice. fidē nō facit: quia re-
 cepta nō est: licet eius ipse apostolus meminerit ad Coloss.
 ca. ult. Vbi uerò recepti sunt ab ecclesia sacri codices, ab eis
 resiliere nō licet, quēadmodum sunt hi libri de quibus aliqñ
 fuit ambiguitas: quæ iam sublata est dum acceptati sunt. Nā
 epistolā Pauli ad Hebr. canonicam fecit, eam acceptans Ge-
 lasius papa cum 70. episcopis cū eo cōgregatis, & Syno-

DE SACRAE SCRIP. INTERPR.

duo Laodicē. Phrygię. Carthagi. quoq; cōcilium. 3. De uide hist. eccl. lib. 6. ca. 11. Epistolam iacobi acceptauit decretum Gelasij papę, cōcilium Laodicen. & 3. Carthagi cōprobauitq; cōcilium Mileuitanum ca. 7. allegauitq; Aug. in lib. de pecc. meritis, & lib. 2. de uisita. infirmo. Hiero. ad Thesiphontē. Anacletus papa in epist. de oppo. si. episco. Urbanus quoq; 1. in episto. de cōmuni uita. Tr. Ioan. epistolas inuenimus acceptatas à Gelasio papa, à cōcilio Laodicen. pariter & Carthagi. 3. Apocalypsim cano. nizauit Gelasius papa. Concilium quoque Carrhagin. Librū utrunq; Machabęorū authēticauit cōcilium Carthagen. 3. quę pro canonico habet & Aug. lib. 2. ca. 8. de tri. christia. quorū prior solus, prius à Gelasio papa rat receptus. Librū Sapien. & ecclesiasti. accepit Gelasio papa, & Carthagi. cōcilium. Qui itaq; nō recipit libros quos, quos ecclesia christi iam approbat: magis se Iudeum, quàm christianum demonstrat. Dicit præterea Tertulianus de habitu muliebri, loquēs de libro Enoch. cuius & meminit Iudas Apost. Legimus oēm scripturā ædificationi bonę, diuinitus inspirari: à Iudeis postea iam uideri, ppter reiectam, sicut et cætera, quę christum sonant. Arti.

RHET.

Si interpretari licet sacram scripturā: semper uerba manebit scripturę sententiā: de qua ambiguitas orta est. Nam omnis hæreticus sacrę scripturę testimonio, suam astruit sententiam.

THEO.

Interpretari quidē licet, imò & necessarium est, sacram scripturā: sed sine Dei singulari dono, nemo ualet. Dicitur Luc. Tunc aperuit eis sensum, ut itelligerent scripturas. Petrus ait. Spū scō inspirati. locuti sunt sancti Dei homines.

Luc. 24

Et Paulus inquit. Alij datur operatio uirtutum, alij propo.

tia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij inter- 2. Petr. 1
pretatio sermonum. Et iterū. Qui loquitur lingua, oret ut 1. cor. 12
interpretetur. Et ibidē: Cū cōuenitis, unusquisq; uestrū psal 1. cor. 14
mum habet, doctrinā habet, Apocalypsim habet, linguam
habet, interpretationem habet: oīa ad ædificationem fiant.

Esdras quoq; legitur interpretatus legē. Si enim interpreta Neem, 8
tionē nō recipit scriptura: quō cōciliabuntur quæ sibi repu
gnare uidentur? Christus cum publicanus & peccatoribus
manducauit. Et Paulus ait. (Absit ut cōtra dñi exēplum.) 1. cor. 5,

Si is qui frater nōiatur iter uos, est fornicator, aut auarus,
aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax,
cum eiusmodi nec cibū sumere. Hoc interpretatus est Chry ...

so. sup Matt. ho. 31. cū perseverant. Si quoq; interpreta-
tionem non recipit scriptura: quō licebit occidere bouē, aut
ouem, dicente dño, Non occides? Ergo & malefactor non Exo, 20

erit tollendus de medio. Aut quō iurare aliqn licebit, cū
dñs cōtrarium uideatur asseruisse, dicens? Ego dico uobis
nō iurare oīno, neq; per cælum, quia thronus Dei est, &c.

Quō et Dauid ipse præsumpsisset comedere panes propo Matth, 5
sitionis, qui solis sacerdotibus erāt admissi, nisi interpretan 2. Reg. 21,
dam intellexisset scripturam? Quō aut interpretanda est,
uide supra ti. 30. arti. 4. ex Hilario.

Artic. 4.

Etiam laici spiritū sanctum hñt: de quibus ait R H E T.
saluator. Cōfiteor tibi pater dñe cœli & terræ, quia Matth. 11,
abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paru
lis. Etiam pater quia sic placitum est ante te: ergo
nō tam superciliosis doctoribus, quā humilibus
laicis cōuenit scripturæ interpretatio: quoniā po
tuit eis reuelare sua facta Deus & mysteria.

Multa pōt Deus facere, quæ nō facit. Pōt, n, hunc in re T H E O.

DE SAC. SCRIP. INTERP.

- gem, alium in episcopum sublimare, qđ non facit singuli.
- Rom. 13,** Quę. n. facit, ordinatē facit. Nam quę à Deo sunt ordina-
ta sunt. Ordo autē requirit, ut alij sint doctores, alij discipu-
li, quęadmodū in humano corpore non oīa mēbra summa
put, aut pedes, aut oculus. Si. n. oīa essent unum mēbrum,
ubi corpus ait Paulus? Mēbra autē non eundem actum hinc
1. cor. 12. alia est. n. oculi, alia pedis, aut manus opatio. Ita non oīa
in corpore ecclesię docendi officium cōmisit Deus: sed
decorē suę ecclesię, quosdam dedit apostolos, quosdam
Ephe. 4 prophetas: alios uerō euangelistas, alios autē pastores,
1. cor. 12 ctiores ad confirmationē sanctorū in opus ministerij
ficationem corporis christi. Quamobrē ait saluator: nō
oībus, sed uobis. s. meis discipulis, datum est nosse mysteria
Luc. 8. regni Dei. ceteris autē in parabolis, ut uidētes nō uideant
et audientes nō intelligant, imō nec a principio oīa suis disci-
Ioan. 16 scipulis manifestauit. Ait enim: Adhuc multa habeo uobis
dicere: sed nō potestis portare modō. Cū autē uenerit filius
spūs ueritatis, docebit uos oēm ueritatem. Scribitur quoque
in libro Næem. Leuitę silentium faciebant in populo. Po-
Næem. 8 pulus autē stabat in gradu suo. Et Esdras interpretatus est
uerba legis. Paulus quoque epistolas suas non uulgō, sed
scopis direxit, ut interpretarētur populo. Non. n. oīs
necia, non omne obsoniū omni cōuenit ætati. Lac infanti-
bus solidior adultis, humidior senibus, tenuior cōuenit
1. cor. 3. licatis. Quamobrē scripsit Apost. Corint. Tanquā paru-
lis in christo lac uobis potum dedi, nō escam: Nōdum. n. p-
Hebræ. 3 teratis, sed nec nunc potestis. Et ad Hebr. Etenim cū debe-
retis magistri esse pp tempus, rursus indigetis ut uos doce-
mini quę sint elementa exordij sermonum Dei. Nunc uero
(ut Hier. ad Paulinū epist. 83, utar uerbis) agricole, ceme-
rij, s. f.

rij, fabri metallorum, lignorumue caesores, lanarij quoq;
 & fullones: & ceteri qui uariam supellectilē, & uilia opu-
 scula fabricant absq; doctore esse non possunt qd' cupiunt.

Quod medicorū est, promittunt medici, tractāt fabrilia fa-
 bri. Sola scripturarum ars est, quā oēs passim uēdicant: hāc
 garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista uerbosus,
 hanc uniuerſi praeſumunt, lacerant, docent antequā discant.

Alij adducto supercilio grandia uerba trutinātes, inter mu-
 lierculas de sacris literis philosophantur. Alij discūt (proh
 pudor) à fēminis, qđ uiros doceant, & ne parum hoc sit,
 quadam facilitate uerborū, imō audacia edisserunt alijs, qđ
 ipsi nō intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si fortē ad
 scripturas sanctas, post seculares literas uenerint, & sermo-
 ne cōposito, aurē populi mulserint, qđquid dixerint, hoc le-
 gē Dei putāt. Nec scire dignātur quid prophetae, quid apo-
 stoli senserint. Sed ad sensum suum incōgrua aptant testimo-
 nia, quasi grande sit et nō uitiosissimum dicendi genus, de-
 prauare sn̄as, & ad uoluntatē suam scripturam trahere re-
 pugnantem. Dicit quoq; Tertul. de praeſcri. hēre. Hæretici
 scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdam
 mouent. In ipso uerō cōgressu firmos quidē fatigant, infir-
 mos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Art. 5.

Aemulantur Theologi si paruulis suis dñs ab RHET.
 scōdita reuelat, quæ negauit sapientibus.

Nō æmulantur, sed cum Moyse optant dicere. Quis tri THEO.
 buat ut oīs populus prophetet, & det eis spiritū suū? De- Num. 11
 plorant autē qđ se sapientes æstimant, qui magistri facti sunt
 erroris, & mores suos ab exēplo christi, à sacrae scripturæ
 fructu degeneres faciunt, eò perducti, ut quicquid ipsi sen-
 serint, hoc scripturā uelle asserāt. Et quod deterius est, mu- 1. cor. 14.

DE INTERPRE. SACR. SCRIP.

lires (quibus nec loqui Paulus in ecclesia admittit) magis
stras se iactitant scripturæ. Quo fructu? Vel in hoc attente
de, q̄ nec acum quidē (ne dicam linteolum) suæ curiositatis
aut superbiæ detrahunt. Et q̄d perniciosius est, uelamēta
superbiæ expandunt, dicentes. Vestes nō faciunt sanctitatem.

Ecclī. 19

Quod quidē uerum est: sed amictus uestium, & risus detra-
tium enunciant de hoīe. Earum humilitatē uel in hoc per-
pēde, q̄ si alia incedit ornatior, si magis auro splēdeat, et
margaritis, emulantur. Nec uiros suos sinunt quietos, de-
nec & ipse cōptiores appareant in publico. hic scripturæ
in eis fructus. Quod uerō paruulorū nomē sibi adscri-
minus rectē agunt, cū scripturæ intellectum sibi arrogat
atq; de se præsument: Quod doctissimus quisq; nō audet.

Esa. 5

Magis illud prophetæ auscultent. Væ qui sapientes estis in
oculis uestris, & corā uobismetipsis prudētes. Nullus do-
ctorū ingenio suo fidēs, solum sacræ scripturæ ingreditur
sed per multorū uolumina, post lōgas uigilias, orationes, et
studia assidua, ipsam sacræ scripturæ uenātur intelligentiam.
Refert. n. ecclesi. hist. lib. 11. ca. 9. q̄ Basil. magnus, & Cri-
go. Nazianze. oībus græcorum secularium libris remota
solis diuinæ scripturæ uoluminibus operā dabant, eorum
intelligētiam nō ex propria præsumptione, sed ex manu
scriptis & autoritate sequebantur: quos & ipsos ex apo-
stolica successione intelligendi regulam suscepisse cōstat.
Econtra uerō Aetius hæreticus de se præsumpsit, dicens.
Quoniam quæ Deus hactenus celasset apostolis, sibi in re-
uelata affirmabat: ut testatur hist. tripar. li. 5. ca. 42. Parti-
lusione Mōtanus se paracletum noīauit. Priscam uerō
Maximillam prophetissas asserere conatus est: quæ admodum
habet hist. eccl. li. 5. ca. 14. Quos imitantur & quidam no-

firi æui, qui quicquid legunt, se intelligere arbitrantur, & quasi ueritatē annunciant, oīa in libertatē carnis, nō spīritus, detorquentes. Qualē uerō scriptura expostulet lectore, & alumnū: docet Basil. magnus scribēs ad Greg. Nazian. de uita solita. Quēadmodum, inquit, in cera quis scribere nō poterit, nisi characteres impressos deleuerit: Sic nec aīa diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex aīo mores penitus extinxerit. Cui subscribit & Greg. Nazian. li. 1. Theologie, dicēs. Nō cuiusuis est, o christiani, de Deo disputare. Nō adeo hæc res est uilis, et eorum qui etiamnum humi serpentes, terrenis studijs occupantur. Quoniam eorum tantū est, qui inter multos habito delectu, ad tantū munus uideantur idonei, quiq; cōtemplandi acumine ceteris antecellunt, qui iam antē et corpus, et aīum ab affectuum sordibus purgarint. Huic adstipulatur & illud Augu. de doctr. christia. li. 2. ca. 40. Accedēs (inqt) ad tractationē librorū sacrorū, oēm intellectū referat ad charitatē de corde puro, et cōsciētia bona, et fide nō ficta. Et Dion. li. eccl. hierar. c. 2. par. 1. Diuina (inqt) nō capit, qui Dei mādata nō seruat. Art. 6.

Hoc solum credendum est, quod ex sacra scrip- R H E T.
tura elicitur.

Hic Lutheri est error, quē sumpsit à Vualdē. & Vuicle THEO.
uo. Si hoc solum credendum est qđ scriptū in sacro eloquio inuenitur: Christum ad inferna descendisse, sanctā ecclesiam catholicam sanctorū, quoq; cōmunionē credere nō cōpellemur: quia hæc nō scriptura, sed symbolū tradit apostolicū. Ergo & nihil obligabantur credere, quibus prædicabant Apostoli, aut discipuli: quia tunc nulla erat scriptura: Igitur hoc Matt. illud esse Ioan. aut Lucae euangelium credere nō tenemur. Nam hoc scriptura nō docuit, sed ecclesia determi-

DE SACR. SCRIP. INTERPRE.

navit. Dicit aut Aug. cōtra epist. Manichæi, ca. 5. Ego in
 gelio nō credere, nisi me catholice ecclesie cōmoveret
 thoritas. Quod uerò Ro. ecclesia sit catholica, probat
 tis argumētis ibidē ca. 4. & supra habitum est ti. 31. ca. 1.
 Docet præterea Damas. li. 4. ca. 8. plura tradita ab apo
 lis, nō scripto, sed uerbo, q̄ tñ obseruanda sunt. Dicit quoq̄
 Aug. in lib. ex dictis Basilij, ut habetur di. 11. ca. ecclesiasti
 carum. Ecclesiasticarum institutionū, quasdam in scriptis
 quasdam uerò apostolica traditione per successores in
 sterio cōfirmatas accepimus, quasdam uerò cōsuetudinē
 boratas approbavit usus. Dion. quoq̄; ca. 1. de eccl. hier.
 asserit: quoniā nō scriptas doctrinas, seu leges apostoli
 diderunt, quas oportet suscipere, uidelicet quò ad sacram
 ta, quò ad orationes ecclesie, circa monachos, aut sancti
 niales primitiue ecclesie. Itē de orando uersus Orientē de
 imaginibus: de signo crucis, & similibus: ut deducit Damas.
 sce. lib. 4. ca. 13. & 17. De quibus ēt loquitur ca. cum Mar
 the, de celebra. missa. Quamobrē ait. Pau. Fratres, et
 tenete traditiones quas didicistis: siue per sermonē: siue per
 Ioan. ulti. epist. nostram. Ioan. quoq̄; sic habet. Sūt & alia multa quæ
 fecit Iesus, quæ si scribātur per singula, nec ipsum arbor
 mundum capere posse eos, qui scribēdi sunt, libros: De
 uide in hist. tripart. li. 9. ca. 38. Quid nāq̄; aliud querebatur
 Arrius contra cōcilium Nicænum, nisi & Homousion, seu
 cōsubstantialē nomē in scripturis non haberetur? Non itē
 credēdum est, quia scriptum est, sed quia uerū est. Sic de
 scripturis receptum est uocabulum matris dñi Theotoco
 id est Dei genitrix. Scriptum a quoq̄; nō docet Mariam uir
 ginem permansisse post filij Dei partum: qđ tñ fatetur S.
 nodus Calcedon. qđ & asserit Hiero. cōtra Heluid. part.

epist. 9. Et addit. Tu dicis Mariam uirginem nō permansisse: ego mihi plus uēdico, ēt ipsum Ioseph uirginē fuisse per Mariā, ut ex uirginali cōiugio, uirgo filius nasceretur. Dicit ēt Aug. cōtra Donatistas ca. 24. Cōsuetudines ecclesiæ uniuersalis ab apostolis fuisse traditas existimādum: quamuis multæ non inueniantur in literis eorum, nec in concilijs posterorum. Et tamen quia custodiuntur per uniuersam ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & cōmendata creduntur.

Docet hoc eccle. hist. lib. 5. ca. 6. & 11.

Arti. 7.

Magna istorum assentatorum petulātia, qui di R H E T. cunt papam sic scripturam interpretari, aut dubia fidei decernere, ut eius interpretationi contradicere audeat nemo.

Nō minus adest Christus suæ ecclesiæ, quā aliqui astiterit Synagoga. Dixit aliqui. Si difficile & ambiguū apud Deu. 17. te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinē, causam & causam, lepram et nō lepram: & iudicium intra portas tuas uideas uerba uariari: surge & ascēde in locum quē elegerit dñs Deus tuus. Veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tpe, quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatē: & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dñs, & docuerint te iuxta legē eius, sequeris snām illorum. Et per Malach. La Malac. 1. bia sacerdotis custodiat sciētiam, & legē requirent ex ore eius, quia angelus dñi exercituum est. Nūc uerò ait. Si duo Matth. 28. ex uobis cōsenserint super terram, de omni re quācunq; petierint, fiet illis à patre meo. Et rursus: Cū uenerit ille spūs Ioan. 16. ueritatis, docebit uos oēm ueritatē. Requi. su. ti. 31. art. 14.

Hac fiducia ait Innoc. quēadmodum recitatur. 24. q. 1. ca. quoties. Quoties ratio fidei uentilatur, arbitror oēs fra

DE SACR. SCRIP. INTERPRE.

tres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum. i. suū
& honoris authoritatē referre debere: ueluti nunciat
uestra dilectio. Nam in sede apost. extra maculam semp
catholica seruata religio. ut ibi ait ibidem, ca. in sede
bius papa. Hæc rōne misit Hier. fidē suam examinandā
maso papæ sic inquires, ut habetur lib. 2. epi. 42. Hæc
des papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicim
quamq; semp tenuimus & tenemus. In qua si minus
aut parum cautē aliquid fortē positum est, emendari
mus à te, qui Petri & fidē et sedē tenes. Sin aut hæc
cōfessio apostolatus tui iudicio cōprobatur: quicūq;
pare uoluerit, se imperitum, uel maleuolū, uel et nō cat
cum, nō me hæreticum cōprobabit. Rufinus quoq; eidē
maso fidē suam discutiendā misit. Sic quoq; & Anselm
epif. Cantuariē. inuenitur scripsisse ad Vrba. Rom. pōp.
Quoniā diuina prouidentia uestra elegit sanctitatē, cui
fidē, & uia christianam custodiendam, & ecclesiam suam ca
tholicam regendam cōmitteret: ad nullū rectius reuertitur,
quid cōtra catholicam fidē in ecclesia est, ut eius authori
te corrigatur. Nec ulli alicui tutius, siquid cōtra erro
spōdetur, ostēditur, ut eius prudētia examinetur. Quia
pter sicut nulli dignius possunt: ita nulli libētius præ
epist. quā uestre destino sapiētiae: quatenus siquid in ec
rigēdum est uestra cēsura corrigatur, & castigetur. Et
regula ueritatis tenet, uestra authoritate roboretur: Pon
Ambr. li. 3. de sacr. sic habet. Ecclesie Ro. typū in oībus
quimur, & formā: Vide sup. ti. 31. ar. 16. & 17. Art. 8.

RHET.

Magis uidetur cōgruere cōcilio uniuerfali
cernere de dubiis fidei, aut sacrā scripturam inter
pretari, quā uni summo pontifici, qui aliqñ

nus cōperitur peritus. Nā Nicæna synodus. 318. epōrū conuocata, dānauit Arrium sub Cōstanti no imperatore. Et secūda synodus Constātinopoli celebrata. 150. patrum sub Theodosio seniore Macedonij heresim anathematizauit. In. 3. uero synodo Ephesina. 200. patrū, Theodosio iuniorē Augusto imperante. Nestorius dānatus est. In quarta quæ erat Calcedonē. 630. epōrū sub Mar- tiano imperatore Eutyces Abbas Constan. cum sua hærēsi anathemate percussus est.

Siquādo cōcilia generalia aliquid de fide determinauē- THEO.
rūt: nō est seclusa Ro. pōtifici sua authoritas. Nam sine ea, cōcilia generalia nō cōuocantur, nec ratū habetur quicquid decernūt: ut patuit. tit. 31. art. 13. Nam legitimis cōcilijs, uel ipsi Ro. pōtifices interfuerūt, uel suos legatos miserunt. In cōcilio nanq; Nicæno uices Ro. pōtificis gessit Osius epi- scopus Cordubē. et in cōcilio Sardicē. In synodo uerò Cal- cedonē. legatus papæ Leonis fuit Pascasius. In cōcilio Afrī cano, legationis officio functus est Faustinus episcopus. Et in cōcilio Ephesi. Cyrillus patriar. Antioche. uicarius fuit Ro. pontificis: & pariformiter alij in alijs synodis Ro. pon- ti. uices egerunt. Quantū uerò sanctæ synodi ipsa iura ciuili deferant, nō pigeat audire. Dicit. n. Martianus August. C. de sum. tri. & si. catho. l. nemo. Nemo clericus, uel mili- taris, uel alterius cuiuslibet cōditionis de fide christiana pu- blicē, turbis coadanatis, & audiētibus, tractare conetur in posterum. Ex hoc tumultus uel perfidiæ occasionem requi-rens: Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimæ syno- di, si quis semel iudicata, ac rectē disposita, reuoluere, et pu- blicē disputare contenderit.

DE HAERESI, ET HAERETICIS.

TITVLVS XXXIII.

TITVLVS I.

RHET.

Q Vos errare asserunt, facile eis notam
relis impingunt Theologi.

THEO.

Omnis hæresis error est: sed non oīs error, hæresis no-
men habet. Error nanq; circa oēm artē, aut scientiā uersa-
natus est. Hæresim uerò errorē circa fidē nūcupamus. Ne
oīs circa fidē errās hæreticus est cēsendus, nisi pertinax
ut habetur. 24. q. 3. c. dixit. Quapropter Cypria. cre-
schismate baptizatos esse rebaptizādos. hæreticus nō
Paratus enim erat cedere potiori ratione docente: ut
Augu. lib. 2. contra Donatistas cap. 2. Et principium co-
cilij Carthaginen. docet. Articulus 1.

RHET.

Concertatio cum hæreticis plerumq; magis
de terminis, quàm de re ipsa est.

THEO.

Hoc asserunt hæretici, ut simplicium corda facilius ille-
queant. Cum. n. Gothi Imperatori Valenti iam essent foede-
re iuncti, putabat Imperator foedus stabiliri si dogmatum
quoq; cōcordiam retinerent Gothi. Qui cum dicerent
ternā se mutare nō posse doctrinā, ait Eudoxius Arrianus
inter eos certamen esse uerborum, nō differentiā dogmatum
ut habet histo. tripar. lib. 8. cap. 13. Artic. 2.

THEO.

Quos tu hæreticos uocas, clarè suam fidē pro-
fitentur, & eam catholicam: quapropter hæretici
non sunt censendi.

RHET.

In genere quidē uidentur tenere fidē catholicam: ad pa-
ticularia uerò & specialia descēdere formidiosi recusant.
cētes sese nō uelle ingredi quæst. inutiliū palæstrā, aut im-
certamen, Reuera timent suos dolos discussione deprehen-

Dicit enim Tert. aduersus Valētinianos. Hæretici nihil magis curant quam occultare quod prædicant, si tamen prædicant, qui occultant. Sic Paulus Samosatenus suam hæresim nunc occultare, nunc dissimulare conabatur: sed frequenti tractu et assiduis disputationibus denudabatur: ut habet hi. eccl. li. 7. cap. 25.

Arti. 4.

Non est magnæ artis calumniam struere in in- RHE T.
nocentes.

Non calumniam struo hæreticis, sed ueritatē loquor, li- THEO.
bet nosse argutiarum suarum strophas? In primo congressu quasi fugæ præsidium arbitranies, negatiuis se tuentur: ut quicquid dixerint uel egerint, inficientur: quemadmodum Ioā. de Vuesalia inquisitus ab episcopo Maguntino: quæ scripsit, negauit: donec ei codex per manum suā conscriptus, produceretur, quem tunc coactus est recognoscere.

Dehinc tergiuersationibus certamen incunt, ut non nisi docti & in eorum uersutijs exercitati, eos ualeant deprehendere. Narrat. n. Augu. lib. 2. contra duas epist. Pelagij, quō Coelestius Pelagiana hæresi infectus purgās se corā Innoc. papa dixerit. Damno eos qui dicunt peccatū Adæ ipsi soli obfuisse, & non generi humano. Damno insuper dicentes q̄ infantes nuper nati, in eo essent statu, in quo Adam fuit ante peccatum. Hanc audiens Innoc. confessionem, existimauit eum sentire secundum ecclesiæ fidē, quod Adam transmississet peccatum originale in posteros. Quodq̄ egeant infantes baptismo ad tollendū originale peccatum. Ipse uerō Coelestius cum in sua se recepisset conuenticula, liberius loquens, ait. Adam obfuit generi humano, solū dando inobedientiæ exēplum: non autem originis peccatum in posteros transfundēs. Dixitq̄ infantes abluendos baptismo sa-

DE HAERESI, ET HAERE.

cro, non ut diluatur peccatum originale (nam illud nullum
esse putauit, sed ut consequi ualeant regnū cœlorum, pro-
pter domini sententiam, qua ait. Nisi quis renatus fuerit
aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.
De eorum cōcinnatis obscuritatibus uide Irenæū aduersus
hæreses cap. 15. & c. & suprà ti. 4. art. 12. Sic & Pelagi-
us ait: hominē posse sine peccato esse, præcepta Dei implere
& mereri uitam aeternā, (non tamen ut maledici in me ca-
lumniantur) sine Dei gratia. Quibusdam uisum est satis
ne mentem suam explicasse. Dum autē requisitus est: Qua-
nam sit illa gratia, ait, q̄ dominus nos talis naturæ crea-
uit: nempe præter omne nostrū meritum. Non autem con-
suetus est ut catholici, scilicet q̄ per singula opera Dei gra-
nitamur, & regamur eius auxilio. Cuius errorem confutauit
Hierony. epist. 13. & 15. part. 1. Contra quem Pelagiū con-
uocatum fuit conciliū Carthag. 218. Patrum. Hieron. quæ-
st. 1. de Praga cū impingeretur, q̄ asseruisset panē manere post
consecrationem Eucharistiæ: Verū est, inquit, apud philoso-
phos rem. Attamen reuerā, illius fuit sectæ ut diceret in Eucha-
ristia post consecrationē remanere substantiā panis. Et Vul-
den. interrogati utrum in sacramento altaris esset corpus
Christi, dixerūt q̄ sic, propter domini uerbum dicentis. Hoc
est corpus meum. Vbi autem urgebantur, dixerunt ibi esse
corpus Christi, non in ueritate, sed in figura: sicut Ioā. &
Helius. Quod, n. in cœlo est uerum Christi corpus, in ali-
loco simul esse non posse opinati sunt. Eodem modo omnia
inuoluta, adumbrata, & mista proferunt hæretici, ut no-
cile eorum sententia innotescat. Inde dolis insidiantur: qui
admodum Arrius percontatus ab Imperatore, si decretum
ciliij Nicæni uellet seruare: Ille nihil moratus, repente

scripsit. Cumq; Imperator illi iusiurandum inferret, mox iurauit se credere quod scripserat. s. sectam suā, quam in cartha scripserat, & sub ala sua occultatim tenuerat, & se iurasse uerū credidit: licet Imperator de subscriptione Nicæni concilij inquisisset. Hunc dolum habes in hist. trip. lib. 3. cap. 10. Simili dolo usus est, ut ecclesiæ posset reconciliari, fidemq; suam his uerbis confessus est. Credo in Deum patrem omnipotentē & dominum Iesum Christū filium eius, qui ex Deo ante secula natus est, qui uenit, & carnē assumpsit: subintulit. Si non hæc ita credimus atq; suscipimus, uerē patrem, & filium, & spiritum sanctum, sicut omnis catholica ecclesia, & sanctæ edocent scripturæ quas per omnia sequimur: iudex noster erit Deus. Quapropter iubeas nos unire matri ecclesiæ, quæstionum & superfluitatibus inquisitionum sublatis. Quibus uerbis existimabat eum uerē nobiscum sentire de filio Imperator. Confessionemq; ad episcopos Hierosolymis congregatos misit examinandam: sed Arriani interim eum ad cōmunionem susceperunt, & alios contradicentes in fugā pepulerunt: ut habet hist. eccl. lib. 19. cap. 9. & trip. lib. 3. cap. 6.

Voluit. n. Arrius submoueri quæstiones & inquisitiones, ne compelleretur nobiscum fateri Homouision, hoc est eiusdem substantiæ, siue consubstantialē patri filiū. Quem asseruit esse solū patri similem, non secundum substantiam, sed secundum uoluntatē, (quod græci Homouision dicūt, & ex non extantibus factum: & per consequens creaturam, ut habet hist. trip. lib. 5. ca. 34. & 42. & c. Cumq; hac caliditate Imperatorem circūueniens, iuberetur recipi in cōmunionem Arrius, præsumptiones eius iudicia Dei sunt secuta. Nam cū egressus ex Imperiali aula conspicuus appa-

DE HAERESI, ET HAERE.

S
 reret in Constantinopolitana ciuitate iuxta locum, quā bea-
 tur Constantini forū, compulsus est ire ad secessum: ubi cum
 intestinis spiritū emisit, ut dicitur in hist. tripar. li. 3. ca. 13.
 Pari fraude Orientales in Latinos machinati sunt aplice
 gregatos patres Ariminij, proponentes eis quid magis
 lent colere, & adorare, Homousiō, an Christum? Latini
 tres uirtutem Homousion non intelligentes, dixerūt se Chri-
 sto credere, non Homousiō: Quapropter Homousiō quā
 ignoratum, & à scripturis alienum auferri de fidei expō-
 sitione decernunt, cōmunionemq; suā hæreticorum socia-
 cōmaculant: ut habet hist. eccle. lib. 10. ca. 14. Quam
 dem cum aduertisset concilium Ariminense, scripsit ad Con-
 stantinum Imperatorē, asserens eam tenendā fidem, quā
 Nicæna Synodo decreta fuerat: ut dicit hist. tripar. lib. 5. ca.
 pi. 21. Nec minori astutia circūuenti sunt quidam simplici-
 res. Conuenerunt quidā Arrianorum episcopi in ciuitatem
 Thraciæ, nomine Nicem, ubi symbolum quoddā Arriane
 perfidiæ ediderunt, quod simpliciorum auribus obijciētes,
 dixerunt eam esse fidem, quæ ab uniuerso concilio in Nicæ-
 ciuitate edita fuerat. Hi uerò propter similitudinem nomi-
 nis Nicænum symbolum arbitantes, tali surreptione de-
 pti sunt: ut habet hist. tripar. lib. 5. ca. 25. Dicitur præter
 in hist. eccle. lib. 4. cap. 25. q. Modestus omnes deceptiones
 Marcionis, & fallacias, recto quo uelabantur nequitie teg-
 mine, denudauit. Nec minus dolosus æquiuocationes emul-
 tunt. Eudoxius. n. episcopus Antiochenus cū sederet in sede
 sanctæ Sophiæ Cōstantinopolitanæ, hanc uocē protulit. Pa-
 ter Asebis. Filius Eusebis. His uerbis prolatis turbatur po-
 pulus. Ista. n. duo uerba diuersos habent intellectus. Asebis
 enim dicitur & impius, et sine cultu. Eusebis dicitur et pius

et bene colēs. Nolite (inquit Eudoxius) turbari. Pater Asebis est, quia nullum colit. Filius autē Eusebis est, qui colit patrem, quo dicto cum risu sedata est turba, ut dicitur in hist. trip. lib. 5. cap. 39.

Mendacijs quoque frontosi se munire non uerentur, quē admodum Polychronius Monachus dixit in sexta Synodo Constantinopolitana, actione. 15. sibi reuelatum fuisse unam solam in Christo esse operationem, et uoluntatē; et in eius uirtute mortuum per chartā suscitare præsumpsit, quod et si non ualuit, à sua tamen perfidia non resiliuit. Sic et quidam episcopi Arriani cum non haberent, quod Athanasio rectē obijcerent, de uiolenta mulieris cuiusdam corruptione, et de artis magicæ crimine eum falsò calumniati sunt: ut habet histo. eccle. lib. 10. cap. 17. Quodque ipse frumenta ab Alexandria in Constantinopolim uehi prohibuisset. Quā obrem Imperator Athanasium ipsum in Treuerim Gallie relegauit, ut recitat hist. tripar. lib. 3. ca. 8. Dicit quoque Cypria. lib. 1. epi. 3. Hæretici semper mendacijs fallunt. Probat hoc idem lib. 4. epi. 4. de Cornelio papa falsò accusato et infamato. Ad stipulatur et quod episc. Arriani notam adulterij compositē iniecerunt Eustachio episcopo Antiocheno, putantes suum iuramentum non esse falsum, cū infantuli pater Eustachius diceretur, non præsatus episcopus, sed faber lignarius: ut habet histo. trip. lib. 2. cap. 24.

Tandē ex pharetra perfidi cordis, iacula conuitorum ac iniuriarum emittunt: quē admodum Eusebius in hist. eccle. lib. 7. ca. 16. recitat de Paulo Samosateno Antiocheno episcopo, qui in concionibus seipsum consueuerat inuerecundē collaudare, et alijs tractatoribus insultare. Qui uocatus in concilio Antiocheno hæresim suam nunc occulta

DE HAERESI, ET HAERE.

re, nunc dissimulare conabatur: sed frequenti tractatu, & assiduis disputationibus denudabatur per conuenientes episcopos. Tradit hæc luculenter Hierony. in Apologia contra Origenem, epist. 32. Si inquit, hæretici urgeri cœperint, aut subscribendum eis fuerit, aut exeundum de ecclesijs, raras strophas uideas. Sic uerba temperant, sic ordinem uertunt, & ambigua quæq; concinunt, ut nostrâ & aduersariorum confessionem teneant: ut aliter hæreticus, aliter catholicus audiat, quasi non eodẽ spiritu & Apollo Delphicus, atq; Loxias oracula fuderit Cræso, & Pyrrho diuisis temporibus: sed pari illudentes strophæ. Exempli causa subiiciam. Credimus inquit, resurrectionem futuram corporum, hoc si bene dicatur, pura confessio est. Sed qui corpora sunt cœlestia, & terrestria, ponunt corpus non carnem, ut orthodoxus corpus audiens, carnem putet, hæreticus spiritum recognoscat. Hæc est eorum prima decipula. Quæ si deprehensa fuerit, instruunt alios dolos, & innocentiam simulant, & malitiosos nos uocant: & quasi simpliciter credentes aiunt, Credimus resurrectionem carnis. Quid quæris amplius? Et in peruersum studijs cõmutatis, nos sycophantæ: illi simplices appellantur. Quod si obstraueris frontem, & urgere cœperis, carnem digitis tenens, an ipsam resurrectionem dicant, quæ tãgitur, quæ cernitur, quæ incedit & loquitur? Primò rident, deinde annuunt. Dicentibus quoq; nobis, utrum capillos & dentes, pectus & uentrem, manus & pedes, cæterosq; artus ex integro resurrectione exhibeat? Tunc uerò risu se tenere non possunt, cœchinnoq; soluentes ora, tonsores nobis necessarios, & placentas, & medicos, & sutores ingerunt, ultroq; interrogant, utrum credamus & genitalia utriusque sexus resurre-

gere, nostras genas hirtas, foeminarum leues fore, & habi-
tudinem corporis pro maris, ac foeminae distinctione diuer-
sam. Quod si dederimus, statim expetunt uuluam & coi-
tum, & cetera quae in uentre sunt, & sub uentre singula
membra negant: & corpus, quod constat ex membris, di-
cunt non resurgere. Hec Hierony. His sermonibus, inuolu-
tis strophis, concinnationibusq; mendosis, haereticarum ec-
clesiam Christi lacerant atque corrumpunt, quoadmodum
docet epist. concilij Sardicen. quae recitatur in hist. tripar.
lib. 4. cap. 24. Et ad oculum reperiet, quicumq; legerit pri-
mum librum Irenaei aduersus haereses Valentini: Basiliū ma-
gnū in primo lib. cōtra Eunomium: Hieronymum in apo-
logia contra Origenem: Augustinum, & alios contra hære-
ticos scribentes.

Articulus. V.

Quos tu haereticos uocas, nos catholicos dici RHET.
mus: quia dicta sua scripturarum testimoniis ua-
lidè muniunt.

Quomodo hi scripturas adducant, uel ex Tertulliano THEO.
in lib. de praescrip. haeticorum disce, Haereticis (inquit) non
recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adiectioni-
bus & detractonibus ad dispositionem sui instituti inter-
uertit. Et si recipit, non recipit integras. Et si integras prae-
stat, nihilominus ad diuersas expositiones, commentata con-
uertit. Habet hoc & hist. eccle. lib. 5. cap. 28. Dicit quoque
Aug. de Trinit. lib. 1. cap. 3. Omnes haeretici ex scripturis
sanctis falsas, atque fallaces opiniones suas conantur defen-
dere. Idem lib. 3. de baptismo contra Donatistas, cap. 19. al. Ezech. 16
legens illud Ezechielis. Sumens de uestimentis meis, fecisti
tibi excelsa. &c. Haeretici (inquit) ad imagines phantasma-
tum suorum, cum quibus uoluit carnalis anima delecta-

DE HAERESI, ET HAERE.

tur, conuertunt omnia sacramenta & uerba sanctorum librorum. Dicit autem Tertul. in lib. de præscri. heret. A uersarij scripturas attendunt, et hac sua audacia statim quidam mouent. In ipso uerò congressu firmos quidem san- infirmos capiunt, medios in scrupulo dimittunt. Idem lib. Hæretici apud eos multum ualent, qui in fide non ualent. pugna pugillum & gladiatorum plerunque, non quia fortis est qui uincit, aut quia non potest uinci: sed quoniam ille qui uictus est, nullis uiribus fuit. Neque prudentes, neque fortis les, neque usitados æstimandos, quos hæreses potuerunt mutare. Ait quoque Augu. de agone Cristia. cap. 28. Hæretici decipiunt eos qui negligentes sunt in catholica fide, ipsam fidem suam. quæ in scripturis manifesta est, nolunt scire. Et quod est grauius & multum dolendum, cum in catholica fide negligenter uersentur, hæreticis diligenter uerses accommodant.

Articulus. 6.

RHET.

Quos tu hæreticos censes, nos humiles ac modestos cernimus, quãobrem orthodoxos putamus.

THEO.

Non est qui malitiam suam uelare non curet. Hoc quoque cõmune omnibus est ferme hæreticis, propriam a se pari gloriam, magnâque ambire. Theobutes enim, quicquid scopatus repulsam patiebatur, ecclesiam ipse cepit perturbare, & omnia corrumpere. Valentinus & ipse scopatum ambiens, atque frustratus nouam hæresim contra Christi humanitatem confinxit. Nouatus pontificatus cupiditate ductus, cum in ecclesia episcopus esse nequiret, se alijs episcopum creari fecit extra ecclesiam, ut episcopum hæresim suam introduceret. Apollinaris etiam uidens se contentiosum in disputationibus triumphare, nouam hæresim adinuenit. Arrius aut gloriae laudisq; et nouitatis im-

cupidus,

cupidus, praua de fide Christi proferre conatus est. Aetius quoque presbyter ambiens episcopatum, nec ualens assequi, dixit presbyterum ab episcopo solo nomine differre. Ioan. Vult clerus ambiuit episcopatum Vigoriensem, quo frustratus ecclesiam coepit persequi. Tandem Lutherus, quia indulgentiarum praeco & commissarius esse nequiuit, eas nullas esse contendit.

Articulus 7.

Cum oporteat haereses esse, ut probent electi, qua R H E T. replectionem patiuntur, qui ea labe infecti sunt.

Oportet haereses esse, non tamen ideo bona est haeresis: quia THE O. & malum oportet esse, ipsa ueritate attestante, quae ait, Ne Math. 18 cesse est. n. ut ueniant scandala, non propter scandali bonitatem, sed propter hominum malitiam: quocirca subiungitur. Verumtamen uero homini illi per quem scandalum uenit. Haereses quoque esse oportet, propter hominum pertinaciam, suo sensui fidentium. Mala esse haeresim docet Felix papa in suo decreto, sic inquit. Haeresis non portionem aliquam ledere, sed ipsa christianae religionis conatur fundamenta conuellere. Quamobrem ait Inno. in concilio Carthagi. Haeresibus pullulatibus, celerrime est obuiandum. Serpit haeresis ut cancer. Arti. 8.

Sit obuiandum haereticis, sed doctrina & eruditione, aut praescissione ab ecclesia, non autem ferro aut igne exterminandi sunt. R H E T. Tit. 3.

Ecclesia quae nulli claudit gremium redeunti. facit quod in THE O. se est, ut haereticus erudiatur & conuertatur, & redeuntem C. de sum. benigne recipit. Quod si extra disciplinam pertinax est, anathemate eum ferit, secundum illud Apostoli. Haereticum hominem Tit. 3. post unam & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est homini. Vnde & Chrys. hom. 42. in expositione altera super Matt. Malitia frequenter quidem uincitur, nunquam Rom. 13

DE HAERESI ET HAERE.

Deut. 18 quam aut placatur. Audi ergo homo fidelis qui contra hereticum libenter contendis: si pharisei uicti, placati non sunt, et tu certando contra hereticum potes eum placare coneris? Nunquid fortior Christo es, ut quos ille non placat, tu placabis? Quamobrem dicit Tertul. de praescri. haer. cōgrediendum esse cum haereticis de scripturis. Hunc pertinacem hereticum cum uidet princeps (cui dominus dedit diuini ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum) et dominus ait. Maleficos non patieris uiuere) tanquam mentis putridum, perniciosum communitati, ruinam esse populi cautorum et innocentium subuersionem, agit exterminare ne noceat. Augu. quoque ad Vincentinum de ui corrigendis haereticis epist. 48. docet haereticos et ui corrigendos admodum inuiti ligantur phrenetici, prius tamen instruendi niunt. Si non tenerentur, inquit, et non docerentur, improba quasi dominatio uideretur. Rursus si docerentur, et non tenerentur, uetustate consuetudinis obdurarentur, et ad cape scendam uiam salutis, pigrius moueretur. Non enim omnis qui non percutit, amicus est. Nec omnis qui uerberat, inimicus. Item li. 2. contra epi. Gaudentij ca. 26. docet haereticos per principes coercendos. In puniendis autem haereticis semper ecclesiasticus utitur, in primis misericordia, deinde iustitia: Nam ante lapsum ad sinceritatem fidei reuertenti, nulli gremium claudit: sed pio sinu recipit. Relapsis et illam impedit misericordiam, quod ad penitentiam admittit. Iustitiae autem est quod relapsos in manu dimittit iudicis secularis, ne amplius noceat, cuius est eos punire secundum delicti quantitatem. 23. q. 4. c. sicut ex cellentiam. C. de apostata. l. hi qui sancti a fide. quamobrem dicitur de haereticis, ca. excoicamus. Dammati per ecclesiasticum iudicio relinquuntur, ad aduersione debita puniuntur.

clericis prius à suis ordinibus degradatis. *Arti. 9.*

Quare puniuntur, cum ecclesie pſint hæretici. *RHET.*

Si profint, præter eorū intentionē est, cum q̄rant nocere, & corrūpere. Vnde Aug. de uera reli. cap. 8. Hæretici plurimi profint, non uerum docēdo qđ nesciunt: sed ad uerum q̄rendum carnales, & ad uerum aperiendum, spiritalis catholicos excitando. Idem lib. 7. confes. cap. 19. Improbatio hæreticorum facit eminere quid ecclesia sentiat, quid habeat sana doctrina. *THEO.*

Articulus 10.

Quomodo recipit ecclesia redeuntes? *RHET.*

Primò cōfiteri debent suum errorē corā iudice cōpetenti, episcopo, uel inquisitore: quēadmodum fecit Berengarius in concilio Ro. Secundò, debent abiurare hæresim, & cōfiteri ueram fidē, & subscribere, ut ubi constiterit de errore, aut aliorum seductione fiat reuocatio pro aliorum ædificatione, aut cōuersione: quēadmodum habetur de conse. di. 2. c. ego Berengarius. Tertiò, debent satisfactionē cōgruam exhibere. ca. ad abolendam, de hære. Scribit quoq; Leo papa ad Septimum episcopum, epist. 56. Indicimus ut ab hæresi resipiscentes, cōgregata synodo dānent apertis p̄fessionibus sui superbi erroris actores. Et quicquid in doctrina eorum uniuersalis ecclesia exhorruit, detestentur. Oīaq; decreta synodalia quæ ad excisionem hæreseos apostolica sedis cōfirmavit authoritas, amplecti se, et in oībus approbare plenīs & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in uerbis eorū obscurū, nihil inueniatur ambiguum. Aug. aut cum episcopis de concilijs duobus prouinciæ Carthagi. atq; Numidiæ ad Inno. papam sic scripsit de Pelagio negante suam hæresim, ut habet epist. 95. Anathematizet ergo Pelagius scripta sua, ubi

DE HAERESI ET HAERE.

contra gratiam, & si non per cōtumaciam, tñ per igno-
tiam disputat per possibilitatem defendendæ naturæ, ad in-
cenda peccata, et ad implenda mandata, at si sua esse negat,
aut scriptis suis dicit imissa, quæ sua negat, anathematizet
ea, & damnet paterna exhortatione et authoritate sacra-
mentis tue. Eisdem sic rñdet Inno. papa ut habes epistolam
De naturæ possibilitate, de libero arbitrio, & de omni
gratia, & quotidiana gratia, cui non sit recte sentiendi
rimum disputare. Anathematizet ergo ista quæ sensu, ut
li qui eius sermonibus fuerant, præceptisq; collapsi, ul-
tandem habeat fides uera, cognoscant. Facilius. n. reuocari
poterunt, cū ista à suo senserint authore dānari. Art.

RHET.

THEO.

Quid agendum cum suspectis de hæresi?
Suspectus de hæresi per uulgatam infamiā, aut uehē-
tem suspitionē ex testiū dictis obortam, ad arbitriū episcopi
se purgabit iuxta cōsiderationē suspitionis, qualitatemq;
personæ, propriamq; innocentiam. Quam purgationē si præ-
stare noluerit: ut cōuictus de hæresi puniatur. de heret. ca.
ad abolendam. Purgatio aut hæc fiat inter manus. 14. huius
ordinis ubi noscitur infamatus, sintq; hi fide catholici, & uer-
ta probati, qui cōuersionem & uitam ipsius non tanto
dermo tpe nouerunt, quā transacto. Purgatione uero
cepta in prædicta, & in aliis uillis circumpositis propo-
tur, & prædicet fidem catholicam, ac confundat, & detra-
hetur hæreticam prauitatem: & sic deinceps uiuat, ut
mia conuertatur in bonam famam. Si in purgatione desin-
rit, ecclesiasticæ disciplinæ mucrone feriat. ad agendam
pœnitentiam in monasterio: ut habetur de purg. cano. c. 1.
ter. Modum quoq; reuocandi hæresim et abiurandi, habet
de consecra. dist. 2. cap. ego Berengarius. Art. 12.

Non sit molestum (quæso) recensere ubi præci R H E T.
pui hæresiarchæ damnati sunt.

Arrium dānauit synodus Nicæna. 318. episcoporum sub THEO.
Cōstantino Augusto, Et eūdem Syluester papa tpe eiusdem
synodi in cōcilio Ro. Fotinū quoq; Sabellium & Calistū.
Eustachium damnauit concilium Gangrense. Paulum uerò
Samosatenum cōcilium Antioch. Nectarium cōcilium Con
stantinopolitanū. 150. episc. Nestorium synodus Ephesina
20. episc. Euthycē & Dioscorum, & denuò Nestorium sy
nodus Calcedo. Pelagium & Coelestium. Innocē. papa in
cōcilio Milenitano, Et iterū cōcilium Carthagenen. 218. pa
trum. Priscil. cōcilium Toleta. 1. 277. episcoporum tpe Ho
norij imperatoris. Eunomiū, Fotinum, Hebionē, Macedo
nē Damasus papa in cōcilio Rom. Idem Fotinus damnatus
fuit et in synodo Sirmiēsi. Iouinianū, Felicē, Plotinum, Mar
tianū, Ianuariū Syriacus papa damnauit: & secunda sy
nodus Nicæna eundē Felicē, Nouitianum, & Montensem.
Euomianum uerò secunda synodus Constantinopolitana.
Almericum Innoc. 3. in cōcilio Ro. Seuerum, Petrū, Zoarā
gnta synodus Cōstantinopolitana. Excōicantur Vualden.
siue pauperes de Lugduno in cœna dñi. Bergardi, Beguinæ
anathematizātur per cōcilium Viēnen. in cle. ad nostram,
de hereti. Ioan. de Vuesalia damnauit episco. Maguntinus.
Raymundum Cathalanū epis. Tetraconē. Manichæi ana
themate cæsi sunt in cōcilio Bracharen. Ioan. Vuicleff. Ioā
nes Huß, & Hiero. de Praga in cōcilio Cōstantien. Excō
municantur quoq; in cœna domini oēs hæretici Gazari, Pa
taren, Pauperes de Lugduno, & alij quocunq; noīe cen
seantur. Recensuit uerò Antoninus in sum. 4. parte, titu. 11.
cap. 7. 80. hæresiarchas damnatos.

DE INSTITVTIS, AC VOTIS MO
NASTICIS. TITV. XXXIII.

ARTICVLVS I.

RHET.

CVM factitia sit res, ac nouitia Cucullatorū
religio: multum delirāt Monachi uota in
baptismo comparantes.

THEO.

Si de religionis substantialibus sermo est: non humani,
sed diuinum est institutum religionis. Fūdatum namq; in obe
dientia, castitate, et abdicatione pprietatis, seu paupertatis.
Hæc quidē Saluator præcipere noluit, sed proponere
potiora bona, & cōsulere nō prætermisit. Dicit. n. Hie
li. i. c. 7. epist. 5. contra Iovinian. Maioris gratiæ est offerre
qd' non debeas, q̄ reddere qd' exigeris. Si uerò de quibz
statutis diuersis religionum finibus, pro uarietate uocatio
num cōgruentibus loquimur, nō inficiamur ea factitia, et
humani esse instituti: non tñ nouitia. Cōstat. n. semp religio
sos quosdam fuisse uiros, qui ardētius amplexati pietatem,
à cœtu hominū segregati, multa ad eam pertinentia sibi
præscripserunt, quæ à cæteris nō agebantur: Sed uti oī
rerum initia rudia fuere, processuq; ipso sensim roborata,
& exculsa sunt: Ita & monachorū instituta culta, & clar
ta sunt, & ordine quodā, t̄pis processu uariata sunt, secun
dum finem in quē dirigūt ipsæ religiones. Alia nempe sibi
aut cōtemplationi uacantibus: alia uerbum Dei euāgelizand
ibus: alia infirmorum necessitatibus incubentibus: alia mī
itiae deditis cōgruunt instituta. Fuerunt præterea in ueteri
testamento filij prophetarum (quos monachos uocat Hie
ro. ad Rusticum monachum epist. 39.) qui quādam formā
monachismi præstabant in arcto uictu, cultu & uestitu, cō
muniter uiuentes. Filij quoq; Ionadab, filij Rechab sic ui

habitabant, ut uinum non biberent in æternum, domos non edificarent, sementem non sererent, uineas non plantarent, nec haberent: sed in tabernaculis habitarent, patris sui Ionadab matriam dato parentes. Sed et Cheræmon Stoicus uir eloquentissimus narrat de uita antiquorum sacerdotum Aegypti: (ut uidere est apud diuum Hieronymum. lib. 2. ca. 39. epist. 6. contra Iovinianum.) quod omnibus mundi negotijs, curisque postpositis, semper in templo fuerint, et rerum naturas, causasque, ac rationes syderum contemplati sint: nunquam mulieribus se miscuerint: nunquam cognatos et propinquos, ne liberos quidem uiderint, ex eo tempore quo coepissent diuino cultui deseruire, à carnibus et uino semper abstinuerint, propter tenuitatem sensus, et uertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur: et maximè propter appetitus libidinis restringendos, qui ex his cibis et ex hac potione nascuntur. Pane raro uescebantur, ne oneraretur stomachum. Et si quando comedebant, tonsum pariter hyssopi sumebant in cibo, ut escam grauiorem illius calore decoquerent. Oleum tantum in oleribus nouerat: uerum et ipsum parum propter nauseam, et asperitatem gustus lenientiam. Quid loquar, inquit, de uolatilibus, cum ouium quoque pro carnibus uitauerint et lac: quorum alterum carnes liquidas: alterum sanguinem esse dicebat colore mutato? Cubile eis de folijs palmarum contextum erat: scabellum accliuè, et ex una parte obliquum, in terra pro puluillo capiti supponebant, et c.
 Quid uerò de illis censendum sit, de quibus ait Apostolus. Circa Hebr. 11. culerunt in melotibus, in pellibus caprinis, egentes, angustiatissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus: In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, et in cauernis terrarum tuo arbitrio relinquo.

Qui autem christi, apostolorumque acta attenderit, procul-

DE INSTIT. AC VOT. MONAT.

Philip. 2

Ioan. 6

Luc. 2

Luc. 9

Luc. 10

1. reg. 15

Matt. 19

dubio monachismi formam inueniet potissime in sub-
libus religionis. Nam obedientiam ipse Christus exhibuit,
qui factus est obediens patri usque ad mortem, mortem ad
crucis. Quique ait. Descendi, non ut faciam uoluntatem meam
sed eius qui misit me, patris. Qui nedum matri, sed et
trito Ioseph paruit. de quo ait Lucas. Descendit, et
subditus illis, scilicet parentibus. Cui paruuerunt mox apo-
stoli uocati: quos et misit predicare euangelium regni
uirga, sine pera, sine pecunia, sine calciamentis. Et pre-
erat in omnem ciuitatem ad quam esset ipse uenturus, dicen-
gnus est operarius mercede sua. Qui uero libertatis co-
dus, obediencia cupit calumniari, sese corrigat ex dicto Sa-
lis. Melior est, inquit, obediencia quam uictima. Romen.
Glo. ord. ibidem. Quia in uictimis aliena caro: in obedi-
entia uoluntas propria maceratur et offertur.

Castitatem Christus ex uirgine natus, tam exemplum
quam uerbo docuit, et consuluit. Ait namque: Sunt eunuchi
de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi qui facti sunt
ab hominibus: et sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum
coelorum. Qui potest capere, capiat. Quod interpretatur Hiero-
nimo. lib. 1. contra Iouinia. cap. 7. par. 1. Proponit, inquit, pro-
mum: inuitat ad cursum: tenet in manu uirginitatis brachium
ostendit purissimum fontem, et clamat. Qui sitit ueniat, et
bibat, Qui potest capere capiat. Non dicit, uelitis, nolitis, bibe-
dum est uobis atque currendum: sed qui uoluerit, qui potue-
rit currere, atque portare, ille uincet, ille satiabitur. Et
plus amat uirgines Christus: quia sponte tribuunt quod
non fuerat imperatum. Discipulorum et apostolorum casti-
tatem seu coelibatum, uel ex hoc capias, quod Christus Ioannem
nubere uolentem, de nuptiis uocauit, Proculdubio, Apo-

Pauli dicto se conformes effecerunt post apostolatum, ubi ait. Qui uxores habent, tanquā non habētes sint: Licet ante apostolatum uxoribus uterentur. Qui autem cœlibatum, aut uirginitatem nihil facit: is Iouinianum se, non Christianum exhibet. Iouinianus. n. matrimonium uirginitati cœquare conatus est. Dānet is Paulum, Baptistam, aut euangelistam Ioannem, Deiparamq; Mariam imo & ipsum Christum. Audiat & is Paulum clamantem. De uirginibus præceptum domini non habeo: consilium autē do. Et post pauca. Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit. Et qui non iungit, melius facit. Legat hic Tertull. lib. 1. ad uxorem, in principio. Audiat ipse & Hieronymum in sermone de assumptione uirginis Mariæ dicentem. Semper est angelis cognata uirginitas. Profecto in carne præter carnem uiuere, non terrena uita est, sed cœlestis: Vnde in carne angelicam gloriam acquirere, maius est meritum, quā habere. Esse. n. angelum, felicitatis est: esse uerò uirginem, uirtutis est: dum hoc obtinere uiribus inimitur cum gratia, quod habet angelus ex natura. Virunque tamen, & esse uirginem, & esse angelum, diuini muneris est officium, non humani. Proinde omnes etiam Ethnicæ nationes in pretio habuerunt uirgines, ut habet Tertullianus libro de exhortatione castitatis.

Paupertatem, seu abdicationem proprietatis rerū Deo gratam, nel ex hoc intellige, q; Christus in paupere stabulo ex paupercula matre natus sit, & in præsepi (non nobilibus in cunis) reclinatus. Tam pauper uixerit, q; cuidā eum Matt. 8. sequi cupienti dixerit. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Nudus in cruce: mortuus in alieno sepulchro tumula-

DE INST. AC VOT. MONAST.

- Mat. 19.** tus est. Paupertatem & rerum abdicationem consiliatus
ni, dum ait. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia que
bes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo.
ueni, sequere me. Hæc fecerunt & Apostoli ex elemo
uictitantes. Nam Iudas quæ mittebantur, portabat in la
Ioan. 12. lis. Et Lucas ait, q̄ erant quædam mulieres quæ mit
Luc. 8. bāt ei. s. Christo cum discipulis, de facultatibus suis. Et
Mat. 19. stolorum uice ait Petrus. Ecce nos reliquimus omnia & se
cuti sumus te: qd ergo erit nobis? Iesus autem ait illis, et
dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regenera
tione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedetis
et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus
israhel. Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut so
res, aut patrem, aut matrē, aut uxorem, aut filios, aut agna
propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam
possidebit. Lucas uerò sic habet. Non est qui reliquerit
domum, parentes, &c. & non recipiat multo pluram hoc
tempore, & in futuro sæculo uitam æternam. Quod inter
pretatus Chrys. in expositione altera super Matth. sic ait.
Mat. 19. Secundum sanam doctrinam, ita nobis conuenit intelligi
quod dicit centuplum accipiet: non ut ipsam rem quam
mittit, centuplā accipiat. Nec. n. possibile est, quod pater
aut matrem relinquens, ceterum patres, aut matres recipiat.
Sed ita. Tantam gloriam, tantam gratiam, tā mirificam be
titudinem consequetur, ut centuplum ualeat illi, quam reli
quit, quam dimisit.

Hanc autem rerum abdicationem non præcepit, sed
suluit Christus, quam amplexati sunt Apostoli, & discipuli
primitiui. Neophytorum autē ad fidem conuersorum, quæ
dam sua sibi seruabāt, quibus satis erat conari seruare man

data: cōsiliū uerò parū aut nullam habere rationem.
 Alij autē suis fortuitis diuenditis, pretia eorum ad pedes
 Apostolorum posuerunt: diuidebaturq; singulis prout opus
 erat. Nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum es-
 se dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. Neq; n. quisquam
 egens erat inter illos. Ananias autē & Zaphira, uolue- **Actu. 4.**
 runt annumerari inter illos. Verū quia mentiti sunt spi-
 ritui sancto, partem pretij sibi seruantes: ad uocem Petri
 corruentes, expirauerunt. Licuisset quidem nedum partem,
 sed & totam substantiam sibi seruare, nisi his annumerari
 uoluissent. Quod uel ex hoc accipe, quod Petrus ait. Ma- **Actu. 5.**
 nens tibi manebat, uidelicet si non uoluisses tibi abdicare.
 Liqueat ergo quomodo Apostoli, & quidam primitiui disci-
 puli in communi uictitabant sine proprio. **Artic. 2.**

Si in paupertate quidem uictitent exēplo Chri- **RHET.**
 sti, non reprehendo: sed eam quam dicunt religio-
 forum paupertatem, qui cū nihil dicāt se habere,
 re, uel oīa possident, uel turpi mendicitatis quæ-
 stu uictum quæritant.

Dixerunt aliquando **Vualden** sacerdotes pauperes esse **THEO.**
 debere & de eleemosynis uiuere. **Ioā.** quoque **Vuicleff** ait,
 contra scripturam esse ecclesiasticam quod uiri ecclesiastici
 habeant possessiones. Et quod fratres debent sibi uictū quæ-
 rere per labores manuum suarum, & non per mendicitate-
 tem. Alius autē quidā **Desiderius Longobardus** tempore
Alexandri. 4. sensit paupertatem non solum esse inutilem,
 sed et noxiam. Paupertatem autē fratrum mendicantium
 infectatus est et **Guillelmus de sancto amore**, etiam omnem
 actualem paupertatem damnans. Alij nefas putant omnia
 simul relinquere: contra quos est illud **Hieron. par. 3. epist.**

DE INSTIT. AC VOT. MONAST.

41. ca. 19. in regula monachorum. Quod asseris eos
facere qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possi-
num pauperibus diuidāt, quā illos qui possessionibus
ditis, semel omnia largiantur, non à me, sed à domino
deatur esse. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia que
bes, &c. Dicit et Tertul. in definitionibus ecclesiasticorum
dogmatum cap. 71. Bonum est facultates cum dispensatione
pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi
minum in simul donare, & absolutum solitudine cū
sto egere. Religiosorum paupertas conformis est uitae
sti, & apostolorum, qui habebant omnia cōmunia: ut
habitu est arti. precedenti. Et omnia quodāmodo ha-
uidetur, qui suis contentus est, quū nullius eget: ut de
mitiuis discipulis dictum est ibidem. Nec turpi (ut ais) quā
stu, sed humili alij sibi uictum parant: licet eis iure debet
Nam dominus ordinauit his qui euangelium annuntiā
euangelio uiuere.

Vides itaque quā eximijs, quā diuinis rebus immu-
tur religio, cœlesti, & non humano tantū consilio intro-
cta. Si quæ uerò his substantialibus addita sunt, non reli-
istorum obseruantiam conducunt, quæq; ut sepe uineas, &
consita hortos muniunt, ne diripiatur possessio: Ita mun-
ra illa obsepiunt religionis fundamenta. Quæ etsi ab ho-
nibus excogitata sint, multa tamen ratione, & diuino
tu suggerente, sunt constituta, quamobrem diligenter
perficienda, & non contemnenda. Artic. 3.

RHET.

Novitius est monachismus iste, non à prima
uis obseruatus.

THEO.

Probauimus apostolos & quosdam primæuos discipu-
los in obedientia, & castitate, sine proprio uictu asse-

giorum more. Quid autem alij de primæuo illo Monachismo dixerint, non pigeat audire, inquit enim Dionys. 6. ca. par. 2. eccl. hierar. Quos sancti præcessores nostri Therapeutas. i. cultores, à sincero Dei famulatu atque cultu appellarunt, nos Monachos uocamus ab indiuidua & singulari uita, qui post abrenunciationem secularium & mundanorum, exposito illis statu excellentissimæ uitæ, postquam promiserant eū consummandum, consignati signo crucis, crinibus detonsi, exutiq; priori ueste, & alia induti à sacerdote benedicebantur, et ad deificam cōmunionem uocabantur. Dicit quoque Hierony. lib. 2. ca. 39. contra Iouinia. Diuum Marcum in eremo Aegypti instituisse Monachos, quibus aqua potus, panis cum sale et hyssopo cibus fuerat. Narra-
 rat etiam Euseb. in hist. eccle. lib. 2. cap. 17. de discipulis primæuis, quod renunciabant cunctis facultatibus suis, & bonis suis cedebant. Tum deinde, quod omnes etiam uitæ solitudines procul abijciebant, & extra urbem egressi hortulis uel exiguis quibusque agellis degebant, refugientes imparis propositi consortia, & uitæ dissimilis contubernia. Porro Iosephus, secunda Iudaicæ captiuitatis hist. & li. 18. antiquitatum, tria describit genera Iudæorū, Phariseorum, Saduceorum, & Essenorum, quorum nouissimos miris effert laudibus, quod ab uxoribus & carnibus semper abstineant, & quotidianum ieiunium uerterint in naturam. Habetur etiam in actis apostolorum, quod erant in Hierusalem habitantes uiri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Quod quidem uerbum religiosi, exprimitur ad denotandum discrimen ab alijs: licet omnes religione Mosaicæ legis tenerentur. Constat ex his Monachismum rem non esse nouitiā: sed tam noua, quam ueteri lege, imò ipsius Saluatoris do-

DE INST. AC VOT. MONAST.

Strina pariter comprobata, atq; à temporibus apostolorum roborata, adaucta, & excultam fuisse. Dicitur Philo Pythagoricus, de quibusdam hebræis christianis habet historia tripartita lib. 1. cap. 11. eos cedere omnibus competentibus rebus, cunctisque abrenūciare perennibus, & extra muros in solitarijs agris & hortis habitare: domos autem eis esse sacraria, quæ apud nos monasteria nuncupantur. Et in eis conuersatione solitaria, honorare mysteria, diligentérque psalmis & hymnis placere diuinitatem, & ante solis occasum, non gustare cibum, alios autem per tres dies et amplius, certis diebus uimento habere cubilia, uino semper & sanguinem bibere, abstinere, cibum eum esse, panis & salis, & hyemalis & potum aquæ. Articulus. 4.

RHET. Non uerentur aliqui religionis professione æquiparare baptismo.

TEHO. Non uideatur tibi magni id esse criminis: Est enim quædam spiritalis regeneratio. In baptismo quidem renūciatur Satane, & omnibus pompis eius, & nouus superinduitur homo, qui secundum deum creatus est in ueritate sanctitatis ueritatis. Consepulti, inquit apostolus, sumus Christo, per baptismum in mortem, ut quomodo ille surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate ambulemus. In professione uerò monastica, etiam quædam in seculo uti licuisset, renūciatur. Et animam, corpus, corporalemque substantiam dedicat deo proficiens, offerens in holocaustum illa domino: quare merito poterit baptismo comparari, quauis non omnino æquiparari debeat. Articulus. 5.

Roma. 6. in seculo uti licuisset, renūciatur. Et animam, corpus, corporalemque substantiam dedicat deo proficiens, offerens in holocaustum illa domino: quare merito poterit baptismo comparari, quauis non omnino æquiparari debeat. Articulus. 5.

RHET. Tempore Hieronymi libera erant collegia, postea corrupta disciplina, uota addita sunt, ut

quam excogitato carcere, disciplina restitueretur. Monachiq; institutum tempore Hieronymi, longè diuersum erat ab hoc quod hodie uidemus cæ remonns obstrictum. Manebat integra potestas migrandi demigrandiq; quò uellent: ad studium, ieiunia, psalmos, & uigilias non cogebantur hominum constitutiunculis. Vestitus, non præscriptus, sed suo cuique arbitrio simplex erat, nō qui prodigiosa nouitate faceret insignem, uotorū nulla uíncula, &c.

Miror unde Erasmus hæc sibi persuaferit. Agit autem THEO. ut quemlibet minus cordatum ab illo uitæ genere suscipiendo deterreat. Damnat. n. unusquisq; studium quod deseruit. Et ne ipse accusetur, omnes condemnat qui illud prosequuntur. Esto, fuerint tempore Hiero. quædam collegia libera, sunt & modò. Vota superaddidit non prælatorum solertia, ut disciplina restitueretur: sed uouentium feruens deuotio, quæ animi lubricam inconstantiam uoluit firmare in bono: nec non domino, non tam rem ipsam, quàm dādi arbitrium holocaustū offerre. Nēue columbarium patens fieret monasteriū. Quæ uerò de instituto monastico tempore Hieronymi affers, ex ipsius Hieronymi testimonio repellam. Ait quippe ad Rusticum monachum par. 3. episto. 39.

Ad illud tendit nostra oratio, ut doceam te, non tuo arbitrio dimittēdū, sed uiuere debere in monasterio sub unius disciplina patris, consortioq; multorum, ubi ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam: hic te silentium: ille doceat mansuetudinem. Non facias quod uis: comedas quod iubeas: habeas quantum acceperis: operis tui pensa persoluas: subijciaris cui non uis, lassus ad stratum uenias: & necdum

DE INSTI. AC VOT. MONAST.

expleto somno surgere compellaris, dicas psalmum in ore tuo: seruias fratribus tuis, & hospitum pedes laues. Si quis iniuriam taceas: praepositum monasterij timeas, ut in domino, diligas ut parentem. Credas tibi salutare, quicquid praeceperit. Nec de maioris sententia iudices, cuius est obedire & implere quae iussa sunt. Idem quoque Hieronymus ad Eustachium, de uirginitate seruanda. par. 3. c. 26. sic ait. Tria sunt in Aegypto genera Monachorum.

Primum Coenobitae qui in comune uiuunt: Secundum Anachoretae qui soli habitant per desertum. Tertium quod Remoboth dicunt. Hi bini uel terni, nec multi res habitant. De coenobitis uero sic prosequitur. Prima est eos confederatio est obedire maioribus, & quicquid iusserint, facere. Diuisi sunt per decurias, atque centurias: in nouem hominibus decimus praesit. Et rursus decem praesitos sub se centesimus habeat. Manent separati sanctis uoluntatibus usque ad horam nonam, ut institutum est. Nemo pergit ad alium, exceptis his decanis quos diximus, ut si cogitationibus quis fluctuat, illius consolidetur alloquijs. Post horam nonam in comune concurritur: psalmi resonant: scripturae recitantur ex more. Et completis orationibus cunctis confidentibus, medius quem patrem uocant, incipit discipulis. Quo loquente, tantum silentium fit, ut nemo alium respicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu est tantum. Tacite uoluuntur per ora lachrymae. Et ne in singulis quidem erumpit dolor. Cum uero de regno Christi, & gloria beatitudine, & gloria coeperit annunciare uentura, deas cunctos moderato suspirio, & oculis ad coelum leuatis, intra se dicere. Quis dabit nobis penas sicut colubae, uolabo & requiescam. Post haec concilium soluitur, & quaeque

quæ decuria cū suo parēte pergit ad mēsam. Quibus per singulas hebdomadas uicissim ministrat. Nullus in cibo strepitus est. Nemo comedēs loquitur. Viuitur pane, leguminibus, et oleribus, quæ sale solo cōdiuntur. Vinum tantū senes accipiunt, quibus cū paruulis sæpe fit prādium, ut illorū fessa sustēteretur ætas, aliorū nō frangatur incipiēs. Dehinc cōsurgunt pariter, et hymno dicto, ad præsepia redeūt: ibi usq; ad uesperā cū suis unusq; loquitur, et dicit. Vidistis illū, et illum, quāta in ipso sit gratia, quātum silentiū, q̄ moderatus īcessus? Si infirmū uiderint, cōsolantur. Si in Dei amore feruentē, cohortantur ad studiū. Et q̄ nocte extra orationes publicas in suo cubili unusquisq; uigilat, circūeunt cellulas singulorū, et ante apposita quid faciāt, diligenter explorāt. Quē tardiores deprehenderint, nō increpant: sed dissimulato qd' norunt eū sæpius uisitant, et prius incipientes prouocāt magis orare, q̄ cogunt. Opus diei statutū est, qd' decano redditū fertur ad œconomū, qui et ipse per singulos mēses patri oīum cum magno tremore reddit rōnē. A quo et, cibi cum facti fuerint, degustantur. Et quia nō licet dicere cuiquā, tunicā et sagum, textaq; iuncis strata nō habeo: Ita ille uniuerſa moderatur, ut nemo qd' postulet, habeat. Si uerō quis cœperit egrotare, trāsferitur ad exedram latiore, et tanto senum ministerio cōſouetur, ut nec delitias urbium, nec matris q̄rat affectū. Dñicis diebus, orationi, tantū, et lectionibus uacant: qd' quidē et omni tpe cōpletis opusculis faciunt. Quotidie aliqd de scripturis dicitur. Ieiuniū totius anni æquale est, excepta quadragesima. in qua sola conceditur strictius uiuere. A Pentecoste coenae mutantur in prandia: quō et traditioni ecclesiasticæ satisfiat, et uentrem cibo non onerent duplicato.

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

Simile refert Aug. lib. 1. de mori. eccl. c. 31. de monachis in oriente, & in Aegypto, dicens. Quis non illos miretur, qui contemptis atque desertis mundi huius illecebris ad communem uitam castissimam, sanctissimamque congregati, sine aetate agunt, uiuentes in orationibus, & lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla pertinacia turbulenti, nulla inuidia liuidi: sed modesti, uerecundi, pacati, concordissimam uitam, & intetissimam in Deum gratissimam munus ipsi offerunt: a quo ista posse meruerunt. Nemo quicquam possidet proprium: nemo cuiquam onerosus est. Operantur in rebus ea quibus & corpus pasci possit. Opus autem suum faciunt eis, quos decanos uocant. Conueniunt autem diei tempore, de suis quisque habitaculis, dum adhuc ieiuni sunt, ad faciendum suum patrem. Et conueniunt ad singulos patres (qui non solum sanctissimis moribus, sed et diuina doctrina excellentissimi sunt) terna ut minimum hominum milia. Nam et multo numerosiores sub uno agunt. Audiunt autem incredibili facundia, summo silentio affectiones animarum suorum, put eos populi differentis oratio, uel gemitu, uel fletu, sed modesto, & clamore uacuo, gaudium signantes. Corpus deinde reficiunt, quantum saluti & salubritati sat est, coercete unoquoque concupiscentiam, ne se profundat, uel in ea ipsa quae praesto sunt, periscentiam, & uilissimam. Ita non solum a carnibus, & uino abstinere, pro sufficientia domandarum libidinum: sed ab his et quae multo concitatus uentris, et gutturis prouocant appetitum, quasi mundiora nonnullis uidetur, quo nomine solet turpe desiderium exquisitorum ciborum, quod a carnibus alienum est, reuocare, turpiterque defendi. Sane quicquid necessario uictui redigatur, (nam redundat plurimum, ex operibus manuum, et epularum restrictione) tanta cura egentibus distribuitur, quantum

nō ab ipsis qui distribunt operatū est. Sed et de monacharū cōiūctū sic habet ibidem Aug. Hęc est ēt uita foeminarum Deo sollicitē, castēq; seruientiū, quę habitaculis segregatę, ac remotę, à uiris quā lōgissimē decet. Pia tantū illis charitate iunguntur, & imitatione uirtutis: ad quas iuuenū nūllus accessus est. Neq; ipsorū quāuis grauiſsimorū, et probatiſsimorū senum, nisi usq; ad uestibulum, necessaria prębendi quibus indigent gratia. Lanificio nanq; corpus exercēt, atq; sustēant. Vestes quoq; ipsas fratribus tradūt, ab his in uicē qd' uictū opus est resumentes. Quid uerō Chrys. aduersus uituperatores uitę monasticę iter cętera scripserit, nō pigeat audire. Nullus, īquit, ibi. s. in monasterio, paupertē exprobat: nullus diuitijs honestior est. Vnde id qd' oīa peruertit meum, & tuum, penitus eliminatum, cuncta illis cōmunia, mensę, domus, indumentum, & omnia: ueluti & quadam libra & regula cuncta diligentissimē sunt ordinata, nulla inæqualitas, ordo summus. Pręscripsit & Basilius magnus monachorum regulam, contemporaneus Gregorij Nazianzeni, cuius ipse Hieron. fuit auditor.

Liquet ex his monachorū instituta priorum, nō discrepare à nostrorum monachorum institutis, licet pro loco & tpe, ac fine, in quibusdam uariata, & moderata sint. Si uerō monachorum nostrorū uita cū suis institutis cōueniat, ipsi uiderint. Verū hoc tpe, nō tā culpandi sunt monachi, deplangendę uitę, quā ipsorum parentes, qui cūm exoneri cupiunt à filiorum turba, quærunt non ubi sanctius, sed ubi delitiosius uiuitur.

Articulus 6.

Hęc qdē seruari nō redarguo: sed ad ea astringo RHET. giuoto, dico scripturę nō esse cōsentaneū: Nam coacta seruitia nō placēt Deo: sed hilarem datorē

DE INSTIT. AC VO. MONA.

2. cor. 9

2. cor. 7

Sapient. 8

THEO.

Luc. 9

gene. 19

diligit Deus. Præterea Paulus dat facultatē nubendi ei q̄ cōtinere nō ualer: siue ei qui hoc donū singulare nō habet, cū dicat sapiens: Sciui quē aliter continens esse non possum, nisi Deus do-

Hanc uocē à Lāperianis mutuasti, qui uolūt oīa uota li, quos imitatus est & Vuicleff, dicens religiosos uiuere in religionibus priuatis, nō esse de religione christiana. C. n. dicat Psalmista. Volūtariē sacrificabo tibi, uolūt bi nō ex necessitate, sed liberē fieri. Quamobrē ait & Lāperianus uota hodie nō ualere, nisi ad iactantiam. Qui uerō sicut Apost. appellabant, dixerunt perfectius esse uiuere p̄to, q̄ cum uoto. Cēsēs aut tu uitam religiosam rem p̄to esse, & utilem: uotum aut cum præfatis dissuades: quia eo resilire nō licet. Quæro cū uotum firmet q̄ rectum est, quid habet unde dānetur? Ait Saluator. Nemo mittens num ad aratrū, et aspiciēs retrō, aptus est regno Dei. Q. & uxoris Loth exēplo roboratur, quæ retrō aspiciens statuam salis cōuersa est. Vbi glo. interline. Ad cōdām fideliū, p̄na impij eruditio iusti. Et Isid. Vxor, eorum g. nus figurat, qui gratia uocati retrō aspiciunt, & ad ea quæ reliq̄rant, redire cōtendunt. Ne itaq; uolubile & incōstans hoīs liberum arbitriū à cōcupiscentia illectum à bono cōcepto, seu inchoato se retrahat, qui toto affectu p̄cedere dicare cupiunt, uota addunt: rem pariter ac firmationem Deo offerētes. Nec uotum tollit libertatē operis: sed angustia uoluntariē & spōtaneē rē offert, & illam spōtaneē uoto firmat. Si dicas, resilire non pōt à iam promisso. Deus resilire pōt à bono, num ea p̄p nō liberē agit? Quia itaq; uoto soluitur, aut agitur, liberū est: quia spōtaneū suo principio, quia liberē nō coactē uouit, ac illam spōtaneē

neam operationē liberē uoto firmavit. Felix est aut neceſſi-
tas quæ ad meliora cōpellit: ut dicit Aug. in epist. ad Armē-
tarium e: Paulinā. Facit præterea uotū eū actū, qui uoto fir-
matur, eſſe latriæ, q̄ eſt præcipua uirtutū moraliū. Reddit ē
arborē cum fructibus: ut habet Anſel. in li. de ſimilitu. Quā-
obrem ait Aug. in epist. præſata. Nō te uouiſſe poeniteat: imō
gaude iam tibi ſic nō licere, qd' cū detrimento tuolicuiſſet.
Si nullū accreſceret meritū per uotum, ipſum non cōſuleret
Regius propheta, dicēs, Vouete et reddite dño deo uestro. Pſalmus
Quā acceptū habeat Deus uotū, docet dicēs: Siq̄s uotū uo- Nume. 3
uerit dño, aut iuramento ſe cōſtrinxerit, non faciet irritam
uerbū ſuum: ſed omne qd' promiſit implebit. Diffuſius hoc
ipſum declaratur de ſingularū rerum uotis, Leuit. 27. Quā Eccle. 65
obrem ait Salo. Siqd' uouiſti Deo, ne moreris reddere. Di-
ſplicit ei infidelis, & ſtulta promiſſio. Sed quodcūq; uoue-
ris, redde. Multoq; melius eſt non uouere quā poſt uo-
tum promiſſa non reddere.

Articulus 7.

Rem temporalem Deo deuotam inueuio: nō RHET.
autem cœlibatum, aut uirginitatem.

Si de re minori, tpali. ſ. uotū dño ſacere cōgruit: quare THEO.
nō de re potiori. ſ. aīa, per obediētiā, aut de corpore per ca-
ſtitatē? Miror quō nō memineris Nazareos domino conſe-
cratos fuiſſe, ut Samuelē, Sampſonem, & alios. Art. 8.

Hos noui domino deuotos & conſecratos: RHET.
non autem ut cœlibem uitam ducerent.

Beata uirgo Maria nōne ad cœlibatū ſe aſtrinxiffe ti- THEO.
bi uidetur, cū ait angelo. Quō fiet iſtud, quoniam uirū non
cognoſco: Hoc. n. interpretatus Aug. in lib. de ſancta uirgi.
ſeruan. ca. 4. ſic ait. Proſectō hoc nō diceret, niſi ſe uirginē
Deo antē uouiſſet. Cuius ſnīæ ſunt et Greg. Niſenus, et Be-

da: quemadmodum eos citat beatus Tho. in cathena
super eodē loco. Nō aut̄ obstare potuit cōceptui, aut p̄
iuuenilis uirginis natura: sed uirginitas p̄cōcepta se-
da, quā tñ diuino arbitrio cōmisit, ne uideretur agere cō-
legē. Vbi maledicta reputabatur sterilis. Nō ergo miran-
deatur cuipiam, si huius Deiparæ uirginis exēplo, cōp-
uigini se aliqui ad cœlibatum uoto astringant, cū et noui-
mus filiā Iepte, ex uoto patris uirginē obisse. Virginitas
quoq; Vestalibus nubere non licuit. Dicit proinde Paulus.
Adolescētiōres uiduas deuota. Cū. n. luxuriatæ fuerint
christo nubere uolunt, hñtes damnationē: quia primam
irritam fecerūt. Quō aut̄ primam fidē irritam fecissent,
quam damnationē incurrerent: nisi uoto se astrinxissent ca-
stitatis, dum assumerentur alendæ ab ecclesia? Siquidem in
liberæ cōtinentiæ seruandæ propositū citra uoti obligatio-
nem habuissent: ab illo recedentes, damnabiliter non pec-
casset, cū id in eorum arbitrio liberum esset. Non enim
tam fidem facit, qui non dedit. Articulus 9.

RHET.

Paulus eas uiduas dānat, non quia nubebant
quia ē publico alitæ lasciuebant fidem q̄ abieci-
bant. Et hoc uocat Paulus primam fidem, nō
tum castitatis: sed christianismi transgressionem.

THEO.

Quis patrū hoc tecum senserit, adducere oportuit
rūm cū nō haberes, nō citasti quēquam qui tecum textum
Pauli deprauaret. Secundū Ambro. Chrys. & Theoph.
aliorū interpretationes, uiduæ de cōmuni stipe alitæ, uoti
castitatis emiserunt: quam fidē q̄dam irritam fecerunt nubē-
tes, et damnationē secum hñtes: ut et habes infr. art. 11. Vbi
itaq; uiduæ ab ecclesia alendæ, castitatē professæ sunt, abse-
num nō uidetur, si uirgines spōsas se offerentes Christo

ipsa uirginitatem uoueant: hoc quoque apost. tpe factum legimus. Nam Ephigeniam uirginem regis Aethiopiae filiam, apost. Matt. post susceptum baptisma, sancti uelaminis inpositione Deo consecrauit. Et s. Martialis dñi discipulus beatam Valeriam uirginē sacro uelo apud Lemouicas dicitur consecrasse. Beatus quoque Amb. de instit. uirginis. c. 17. Virgines, inquit, cū se Deo dicabant publice à sacerdote ipsas uelante consecrabantur bñdictione, certisq; uerbis ritè prolati ab eo uniuersoq; populo teste, rñdente, et acclamante, Amen. Idem ipse ad uirginem lapsam. ca. 5. sic inquit. Non es memorata diei sanctae resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti uelandam. In tanto itaq; solēni cōuentu ecclesiae Dei, inter limina illa splendida, inter candidatos regni coelestis, quasi regina regi nuptura processeras. Nō es memorata qualis allocutio facta est illa die ad te. Aspice filia, & intueri, & obliuiscere populū tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorē tuum: quia ipse est dñs Deus tuus. Aspice ergo quantus ad spōsi tui & dñi nuptias cōuenit populus. Seruare te oportuit fidē, quam sub tantis testibus pollicita es. Semper cogitare cui uirginitatem spopōderis. Facilius te oportuit sanguinē cum spiritu fundere, quā perdere castitatē tuam. His tunc illo die cōsecrationis tuae, dictis & multis supra castitatē tuam praconijs, sacro uelamine testata es. Vbi oīs populus dotē tuam subscribens, non atramēto: sed spiritu pariter clamauit, Amen. Nam si inter decē testes confectis sponsalijs, nuptiis cōsummatis, quae uis uiro femina cōiuncta mortali, nō sine magno periculo perpetrat adulteriū: Quid putes fore, si inter innumerabiles testes ecclesiae, corā angelis, exercitibus coeli, facta copula spiritalis, p̄ adulteriū soluitur? Nescio an possit ei digna mors,

DE INSTIT. AC VO. MONA.

aut poena cogitari. Cui adstipulatur et illud Tertul. *Ant.*
 uetustioris in lib. de uirgini. uelandis. Nupsisti Christo
 tradidisti carnē tuam, illi spōsasti maturitatē tuam: *Ant.*
 secundū spōsi tui uoluntatē. Christus est qui alienas spō
 & maritatas iubet uelari: multò magis suas.

His cōsonant & cōciliorum decreta. Dicitur namq[ue]
 cōcilio Carthag. 4. ca. ult. Viduæ quæ se Deo deuouerunt
 ueste laicali abiectā, si ad nuptias trāsierint, secundū Apo
 stoli uocē damnationē habebunt: quoniā fidē castitatis
 dñō uouerunt, irritam fecerunt: Dicitur et in concilio
 leta. 4. ca. 55. Duo sunt genera uiduarū, seculares, &
 Etimoniales. Seculares uiduæ sunt quæ adhuc dispon
 nubere, habitū laicalē nō deposuerunt. Sanctimoniales
 quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu, in co
 spectu sacerdotis, et ecclesiæ apparuerūt. Hæ si ad nuptias
 trāsierint, iuxta Apostolū, nō sine damnatione erunt. Sūt
 & alia cōcilia quæ docēt nuptias his damnandas, qui se
 se dñō deuouerunt: utputā cōcilium Valenti. cap. 2. suorum
 decretorum: cōcilium Auracē. ca. 27. & 28. Cōcilium
 relianen. cap. 17. & concilium Elibertinum. cap. 13.

Cū igitur mulieres religiose uirginitatē uouerint
 spiciū est uiros religiosos idē fecisse: eos præcipuē
 sus se Deo Dedicabant ad illud uitæ genus perpetuo obse
 uandū. Hoc sentit Aug. super psal. 75. tractans hæc uerba.
 Quia primam fidē irritā fecit. Nemo, inquit, frater in mo
 nasterio positus dicat: recedo: cū nō soli qui sunt in mona
 sterio sint peruenturi ad regnum cœlorū: & illi qui ibi non
 sunt ad Deum nō pertineant. Rñdetur ei: Sed illi nō uouerunt.
 Tu uouisti, tu retrò aspexisti. Meminisseq[ue] debes uer
 ris Loth quæ liberata à Sodomitis, & in uia posita, retrò

sum aspexit, ubi respexit, ibiq; remansit.

Videsne morē uota suscipiendi in monasterijs fuisse usi-
tatum usq; ad tpa Augu. à tpe Apostolorū: ut habes suprā
art. 3. huius ex Dionysio. Non erant itaq; eo tpe collegia li-
bera omnia: nec infrior sodalitates aliquas, etiam mona-
chorum fuisse, & esse, quæ in maxima uitæ probitate, &
sanctitate, sine uoto militarunt, & militant. Arti. 10.

Seruitia coacta nō placent Deo: hilarem uero R H E T.
datorem diligit Deus. 2. cor. 9

Absit ut coacta hæc dicantur seruitia, quia uoto firman-
tur. Constat nēpe uouentē maiore quodam animi conatu,
& propensiore uolūtate præstitisse, quā qui rem nudā de-
derit. Nam rei firmum aīum nō imutandum addidit: quā-
obrem bis dedisse existimatur. Dat & hilariter secundum 1. Para. 29
illud. Letatus est populus ualde, cum uota sua sponte pro-
mitterent. Narrat quoq; Hiero. ad Marcellum de laudibus
Asellæ. 3. par. epist. 21. q. solitudine putaret delitias. Nihil
illi seueritate iucundius: nihil suauitate tristius: nihil tristi-
tia illi suauius. Et siqñ sensus obnuitur, manet adhuc uirtu-
te primi animi prompta uoluntas, quā Deus non obliuiscēs
acceptat: ut est uidere arti. 6.

Articulus 11. 1. cor. 7

Dat facultatem nubendi Paulus ei, qui se con- R H E T.
tinere nequit.

Audi quid tibi rñdeat Ambro. ad uirginem lapsam scri THE O.
bens. ca. 5. Dicit aliquis. Melius est nubere, quā uri. Hoc
dictum ad nō pollicitam pertinet, ad nōdum uelatam. Cæ-
terum quæ sponte se spopōdit Christo, & sanctū uelamen
accepit, iam nupsit: iam īmortali coniuncta est uiro. Etiam
si uoluerit nubere cōmuni lege cōiugij, adulteriū ppetrat,
ancilla mortis efficitur. Si hoc ita est, qd de illa dicendū est,

DE INSTIT. AC VOT. MONAST.

que occulta & furtiua turpitudine cōstupratur, et fūge
esse qd' nō est? Habitu uirgo, facto nō uirgo: bis adu-
& in actu & in aspectu. Dicit quoq; Aug. in psal. 78.
lus dixit: Adolescētulas uiduas nubere, si uelint. Sed in
quodam loco: Beatior erit, si sic pmanserit: nō tñ dāna-
dam, si nubere uoluerit. Quid aut ait de quibusdā que
uerunt, & nō reddiderunt? Habētes (inquit) dānationē, quā
primam fidē irritam fecerunt. Quid est, primā fidem ir-
tam fecerunt? Vouerunt, et nō reddiderunt. Idem Augu-
sus in psal. 83. Quid rursus cōuerteris ad uomitum tuum?
Si canis hoc faciēs horret oculis tuis, tu qd eris oculis
Vnusquisq; .n. fratres charissimi de loco itineris sui, alibi
proficiendo puenit, & quē uouit Deo, inde respicit re-
trō, cum ipsum dimiserit. Verbi gratia: Statuit castitatē cō-
lem seruare: inde .n. incipit iustitia, recessit à fornicatione
bus, & ab illa illicita imunditia, qñ se ad fornicationes cō-
uerterit, retrō respexit. Alius ex munere Dei maius aliquid
uouit, statuit nec nuptias pati, qui non dānaretur si duxisset
uxorē. Post uotum qd Deo promisit, si duxerit, dānabitur
cum hoc faciat qd ille qui nō promiserat, tñ ille nō dāna-
tur, iste dānatur. Quare? Nisi quia iste respexit retrō, licet
ille antē erat: iste aut illuc nō dum puenerat. Sic uirgo
si nuberet: nō peccaret: sanctimonialis si nupsit, Christiana
adultera reputabitur. Respexit .n. retrō de loco quō accessit
rat. Præterea si homini promissum præter eius cōsensum in-
ritare nō licet: quis tuta cōscientia qd Deo uouit, transgre-
di præsumet? Ruina hoīs (ait rex Salomon) est denotare salu-
Proue. 20 etos, & post uota retractare. Ait quoq; Aug. in ser. 60. ad
fratres in eremo, Ego quidē sum monachus, qui desui esse
secularis, & factus sum monachus: aut monachus saluor,

aut aliter nō saluor, nō est aliud medium. Si uoluerō dimittere uitam monachi, & sequi secularē, nō habebit me dñs quasi secularē, sed quasi prauaricatorem. Arti. 12.

Vouere continentia præsumptuosum est. Cū RHET. enim donum Dei sit, ut ait Sapiēs, in nostra non Sapien. 8. est situm potestate seruare castitatem.

Hoc tuo Elencho uanū probares uotum qđ in baptismo THEO. emisimus, sup̄uacanea foret fides, quā sibi mutuō spondent cōiuges. Oīa quoq; inania essent pacta humana, cū sine Dei adiutorio seruari, aut impleri nequeāt. Itaq; ista promittimus, scientes Dei adiutorium nobis non defuturū, ueritate dicēte. Petite et accipietis. Et Paulo attestante, qui ait. Oīa Ioan. 16 possum in eo qui me cōfortat Deus: modō tñ fecerimus qđ Philip. 4 nostrum est. Quidam Deo impingūt, si donū ipsum nō habeant cōtinentiæ, diuinā bonitatē calūniantes. Qui ideo donum ipsum nō hnt: quia ut habeant operā nō impendunt, orationibus, uigilijs, ieiunijs, aut abstinentijs nō uacantes, & cōfortijs puellarum se nō cohibētes. De quibus ait Hiero. cōtra Iouin. lib. 2. ca. 37. epist. 6. par. 1. Siquis existimat, & abundantia ciborum, potionumq; semp̄ frui, & carnis lubricum nō sentire, hoc est, uersari in delitijs, & deliciarum uitijs nō teneri, seipsum decipit. Cū. n. procul ab his remoti, sepe capiamur naturæ illecebris, et cogamur ea cupere, quorum copiam nō habemus: quātomagis si circumdati rebus uoluptatum, esse nos liberos arbitremur? Sensus nostrer illud cogitat qđ uidet, audit, gustat, attrectat, et ad eius rei trahitur appetitū, cuius capitur uoluptate. Vetus quoq; sn̄a est. Difficile est, imō impossibile, delitijs & uoluptatibus affluentes nō ea cogitare quæ gerimus. Meminisse oportet Paulū à stimulo carnis ab angelo Sathanae colaphizatū,

DE INSTI. AC VOT. MONAST.

quem oratione & uigilantia: etsi non abegit, uicit tñ. itaq; Deus incusandus est, quasi donū cōtinētiæ nō dare paratus est idoneo) sed nostra negligētia arguenda nit, quæ nō agit qđ debuit, ut Deus daret. Casti nō sū, nō quia nō possumus, sed quia nō uolumus, ait Aug. pecca. remis. ca. 17. Vide suprā, tit. 12. arti. 3. Ari.

RHET.

Cur sic effers cōtinētiæ uotū, atq; ad ipsum uocas, qđ q̄ paucissimi obseruāt? Vbi sacerdotes ueri cōelibes: Vbi monachi, q̄ sua p̄stāt uotā? planē id iudicamus qđ Cypri. epist. 11. uirginē cōcedit, dicēs. Quē se xp̄o dedicauerunt, si p̄b & castē p̄seuerent, p̄miū uirginitatis expectent, aut p̄seuerare nolūt, aut nō possunt, melius nubant, q̄ in ignem delictis suis cadant.

THEO.

Si clauū clauo retundere licet: Vbi sunt (oro) reges publica debito officio administrātes? Vbi populi nō sua moda q̄rentes? Vbi principes in tyrānos nō degenerantes? Vbi iudices sine p̄sonarū acceptione iustē iudicantes, et in muneribus? Vbi mercatores fuco mercē nō adulterantes?

Psalmus

Vbi operarij fidi: Vbi cōiugati castum & imaculatū forum seruātes? Oēs declinauerūt: simul inutiles facti sunt: est qui faciat bonū usq; ad unū. Statum autē & cōditionem

3. reg. 19

hōiū calumniatur nemo, sed p̄sonæ delictum reprehenditur à nobis. Verū hoc tibi cogita dictum calūnianti, qđ ille zelanti dictum est per dñm. Reliqui mihi septē milia uirorum, qui nō curauerūt genua ante Baal. Iudæ quoq; proditio apostolorū senatum cōmaculare nō potuit. Cypri. proinde, quē citasti, nō illa loquitur de uirginibus sacro uelamine cōsecratis: sed de his quæ in baptismo uirginitatis p̄positū habuerunt. Sic, n. habet. Postulasti ut tibi rescriberem

quid nobis de his uirginibus uideatur, quæ cū semel statum suum cōtinenter & firmiter tenere decreuerunt, detectæ sunt postea ī eodē lecto pariter māsisse cū masculis. Rñdet. Quod si se ex fide Christo dedicauerunt, pudicē & castē, sine ulla fabula pseuerēt: ita fortes & stabiles præmiū uirginitatis expectēt. Si autē pseuerare nolunt, uel nō possunt melius est ut nubant, quā in ignē delictis suis cadāt. Notetur uerba si se ex fide Christo dicauerūt, dicatæ quidem fuerunt ex fide Christo, quando sacrum baptisma acceperunt, Tunc enim liberum eis erat, uel in uirginitate perseuerare, & uirginitatis præmiū expectare, uel nubere. Post uotum uerō uirginitatis in uelaminis susceptione emissum, damnable est illis non solum nubere, sed & uelle nubere: quēadmodū docent authoritates priori articulo citatæ. Art. 14.

Cū sit una religio christiana; uarias adducere RHET, religiones, est Xpi inconsutilem tunicā scindere. Et qd' molestius est, nūc Cucullati se solos religiosos uocant, quasi soli religionis titulo gaudeant.

Ridiculā rem profers. Quis ambigit unā esse ecclesiam THE O, catholicā: et tñ Ioānes plures docuit esse particulares, dum Actu. 14 scripsit septē ecclesiis, q̄ sunt in Asia. Dicitur quoq;: Paulus & Barnabas cōstituerunt per singulas ecclesias presbyteros. Quēadmodū itaq; nō incōuenit in una uniuersali ecclesia plures eē particulares ecclesias, siue in Asia, siue in Africa, siue alibi: ita non incōgruū est sub una religione christiana plures esse particulares religiones, ritibus, uestibus, aut institutis pro uarietate finis, ad quē ordinantur, distinctas. Sic una philosophia existēte, plura inueniuntur philosophorum genera: quorū quidā sunt Pythagorici: alij Academici. Et hi partiti inueniuntur in Stoicos, Platonicos, Peripatē-

DE INST. AC VOT. MONAST.

ticos, aut Epicureos. Oēs tñ censentur philosophi: quod modum in una ciuitate plures sunt familiae. Cumq; religio dicatur à religando: uel à reeligendo: & religiosi plures uotorum uinculis se Christo astrinxerint pluraq; praecaris elegerint, quibus se gratificare conantur Deo: nō esse sonum si pra alijs religiosorum nomen teneant. Art.

RHET.

Arctissimū genus monachorū ponit religionis fastigiū in ceremonijs, in prodigioso uestitu, i cetero numero psalmoz, aut in labore corporali: quae uita laboriosa, Iudaicis plena ē suppositionibus, i pocristi, et falsarū opinionū: et ideo tutē deserit.

THEO.

Miror te uirum prudentem nō uereri ex manifeste calūniā struere. Nō. n. religiosi ponūt religionis fastigium in praefatis: sed in diuino amore, sciētes quia finis praec

1. Timot. 1

est charitas. Oīa. n. pp charitatē, uel assequendā, uel augmētandam faciunt: ad hāc tanq ad scopum oīa dirigunt. Quae cunq; apud eos ordinata, uel instituta sunt, cōducentia sunt ad charitatē, seu diuinum amorem. Separantur namq; à uita & cōmercio seculariū, ut soli Christo uiuant. Corpus ab inētijs macerant, et affligunt, ne delitiae cōcupiscētijs prouocent: lectionibus, orationibus, et psalmis uacāt, ut afflicti excitetur & ferueat. Psalmis & cantu Deū laudant: illud aliquū corpus exercēt, quia semp cōtēplationi uacare, & ueritatem aliquā nō remittere, nō est fragilitatis humanae. Vultum habēt abiectum, qui corpus ab iniurijs coeli ptegit, & uanitate mundi elōgatum, ad inocētiā & humilitatis indicium, nō qui pōpam secularem redoleat. Priscos patres in hoc imitantes. Nam si Baptistae dñi amictum inspexeris, agrestē et horridum uidebis. Si Iacobi fratris dñi cultū attenderis, linea tunica, pedibus nudis, capillosus, barba horrida

dus dicitur incessisse. Si ad Heliae palliū, aut zonā pelliceā:
 si Pauli Thebaidis palmulis cōtextam tunicā. Si ad magnū
 Antonij cucullū, aut diui Martini pullā uestē, aut ad mona-
 chorū Aegypti, et Syriæ rusticana indumēta oculos direxe-
 ris, simplicia ac uilia pariter, & humilia inuenies. Nam cō-
 uenit uestitum ipsum, indicare uite p̄fessionem. Plurimum
 certē decederet eos qui tota uitae ex p̄fesso à cōmuni uul-
 go discrepant, cultu ipso esse similes. Insup̄ cōuenit his quī
 diuersis institutis uiuūt, amictum quoq; & cultum esse ua-
 rium, & distinctū: ut ex illo cognoscatur cui familiae unus-
 quisq; sit ascriptus. Quid horū est superstitiosum, aut hypo-
 crisim sapiēs? quid Iudaicum, ubi est formae christi expressa
 imitatio. Quid falsae opinionis, ubi oīs eliminari cōtēditur
 error? Ceremoniae si quae sunt, his prouocantur, erudiūtur
 & exercitantur qui eas obseruant.

Articulus 16.

Sūt qdā religioni adacti ante pubertatis ānos. RHET.

Vē illis parētibus qui iuitos, ī idoneos, aut sibi iuiſos fi-
 lios, sic ante discretiōis ānos, ad religionē cōpellūt, qui ma-
 gis cupiūt à filiis exonerari, q̄ saluti eorū cōsulere. Art. 17

Certissimū est nō esse licitū uotū quo sentitis
 qui uouet se mereri remissionē p̄ctōrū corā Deo,
 & satisfacere p̄ p̄ctis. Nā hoc est cōtumelia euāge-
 lio: qđ docet nobis gratis donari remissionē pec-
 catorū p̄p̄ Xpm, dicente apostolo. Euacuati estis
 à Xpo qui lege iustificamini, à gratia excidistis. Galat. 5

Iteratis uicibus deductum est primam. s. à p̄ctō iustificatio
 nē gratis sine nostro p̄cedēti merito: non autē sine nostra
 coopatione fieri, tit. 3. ar. 7. tit. 4. art. 15. Secunda uerò iusti-
 ficatio, qua ex iusto fit iustior, nostris fit meritis, quēadmo-
 dū & beatitudinis brauiū nostris meritis datur, scđm illud

DE INST. AC VOT. MONAST.

Roma. 2

Iaco. 2

Iaco. 1

1. cor. 15

RHET.

THEO.

Luc. 7

Hebr. 11

Matt. 19

Apost. Nō auditores legis iusti sunt apud Deum, sed
res legis iustificabuntur. Et Abrahā ex opibus, et nō
de tantū iustificatus est, ut ait Iaco. Idē rursus. Qui
rit in lege pfecte libertatis & pmanerit in ea non
obliuiosius factus, sed factor opis: hic beatus in factis.
Vota autē & opa monastica, nō secus quā alia uirtu-
ra iustificant, aut saluant. Qui itaq; existimaret opera
monastica iustificare, aut saluare per se sine merito
Christi: is blasphemiā irrogaret euangelio et Christo.
uerō asserit opera monastica, quēadmodū & alia uirtu-
opera iustificare et saluare uirtute passionis Christi-
te, neq; Christo, neq; euangelio detrahit. Ait. n. Paul.
quisq; propriā mercedē accipiet scdm suum laborē: Di-
adiutores sumus. Et iterum: Abundantius oībus labora-
nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Arti. 18.

Falsum est q̄ obseruationes monasticæ sunt q̄
cōsiliōrū euāgelij. Nā euāgelij non cōsuliūt dī-
men uestitus, ciborū abdicationē, p̄priarū rerū
abrenunciationē. Sūt, n. hæ traditiones huma-

Obseruationes monasticas nō inficiaris (puto) opus
uirtutis. Et illa sunt uel cōsiliij, uel p̄cepti euāgelici.
ritatē uestium, aut ciborū abstinentiā, is dicat cōsiliū

diuini, qui nō nouit Christū de horrido uestitu, & ab-
stinentia admiranda, magis quā imitanda, Ioannē cōmendat.

Qui nō sentit eos bene uitā peregrisse, de quibus ait Apost.
Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, ang-
stiatī, afflictī: quibus dignus nō erat mūdus. Is dicat nō
cōsiliū euangelici abrenunciationē p̄p̄riarū rerū p̄p̄-
stium, qui negat Christum cōsuluisse hanc adolescentē, dū
ceret. Si uis p̄fectus esse, uade, uende oīa quæ habes, &
pauperibus.

pauperibus, & ueni, sequere me: & habebis thesaurum in Matt. 4
cælo. Qui ignorat Petrū, Andreā, & filios Zebedæi reli-
quisse patrē, & nauim cū retibus, et secutos fuisse Christū. Luc. 22

Qui nō credit præmiū à Christo promissum hæc abrenun-
ciantibus, ut sedeāt sup thronos iudicaturi. 12. tribus Israel,
accipiantq; multò plura in hoc tpe, & in futuro seculo uitā
æternam. Discrimen aut uestium non dicimus aliquid habe Matt. 10
re numinis, sed qđ ad innocētiæ et humilitatis indicium san-
cti patres instituere, eoq; discernitur, cui quis sit mancipa-
tus instituto: ut habitum est art. huius. Art. 19.

Miserabile est in ecclesia tales Pharisaicas uoces R H E T.
audiri, aut legi. Perfectio euangelica, quæ est regni
euāgelici, cōsistit in traditionibus humanis, in his
stultis obseruationibus uestiū & similiū nugarū.
Quia, n. regnū Dei est iustitia, & uita, in cordibus
hoiū: ideo pfectio est crescere timorē Dei, fidu-
ciā misericordiæ pmissæ in xpō; sicut Paulus de-
scribit pfectionē. Trāformamur, inquit, de clari- 2. cor. 3
tate in claritatē tanq; à dñi spiritu. I Nō ait. Aliū cu-
cullum accipimus, aut alios calceos, cilicium, &c.

Quem (obsecro) theologum legisti, dicentē pfectionē THEO.
euāgelicā cōsistere in traditionibus humanis, in uestitu, cal-
ceis, et similibus? Sed more tuo, uerū an falsum proferas, nō
curas, modò calūniā struere uidearis, ac detrahas religio-
sis. Dicunt theologī pfectionē euāgelicā in charitate cōsi-
stere, scđm illud Apost. Sup oīa charitatē hñtes, qđ est uin-
culū pfectionis. Principaliter quidē in charitate Dei, secun- Colos. 3
dario aut in charitate, & dilectione pximi. Qui uerò abū-
dantiore charitatē habet, is pfectior est. Ad hanc charitatē
oīa legis præcepta, et cōsilia ordinantur: quia finis præce- 1. Timot. 1

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

pti est charitas. Et quidē legis praecepta remouēt quae
charitati cōtraria. Cōsilia uerò ad eam ordinantur ut
pedimenta remoueant actus charitatis, quae tñ charitas
aduersantur, qualia sunt matrimoniū, occupatio negotii
secularium, &c. Vnde Aug. in Enchiri. ca. 121. Quae
(inquit) mandat Deus, ex quibus unum est. Nō mōrē
ris. Et q̄cūq; nō iubentur, sed speciali cōsilio monentur
quibus unum est, Bonū est homini mulierē nō tangere
rectē fiunt cū referuntur ad diligēdum Deū, & proximum
p̄ Deum. Et inde est q̄ in collationibus patrum dicitur
bas Moyses. Ieiunia, uigiliae, meditatio scripturarū,
ac priuatio oīum facultatū, nō p̄fectio, sed p̄fectionis
mēta sunt: quia in ipsis nō cōsistit disciplinae finis, sed
la puenitur ad finē, dum ad p̄fectionē charitatis istis gra
bus ascēdere nitimur. Hoc ipsum ait & Hiero. ad Celentium
de modo rectē uiuendi. 3. par. epist. 22. Abstinentia adiū
tū est, nō p̄fectio sanctitatis. Tunc praeclara est abstinentia,
tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis, cū est
ieiunus à uitijs. Idcirco à ciborum desiderijs mentē re
hant sancti, ut totam eius uim occupent in cupiditate
tum. Iamq; minus ieiuniorū, & abstinentiae laborē carpo
tit, aīa esuriēte iustitiā. Nam ut uas electionis Paulus
castigat corpus suum, & in seruitutē redigit, ne alijs
cans, reprobis iueniatur: nō ad solā (ut quidā imperiti
tant) hoc facit castitatē. Non. n. huic tantūmodo, sed oī
oīno uirtutibus, abstinentia opitulatur. Neq; magna, aut
ta Apostoli gloria est nō fornicari: sed hoc agit ut casti
tione corporis erudiatur aīus: Quātōq; nihil ex uoluptatibus
cōcupiscit, tātō magis possit de uirtutibus cogitare,
p̄fectionis magister ip̄sectū aliqd in se ostēdat. Art.

Cū uideamus plerofq; in religione ipfectissimos, RHET.
quō hi gloriantur se in statu esse perfectionis?

Aliud est esse pfectum, & aliud in statu esse pfectionis. THEO.
Perfectior est ille, qui charitate est eminētiōr. Ille autē est in
statu pfectionis, qui obligatus est ppetuō ad ea quæ sunt pfe
ctionis cū aliqua solēnitate. Nam status quandā imobilitatē
cōditionis iportat, quā officiū in sui noīs rōne nō denotat.

Sunt itaq; duo hoīum genera in statu pfectionis. Sūt n.
quidā in statu pfectionis exercēdæ, ut episcopi, prælati. Di
cit. n. Dion. 5. ca. eccle. hierar. Pōtificum quidē ordo cōsum
matius est, & pfectius, & pfectionis author. Alij sunt in
statu pfectionis acquirendæ, ut religiosi qui se Deo deuoue
runt, cū quadā solēnitate in holocaustum, quiq; ex statu suo
imobilitē obligantur ad qdam quæ cōducunt ad perfectio
nē, quasi qdam pfectionis adipiscēdæ instrumēta. Quāobrē
Dion. 6. ca. eccle. hier. dicit eorū statum esse pfectissimæ ui
te: quia lōgē alios antecellere oportet, cū id pmittāt. Si ue
rō sic præcellant, aliquādo decernet, et iudicabit dominus.

Ex quibus elicio q; multi sunt in statu perfectionis, non
autē pfecti, ut prælati mali, & religiosi dyscoli. Sunt præ
tereā multi pfecti, qui tamē nō sunt ī statu pfectionis, ut ple
riq; uulgares, et plebei, qui aliquando multis episcopis, aut
religiosis (ph pudor) sunt pfectiores, qā meliores. Art. 21.

Cū monachi somniēt se hēre multa merita sup RHET.
erogationis, uēdunt, & applicāt alijs. Hoc p̄textu
qd̄ obseruāt p̄cepta, & cōsilia euāgelica. Quare re
ipla sentiūt sibi supesse merita: qd̄ p̄sūptuosū est.

Falsum tuo more obijcis. Nemo dixit monachorum sibi THEO.
supesse merita, q̄ alijs uellet, aut posset impartiri. Nā solius
christi meritum alijs ualet cōicari, qui nō sibi, sed nobis me

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

ruit. Nos aut nobis, nō alijs meremur, ut tractauimus
arti. 7. Nullus præterea de suo merito securus est,
Ecclī. 9. lomone. Nescit homo utrū amore uel odio dignus sit
1. Pet. 4. tro. Vix iustus saluabitur. Et rursus dicit Salomon,
Proue. 20 pōt dicere, mundū est cor meū. Regius quoq; propheta
Psalmus in persona dñi. Cū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo.
Qui uerō gratis præter suū meritū iustificatus est, pōt
mereri pœnæ relaxationē, et gratiæ augmentationē,
æternam: non tñ sine gratia Dei, aut sine merito pœnitentiæ
Christi: ut habitum est titu. 17.

Itaq; nullus præsumit merita sua alteri impedere
Matt. 25 met, dicens cum uirginibus. Ne forte r.ō sufficiant nobis
uobis. Verū quia unus pro alio ualet satisfacere pœnitentiæ
brorum corporis Christi unionē, & cōmunionē: Et un
pro alio ualet orare, & intercedere: Hæc alijs cōicare co
sueuerunt religiosi, orationes uidelicet et satisfactiones.

1. cor. 8 hac cōicatione scripsit & Paulus Corin. dicens. Et equali
tate in pñti tpe uestra abundātia (s. terrenorū scdm Gal
illorum, (uidelicet discipulorum,) inopiā suppleat. Et in
lorum abundātia (qui diuinis uacabant) uestræ inopiæ
tali sit supplemētū. Hoc uidetur et saluator docuisse, dñi

Luce. 6 Facite uobis amicos de māmōna iniquitatis: ut cū decesseritis
tis in hac uita, recipiāt uos ī æterna tabernacula.

R H E T. Allegatis p uestra opinione illud Christi. Qui
Matt. 19 qui reliquit patrē, aut matrē, aut agros, &c. pp m
aut pp euāgeliū, centuplū accipiet, & uitā æternā
possidebit. Hoc nihil ad uos. Fit. n. cōtumelia ch
sto, si putatis his fieri remissionē pœtōr, & mercedē
uitā æternā. Vt aut intelligat snia saluatoris, non
ris q; duplex est desertio. Quædā sine uocatione

& mādato Dei, hāc nō pbat Xps. Nam opa à nō
bis electa, sunt iutiles cultus. Alia est desertio quæ
fit mādato Dei, s. cū cogit nos tyrānus. Hic habe
mus mandatū, ut potius sustineamus iniuriā, po
tiusq; nobis eripi patiamur facultates, cōiuges, li
beros, & uitā. Hanc desertionem pbat Christus.

Miror te post tam frequētes admonitiones. & eruditio THEO.
nes. semp cucullum agere, ut semp cantes nullis bonis ope
ribus dari remissionē pctorū, aut uitam eternā: cū tā ma
nifestē audieris Achab, pariter et Niniuitis donari ueniam
pp affluētes lachrymas, et opera pñe in cilicio et cinere:
Cū dñs tan apertē dixerit: Si uis ad uitam ingredi, serua
mandata. Et Paulus dicat. Vnusquisq; ppriam mercedē ac Mat. 19.
cipiet scdm suum laborē. Et iterum: Beneficētiæ, & cōmu 1. cor. 9
nionis nolite obliuisci: talibus. n. hostijs promeretur Deus. Hebr. 13
Et rursus: Videte ne q̄ operati estis, perdatis: sed mercedē 2. Ioan.
plenā recipiatis. Nō aut diximus ab hoc merito secludi Dei
gratiā, aut meritū passionis Christi: sed diximus hoc ipsum
meritum ex gratia esse Dei, qui ordinauit et pmisit operi
bus nostris deberi mercedē. Si. n. hac Deus nō spondis
set, nō eēt qui meritū aliqd' esse præsumeret corā Deo, cui
oīa debemus rōne bñficatorū acceptorū. Et uirtus passionis
christi operibus nostris cōicata, dat eis quā hñt efficaciam.
Dicis præterea duplicem tpalium desertionē, unā spon
taneā ex electione, quā nihil facis, & inutile dicis. Nā opus
humanū dicis inutile cultū: sed uerba Saluatoris deprauas.
Non. n. omne opus humanum electum, reprobat Deus: sed
qd' diuinis præceptis cōtrariatur. Spōtanea nāq; uota pro
bat & approbat Deus, Deute. 23. & Leuit. 15. Dicit quoq;
Hieron. cōtra Iouin. epist. 5. ca. 7. Maioris est gratiæ offer,

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

Mat. 19.

ibidem.

Ad Philemonem.

Mat. 15.

2. cor. 9

Psalmus

RHET.

re qd' nō debeas. quā reddere qd' exigeris. Et tu asseris qd' fit spōte, & à nobis electum est, & nō praeceptum, imitatur est cultus, cōtra illud Saluatoris. Oīs qui reliquerit (spōtaneē. Nā qui coactus reliquit, aīo nō relinquit) patri et matri, & c. pp me, centuplū accipiet. Cōsuluīt quoq; idē saluator omnia relinquere: nō aut praecepit adolescētī. Unde ei ait. Si uis, uade, uende omnia, & da pauperibus. Quod enim praecepitur, in libero arbitrio, non dimittitur: quasi dicit, propono, & uoluntati tuæ liberæ dimitto.

Paul. quoq; optauit seruū Philemonis sibi ministrū. Sine cōsilio tuo nihil uolui facere: uelut ex necessitate bonū eēt, sed uoluntariū. Spōtaneitatem aut electio opus bonum nō remittit: sed laudabilius facit.

Aliam asseris tpalium desertionem, cū ad eam eō potestas. Hanc quidē dicis habere mādatum Dei et idē bonum, quia subitur pp euangelium. Bone Deus, ubi legitur illa desertio tpalium duntaxat est pp euangelium, ad quod cogit ptās? Quae potestas coegit apostolos ut oīa desererent propter Christum? qui dixerunt: Ecce nos reliquimus cū et secuti sumus te: utiq; pp euangelium. Quis Paulum coegit lit suis abrenunciare? Quis Christū ipsum coegit, ut egens natus, pauper uiueret et moreretur? Desertio itaq; tpalium propter Christum, aut propter euangelium amanda, grata est deo. atq; eō melior, quō magis spōtanea. Si hilarem datorē diligit Deus. Voluntariē, inq; David, facio tibi, etiamsi ad eam non impellat potestas. Ar.

Rerū dñia & possessiones sunt ordinationes diuinae, approbatæ uerbo Dei in pcepto. Nō sunt facies. Desertio facultatū nō habet mandatū Dei nec cōsiliū. Nā paupertas euangelica nō est de-

tio rerum, sed nō esse auarū: nō cōfidere opibus.

Possessiones siue rerum dñia, à Deo probata esse nō in- THEO.

ficiamur. Nō est tñ bonus Elēchus. Rerū possessiones sunt

à Deo approbatæ: ergo abdicatio rerum est inutilis cultus:

quēadmodum nō sequitur: Nuptiæ sunt probatæ, ergo uir-

ginitas est cultus inutilis. Nā nuptias cōmendat Deus: ma-

gis aut uirginitatē, teste Apof. qui ait. Qui matrimonio iun 1. Cor. 7

git uirginē suam, bene facit. Et qui nō iungit, melius facit.

Pari modo qui bene dispensat substantiā suam, bene facit:

qui autē eam relinquit propter Christum, melius facit. Nā Matth. 19

Christus hoc adolescenti cōsultuit, tanquā rem perfectiorē.

Dum subiungis: Paupertas euangelica, nō est desertio facul-

tatum, sed nō esse auarū, &c. Multum ab euangelio dissen-

tis. Nam nō esse auarum, præceptum est euangelicum: cōsi-

lium aut euangelicæ paupertatis, est desertio rerum suarū,

quam proposuit Christus adolescenti, quam amplexati sunt

Apostoli, et Christum secuti sunt. Desertio itaq; facultatū,

nō est traditio merē humana, ut profers, sed cōsiliū et exē-

plum Christi: et per cōsequens, nec inutilis cultus: sed perfe-

ctionis instrumētum. Vnde Hiero. interpretās hunc locum,

super Matt. ait. Non sufficit hæc tantū relinquere. Ideò iun-

git Petrus quod perfectum est. i. secuti sumus te. In sequela

nanq; Christi perfectio uitæ est. Quamobrem ait Ambro.

super illud Luca. Sequere me. Sequi iubet nō corporis gres Luca. 8

su, sed mentis affectu, quod fit per charitatem.

DE DELECTV CIBORVM ET

IEIUNIO. TITVLVS XXXV.

ARTICVLVS I.

Prēnūciauit Apostolus discipulo Timotheo RHET.

Hoc præsens tps, dicēs, Spūs manifestē dicit:

Ff. 4

DE DELEC. CIBO. ET IEIIV.

1. Tim. 4.

Quia in nouissimis tēpibus discedent quidā a hīs, attēdentes spīritibus erroris, & doctrinis dāmoniorū in hypocrisi loquentiū mendaciū, & curiatā hñtium suā cōsciā, phibētium nubere sinere à cibis quos Deus creauit ad p̄cipiendā gr̄arū actione. Vides itaq; unde dīmanarūt hanc ditiones de ieiunijs, de discrimine ciborum, de leuicis, &c. ex doctrinis uidelicet dāmoniorū. Nam per eas obscurant doctrinā de gratia & iustitiā dei. q̄ credit dimitti p̄ctā p̄p̄ Xpm, nō p̄p̄ illius merita. Obnubilāt & p̄cepta Dei, q̄a traditiōnes suas p̄ferūt p̄ceptis Dei, & totus Xpianitas putatur esse obseruatio feriarū, ieiuniorū, rituum, uestitus, & mandata Dei nullam habent laudem.

THEO.

Actu. 15.

Triplicem inuenio circa ciborum sumptionē subortum errorē. Fuerunt nanq; in primitiua ecclesia pseudoprophetae affirmantes legē ueterē cum euangelio necessariō seruandam, quales erant Hebyō, Cherintus, & Nazarēi. In legē quidā erant uetiti cibi, & ab illis dicebant ēt sub euangelio abstinēdum. Quos imitati Græci, nō comedunt carnes sibi lege prohibitas, abstinēt à suffocatis, et sanguine. His similibus fratribus, quia Petrus nimis dissimulans, uisus est dīserere, à Paulo redargutus est, ut scribit ipse ad Galat. Alij existimauerunt quosdam cibos suapte natura imundos, & animas inquinare, si sumantur in cibum, quēadmodum Tertullianus, Eustachius & Priscillianistae, carnes tanquā imundas respuerunt. Manichæi uerò nedum carnes, sed oua et lac recusarunt comedere, & uinum bibere. Seueriani quoq; uinum bibere, nephas duxerunt. Cathari dicunt, q̄ comedere carnes, oua, caseum, lac, ēt in necessitate, sit p̄ctum: ut eis ipi

Gala. 2

git Guido de hæresibus. Tertijs fuit error Ioviniani, qui ait inter abstinentiam ciborum, et cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Vualden. autem astruere conati sunt, q. ecclesia non possit præcipere aliquorum ciborum abstinentiam. Quamobrem tpe quadragesimæ, carnes, oua, et reliqua prohibita comedebant, quem errorem hoc nostro æuo amplexati sunt Lutherani, qui omnibus diebus, etiam in quadragesima, seu ferijs sextis effrænatè carnibus uestuntur.

Articulus 2.

Placeat ergo ex his periculis nos liberare, & RHET. ostendere efficaciter qd Christiano liceat uel non liceat hoc tempore gratiæ & euangelico.

Hic scopus est nostri studij. Ad primum itaq; errorē sti THEO. lum dicamus. Attende quō Petrus debacchatur in eos qui legem asserunt cum euangelio necessariò obseruandam, dicens. Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicē Actu. 15. discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam dñi Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi. Quòd uerò sub euangelio omni- Actu. 10. liceat uesti cibo, ostendit dñs Petro per uisum. Vidit. n. lin- teum summitti de cœlo in terra, plenū omni genere quadru- pedum, et aialium, et uolatilium, dictumq; est ei: Occide et manduca. Rursumq; cōtranitēti dictum est. Quod deus pu- rificauit, tu ne cōmune dixeris. Decreuerunt et hoc ipsum Apost. super hac re in secunda synodo cōgregati. Et dixe- Actu. 15. runt. Visum est spiritui scō, et nobis, nihil ultrà imponere uobis (s. gentibus cōuersis ad fidem) oneris, quàm hæc ne- cessaria (s. pro gratiori cōuictu cum Iudeis) ut abstineatis uos ab imolatis simulachrorum, sanguine suffocato, et for- nicatione. Hoc ipsum uult Apost. apud Colos. sic inquit. Colos. 2

DE DELEC. CIBO. ET IEIV.

Nemo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei, aut neomenia, aut sabbatorum, Rōnem subnectit. Quae sunt umbra futurorum. Anselmus eum locū interpretās. Nemo uos iudicet. i. reprehensibiles dicat: aut iudicabiles in cibo, et potu. i. in discretionē ciborum, et potuum, quae assumendi, et alij respuendi. Quia à seruitute legis per uae gratiae libertatem estis erepti. Hiero. quoque eadē uerba pertractans in enodatione. 11. q. ad Algasium. q. 10. per 2. epist. 17. Loquitur, inquit, uniuerſa cōtra eos qui credentes ex Iudaeis in dñm Saluatorem, Iudaicas caeremonias seruare cupiebant, quae umbra erant futurorum, et imagines ueritatis felicitatis. Huic subscribit et Ambr. eadē epistolae uerba discutiens ad Colos. Et cōcludit, Hae oīa sic data sunt per Moysen, ut umbra essent et figura futurorum, ut apparet ueritate, cessarent: secundum illud Apo. Cū uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Art. 3.

1. cor. 13

RHET.

Videmini assentire eis qui dicūt aliquos cibos suapte natura imundos. Nam abominabilis uobis uidetur, si quis inuentus fuerit semel carnes lepra sexta in cibum sumpsisse.

THEO.

Nullum cibum suapte natura immundum, aut polluentem animam, docet Aug. diffusē disputās cōtra Faustū Manichaei discipulum. lib. 2. ca. 14. de moribus eorū. Hic error est.

Genes. 9

natur per illud quod Domini ait. Omne quod mouetur et uiuit, erit uobis in cibū. Vetuit autē aliqui dominus Iudaeis aliqua animalia sumi in cibum, nō propter escam, aut naturā: sed propter mysterium.

1. Ti. 4

Dicit. n. Paul. Omnis creatura Dei bona est et nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, Sanctificatur. n. per uerbum Dei et orationem. Et ad

Roma. 14

Rom. Scio et confido in dno Iesu nihil cōmune per ipsum

hoc est scdm Ansel. Nihil imundū à natura sui, siue per se ipsum: nisi ei qui existimat aliquid cōmune esse, illi cōmune est: quia agit contra consciam, secundum eundē Anselmum.

Hoc quoq; uoluit ueritas ipsa, dum ait. Nō quod intrat *Mar. 15* in os, coinquinat hoīem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hoīem. Quæ. n. procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hoīem. Nō itaq; cibus, sed aīus in uitio est dum sumit cibum uel cōtra regulas tēperatiæ, qđ docuit Saluator dum ait. Attendite ne grauentur corda uestra *Lucæ. 21:* cruda, uel ebrietate. Et Pau. dum inqt. Honestē ambulemus, *Rom. 13* nō in cōmessionibus et ebrietatibus. Vel sibi prohibitū. Vetuit Deus primis nostris parentibus, ne sumerent de ligno scie boni et mali. Prohibuit & quosdam cibos per legem ueterem: nō quia noxi in se illi essent cibi, sed propter mysterium. Vetat et ecclesia quosdam cibos pro tpe ad edo mandam, ad humiliandam, et ad exercitandam in abstinentijs carnem. Testificatur hoc Aug. cōtra Faustū li. 30. ca. 5. Catholici (inquit) abstinent à carnibus, et à quibusdam edo mandi corporis causa propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam. Non q̄ illa esse immunda credant. Non solū à carnibus, uerū à quibusdam ēt terra fructibus abstinet, uel semper sicut pauci, uel certis diebus atq; temporibus, sicut per quadragesimam ferē omnes.

Hoc quoq; habet decretum Eleutherij Papæ. Necessarium (inquit) iudicauimus uos instruere, ut escas quas uitare uos audiuius, rōnabiliter nō respuatis. Scitis fratres legislatorē docuisse. Oīa q̄ creauit deus erant ualde bona. Et *Gene. 21* ipsa per se ueritas ait. Nō qđ intrat in os, coinquinat hoīem. *Matt. 15* Vnde cōstat non debere refutare escas cōmunes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Dicitur ēt in cōcilio Anchira

DE DELEC. CIBO. ET IEIV.

no (quod fuit ante cōcilium Nicenum) ca. 14. Qui a car-
bus abstinēt, nō eas tanquā imundas cōtēnant. Et in cōcilio
Gangren. quod fuit cōtra Eustac. hēreti. cōuocationem.
Siquis carnē manducantē ex fide cum religione credet
cōdemnandum, anathema sit. Ipse. n. Eustachius carnes
quā illicitas, refutauit. Idē rursus habetur in cōcilio Tole-
ta. 1. cōtra Priscillia. eiusdē farine adunatum, ca. 21. Siquis
dixerit carnes auium. seu pecudum, quæ ad escā datæ sunt,
execrandas, anathema sit. Idē habetur in cōcilio Brachia.
ca. 14. Dicit præterea Vigilus papa in suo decreto, cōtra
Priscillianist. execrationis potius aīo, q̄ deuotionis aīo.

2. Tim. 4.

nibus abstinēt, similes Manichæis: de quibus ait Paul. in
in nouissimis diebus prohibentes nubere, & abstinere a
bis quos Deus creauit ad percipiēdum cum gratiarū acti-

Rom. 14

ne, eodē dicente, Oīa munda mundis. Et Saluatore. Nō q̄

Matt. 15

intrat in os cōquinat hoīem. Quapropter nec abstinenti-
Deo placitam reprobamus: nec eos qui execrātur dñi cre-
turam, recipimus in nostra societate. Dicit quoq; Tertullianus
in definit. eccle. dogmat. ca. 66. Bonum est cibum cum gra-
tiarum actione sumere: & quicquid Deus præcepit, edē-
dum est: abstinere autē ab aliquibus, nō quasi malis, sed quæ
si nō necessarijs, nō est malum. Moderari uerō eorū usus
pro necessitate et tpe, propriē christianorum est. Et ca. 68.
Sacratæ uirginitati nuptias cōequare, aut pro amore casti-
gandi corporis, abstinētibus à uino uel carnibus nil credere
meriti accrescere: nō hoc christiani, sed Iouin. est. Art. 4.

RHET.

Dicit Paulus q̄ doctrinæ sunt demoniorū pe-
hibere nuptias, & abstinere à cibis à deo cōcessis.

1. Ti. 4

THEO.

Illi docent doctrinas daemoniorum, qui prohibent nup-
tias tanquā res illicitas: quales fuerunt Tacianus, Mar-

chianus, Cathaphrigi, Adamitæ, Manichæi, Adeloitæ, Eustachius, Priscillianistæ, & cōtra hos est illud Aug. contra Faustum lib. 30. ca. 6. Ille prohibet nubere, qui hoc malum eē dicit: nō qui huic bono aliud melius antepōnit. Illi repro-
bantur in cōcilio Gangren. ca. 1. ubi dicitur. Siquis nuptias
in accusatione duxerit aut abominādas, anathema sit. Et in
cōcilio Tolet. 1. ca. 21. Siquis crediderit cōiugia hoīum quæ
secundum Dei legem sunt esse execrabilia, anathema sit.
Idem dicitur in concilio Bracharen. ca. 2.

Docent et hi doctrinas demoniorum qui cogūt abstinere
ā carnibus ab alijs humanis cibis, tanquā imundis: quæ
les fuerunt Manichæi, Priscillianistæ, et alij quos enumera-
uimus. Nō autē docent illi doctrinas demoniorum, qui nu-
ptias quidē licitas profitentur, secundum illud Apost. Ho- Hebr. 13
norabile cōiugū, & thorus imaculatus. Sed præferunt uir-
ginitatē, et cœlibatū: quēadmodum idē ait Apost. Qui ma 1. cor. 7
trimonio iungit uirginē suā, bene facit, et q nō iūgit melius
facit. Neq; huius doctrina, ex demoniorū officina dimana-
uit, qui oēm cibū cēset in se licitum: se abstinentiā præponit.
Bonum est, inquit Apost. nō manducare carnem, et nō bibe Roma. 14
re uinum. Modō tamen abstinentiam in Deum referat, iuxta
illud Apostoli. Qui manducat, domino manducat. Et qui Ibidem.
non manducat, domino non manducat. Articulus 5.

Esto, bonū sit nō māducare carnē, & nō bibe- RHET.
re uinū: ex hoc nō cōcludis magis gratā deo cibo
rū eē abstinentiā, q̄ pceptionē cū gratiarū actione.

Hanc materiā diffusē disputat Hiero. contra Iovin. epi THEO.
sto. 5. & 6. primæ par. Nos autē, ut cōpendiosē hanc mate-
riam tractemus, dicimus carnes, pisces, uinumq; et alia op-
portuno tpe licitē sumi. Sed quō uirginitatē nuptijs ita ie-

DE DELEC. CIBO. ET IEIIV.

inia, & abstinentiam saturitati, et carnibus, & macer-
gine præferimus. Neq; eā dicimus domino acceptā
quam lites, rapinæ, libidines, aliæue mala commaculat.

- Voluit namq; Deus sub omni tpe sibi offerri abste-**
tiam, nō pro suo cōmodo, qui bonorum nostrorum nō
get: sed pro nostro, ut dum ei quippiā de nostro offerimus,
ipse nobis cū multiplicatis usuris reddat. In statu nempe
nocentiæ in paradiso uoluptatis, ante pētū, abstinentiā
esu ligni scientiæ boni et mali indixit. Adusq; diluuiū
anſcētia, nō carnes aīaliū in cibū hoībus cōceſſit. Carni-
admissis, sanguinem uetuit. Sub lege certos dies afflictionē
ordinauit, dicens. Aīa quæ afflictā nō fuerit die hoc, po-
bit de populis suis. Certorum quoq; aīalium carnes etiā
prohibuit. In lege uerō gratiæ corporis afflictionem, & n-
rum abdicationem nō tam uerbo quā exēplo docuit imitan-
dā. Vbi itaq; filius Dei se exinaniuit, tanta pro genere hu-
mano afflictionū genera pertulit, pudeat sub spinis corona
to capite mēbrum fieri delicatum. Si nō præeminet absti-
tia, quare Ioānes tantopere cōmēdatus est: qui præ ceteris
ieiunium coluit, & genus alimonie nō solum inuſitatū, ſed
ne humanum quidē: uerū ipsum iſulſiſſimū acerrimūq;
sibi præscripsit. Diues uerō epulo qui quotidie epulatur
ſplendide, indutus purpura & byſſo, in inferno ſepulchro
memoratur. Quare ei dictū est. Recepiſti bona in uita, nō
improperantur mala patrata) & Lazarus ſimiliter mala.
Nunc autē hic cōſolatur, tu uerō cruciaris? Quare uerū
ipſa pauperes, & lugētes prædicauit beatos: delicioſis autē
ait: Ve uobis diuitibus qui habetis hic cōſolatiōes ueſtræ
Paul. quoq; ait. Vidua quæ in delitijs eſt, uiuens mortua eſt
& de abſtinētibus inquit, Circuierunt in melotis, in pētū

bus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non
 erat mundus. Quis. n. nō Epicuræus dubitabit abstinentis? Heb. 11
 simos patres, Antonium, Paulum eremitam, Martinū, Hie
 ro. aliosq; plurimos plus deos per corporis afflictionē pla
 cuisse, gloriamq; maiores brauij assecutos esse: præ multis 2. Tim. 4
 pijs christianis nō sic macerationi corporis deditis? Bonū,
 inquit Pau. certamē certauī: cursum cōsummaui: fidē serua
 ui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet
 mihi dñs in illa die iustus iudex. Iustus aut nō est, si dispar
 meritum equali mercede cōpēsāt: ut ait Hiero, cōtra Iouin.
 lib. 2. ca. 43. epist. 6. Et rursus idem Apost. ait. Vnusquisq; 1. cor. 3
 propriam mercedem accipiet secundum suum laborē. Ma
 ioris aut laboris est ieiunare, à multis abstinere, quā lici
 tis uti et satiari. Igitur utrosq; nō æqua merces manet. Præ Mar. 9
 terea si nō perdet mercedem suam qui dederit potum aquæ
 frigide propter christi nomen: quā mercedem sperabit qui
 multalicia à se refecat propter Christum? Spopondit. n. ue
 ritas ipsa. Oīs qui reliquerit domum, fratres, sorores, &c. Matt. 19
 insuper & semetipsum propter me, centuplum accipiet.
 Multum relinquit, qui delicias spernit. Arti. 6.

Abstineant, seseq; affligant uolentes: Non au- R H E T.
 tem inuiti cogantur, quos Deus non compulit:
 imò quos liberos esse uoluit.

Vbi (quæso) legisti dñm prohibuisse ecclesiæ, ne præscri THE O.
 ptionem faceret ciborum pro loco et tpe, pro hoīum cōdi
 tiōe? Profectò nusquam. Quinimo ipse ait. Qui uos audit, Luc. 10
 me audit: et q uos spernit, me spernit. Et iterum: Sup cathe Matt. 23
 dram Moysi sederunt Scribæ, et Pharisei. Oīa ergo quæ
 cunq; dixerint uobis, facite, & seruare: secundum opera ue
 rō illorum, nolite facere, At ne ad Moysi cathedrā solūm di

DE DELEC. CIBO. ET IEIV.

- rigas, audi quid ipsis apostolis dixerit. Multa, inquit, habeo
 Ioan. 16. vobis dicere, sed nō potestis portare modō. Cū autē ueniret
 spūs ille ueritatis, docebit uos oēm ueritatē, sub qua dicitur
 Actu. 20. siliarum gubernatio cōprehenditur, secundum illud. Amen
 te uobis, et uniuerso gregi, in quo uos spūs sctūs posuit
 scopos regere ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine
 Hie. 35. Nec. n. minus tenētur obedire christiani ecclesie præcepta
 quā filij Ionadab filij Rechab patri suo. Is quidē māluit
 suis filiis, ut nō biberent uinū in sempiternum: domos
 edificarent: sementē nō sererent: uineas nō plantarent
 haberēt: sed habitarent in tabernaculis cunctis diebus.
 Quia uerō uoci patris paruerūt, dictum est ad eos. Per
 qd' obedistis præcepto Ionadab patris uestri, hæc dicit
 exercituum, Nō deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab
 stans in cōspectu meo cunctis diebus. In primitiua itaq;
 ecclesia cū adhuc recēs eēt ille Christi pro nobis effusus sa-
 guis, ferueretq; in cordibus hoīum, acerbiores sibi intus
 runt corporis afflictiones in gratitudinē beneficij accepti,
 q̄ superior aliquis rectē præciperet: ut habes supra tit. 1.
 art. 1. et. 3. et eō clarior reddebatur abstinentia, seu afflictio,
 quō plura tam ex uitæ innocētia, quā ex lege cōcedebatur.
 Iam uerō dum defuerunt hominum deuotio, cū per
 pta uitiorū ipsi declinauerunt, nō curantes sequi christi
 stigia, ratio suaserit ut statuta fierent abstinentiæ, q̄ præceptum
 non liceret, dicente Apost. Galat. Lex pp transgressionē
 sita est. Theophyl. Vt pro frænis esset lex illa. Arri.
 RHET. Quouis tpe oī idifferēter uti cibo finit scrip-
 ra. Nō itaq; rectē aliquē phibet cibū eccl'ia. Dic-
 Roma. 14. quoq; Pau. Regnū dei nō ē esca & potus: sed ius-
 1. cor. 8. tia, et pax, &c. Et iterū. Esca nos nō cōmēdat de-

Scriptura

Scriptura sicut nō præscripsit delectum ciborū: Ita non THEO.
prohibuit ne præscriberet ecclesia. Hoc. n. in eius arbitrio
reliquit pro loco, & tpe, pro hoīum cōditione faciendum.

Neq; authoritates p te adductæ in aliquo suffragantur:
imò magis cōtra te militant. Vt si regnum Dei nō sit esca et
potus, sit uel abstinentia. Si esca nos nō cōmendat Deo: saltē
abstinentia cōmendet. Sed his omīssis, quid sibi Paulus uolue
rit, his uerbis perlustremus. Non. n. his uerbis uoluit ut li
ceat cuiq; edere, quæ uelit: sed q; per escā nō peruenitur ad
regnum. Iustitia uerò, pax, gaudium in spiritu sc̄to, hæc pa
rant uia ad regnum. Sic. n. ea uerba interpretantur Ambr.
Per escam nemo placet Deo aut displicet: sed qui iustitiā se
quuntur, pacem hñtes quā dñs dedit, hi in regnum intrant.
Et Beda. Nō interest oīno quid alimentorū sumas ut succur
ras necessitati corporis, dummodo cōgruasge in neribus ali
mentorū his, cum qbus tibi uiuendum est & t. a., potus ad
corpus pertineant, per se ad regnum nō pertinent Dei: neq;
ad illud inducunt, nisi sc̄dm quod illis utimur, uel ab eis ab
stinemus, ad Dei honorē. Iustitia uerò et pax, quia per se or
dinant affectum, quo ordinato peruenitur ad regnum, per
se ad regnū Dei pertinent. In sc̄do aut loco noueris Paulum
loqui de imolatis simulachrorum. Dicit ergo: Esca nos nō
cōmendat Deo. q. d. Idolothytum manducas, uel aliud nihil
interest: sed fides in edēdo pensanda est. Nam si idolis imo
latum manducas ob idoli honorē aut cōtra conscientia, iam
peccasti. Si aut in modum alterius escæ sumpsiisti, necessita
ti naturæ subuenisti, et non peccasti. Nam sequitur: Neq; sic
māducauerimus (s. idolothytum) abundabimus: Neq; si nō
māducauerimus deficiemus. Vbi Ambr. Cōtempta sacrifi
ciorum esca, nō utiq; deerit quod edatur. Si aut sumpta sit

DE DELEC. CIBO. ET IEIIV.

erit, nō abūdabit: ita ut nihil requiratur. Vel scdm Aug. Si manducauerimus escā, nō idcirco abundabimus in bono, sufficiat nobis ad salutem. Neq; si nō māducauerimus, deb deficientur. i. nō minuetur nostrum meritum apud Deum. Aug. uerō epist. 86. ad Casulanum presbyterum docet fata uerba dicta aduersus eos qui more Iudeorum scdm terem legem in obseruatione quorūdam ciborum, putant esse munditiā. Itaq; esca in se, neq; auget, neq; minuit meritum, quo peruenitur ad regnum: relata tñ in honorem Dei, esca uel eius abstinentia apud Deum ualeat. Art.

RHET.

Censerem legem ieiunij, et p̄scriptionis esse abrogandā ab ecclesię p̄ceribus. Et relinqdum liberum unicuiq; circa hæc facere qd̄ uideat.

THEO.

Censes & cum alijs hæreticis, in primis cum Arianis, qui ait, ieiunium quidem esse bonum, sed uoluit ipsum esse liberum, ut ieiunaret qui, & qñ uellet. Quamobrem statim ecclesię de ieiunio cōtempnit: quia his arctatur christiana quasi sub lege: Cui cōsentit et Eustachius Vualden. aut dicitur ecclesię ieiunia nullius esse meriti. Ioānes uerō de Valsalia. Non debent, inquit, hoīes pati famē pp̄ ecclesię ieiunia. Vigilant. quoq; deridet sc̄torum ieiunia. Begard aut dicit cunct homini perfectō, non esse ieiunandum, aut orandum. Cōtra quos militat illud concilij Gangren. ca. 19. Si quis ieiunia cōmunia totius ecclesię putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia uindicans rationem, anathema sit.

Dicit Hiero. contra Iouin. lib. 2. c. 49. Semper p̄phetę dulcia pollicentur, et ad modicum placent. Antea est ueritas, & qui eam p̄dicant, replentur amaritudine. Paulus libertatem spūs. et tu carnis p̄dicat libertatem.

Galat. 5

Ait nanq; ad Galat. Vos in libertatem uocati estis fratres

Theophy. (à legalis seruitutis iugo liberi.) Tantū ne libertatem in occasionem detis carnis: Et ad Roma. Induamini Roma. 13 dñm Iesum Christum & carnis curam ne feceritis in desyderijs. Et iterum, Qui Christi sunt, carnem suam crucifixe Galat. 5 runt cum uitijs et cōcupiscentijs. Patres ueteris testamēti in afflictione cōstituti, semper per ieiunium, misericordiam, et cōsolationem inuenerunt. Populus nanq; ieiunio à Samuele indicto in Masphat, hostes superauit. Machabæus cū Gor= 1. reg. 7 gra pugnaturus, ut ieiunauit, uictoria potitus est. Dani. triū 1 Mac. 3 hebdomadarum ieiunio, uisionem dñi intellexit. Achab ie Dan. 10 iunio, sacco, & lachrymis, suorū criminum obtinuit ueniā. 3. reg. 21 Ieiunio afflicta Iudith Holofernē prostrauit. Hester post tri Iudit. 9 duanum ieiuniū, furorem Assueri in mansuetudinem cōuer Hester. 4 tit. Ipse quoq; saluator ieiunium suo exemplo nobis cōmen Matt. 4 dauit. Ieiunandi modū dissert ut uacaret ab hypocrisi, & Matth. 6 inani gloria, futurum prædixit. Venient, inquit, dies, cū auferetur ab eis (.f. discipulis) sponsus (.f. Christus) et tunc ie Lucæ. 5 iunabunt. Virtutem aut ieiunij declarauit, dicēs. Hoc genus Mar. 9 demoniorum non eiicitur, nisi in ieiunio, et oratione. Apostoli uerò hoc ipsum imitantes cōfirmauerunt: de quibus dicitur. Erāt seruientes dño in labore et ærūna, in uigilijs mul 2. cor. 12 tis, in fame et siti, in ieiunijs multis, in frigore et nuditate.

Hanc ieiunādi cōsuetudinem cōtinuauit primitiua ecclesiā: quæ admodum docet Paulus, dicens. Alius inter diem et Roma. 14 diem abstinentiæ deputandū. Alius iudicat oēm diem in abstinentia ducendum. Alius certis diebus. Alius iudicat omni die abstinendū, scđm Ansel. Vnusquisq; in suo sensu abūdet, hoc est, faciat qd' sentit faciendum: quia hæc oīa sunt accepta apud Deum. Ambr. quoq; pari modo, eadem interpretatur uerba. Sic, n. habet. Alius iudicat inter diem et diem,

DE DELEC. CIBO. ET IEIV.

Hoc est, alicui placet interpositis edere diebus. Nā sunt quidam, qui quarta feria carnem nō edendam statuerunt: et qui sabbati: sunt iterū, qui à pascha, usq; ad pētecostam. Alius iudicat oēm diem. Hic oēm diē iudicat, q̄ nūq̄.

Dicitur quoq; in decreto Innoc. ca. 4. Sabbato ieiunandum esse, euidentissima ratio demonstrat, sicut et feria. 6. h. natur. De matre et beati Aug. habet idem Aug. epist. 19. ca. 2. ad Ianuarium, q; ueniens ex Africa filium secuta, uidit hoīes sabbato nō ieiunare, coepit et fluctuare, dubitaueret. Ambr. aut sup hoc per Aug. sciscitatus, rescripsit. Cum Romā uenio, ieiuno sabbato: Cum hic (s. Mediolani) sum, nō ieiuno. Sic et tu, ad quā fortē ecclesiam ueneris, eius morē serua, si cuiquā nō uis esse scādalo, nec quicquam tibi. Dicit et hist. trip. lib. 11. ca. 17. de Theodosio imperatore, q; plerūq; ieiunabat, et maxime. 4. fer. et. 6. studio christianitatis. Nec aliter quā monasterium regalia uidebantur. Dicitur quoq; in concilio Carthagi. 4. ca. 86. Baptizandi diu sub abstinentia uini et carniū, et manus impositione et bra examinatione baptisma percipiāt. Vnde scribitur in edicto Cōstantini, q; Syluester indixerit Cōstantino imperatori, antequam ad baptisma accederet, tēpus pñe, intra palatium Lateranense in cilicio, ut oīa per eum impiē peccata, uigilijs, ieiunijs, et orationibus, et lachrymis dilueret. Et quoq; Cypria. in serm. de ieiun. et tenta. Quoties uiri uirtutum aliquid à deo obtinere uoluerunt, ieiunijs incubuere, et lachrymis. Et pernoctātes in orationibus, cilicijs carni herentibus, supplices beneficia postularunt. Vides profectō ieiunium tam studiosa diligentia, usq; ad Aug. tempora obseruatum. Et tu legem ieiunij optas aboleri tot seculis in hac tempora continuatam.

Articulus 9.

Non uolo ieiuniū aboleri, sed legē obligantē, RHE T.
ut sit liberum cuiuis ieiunare, uel non ieiunare.

Dicit Pau. lex pp transgressionem posita est: Esto, nō fuerit THE O.
discipulis primæuis lex iudicta ieiunij, qui ultronei plura sta Gala. 3
tuerunt ieiunia, quā lex ipsa uellet præcipere. Dum uerò
hoiū deferbuit deuotio, plura ipsi cōmittāt scelera: pñas
aut ultroneas subeāt, nullas uel paucas, docuit ratio indicen
da esse ieiunia, quæ dñs in genere quidē peccantibus, neces
saria ostendit, dum ait peccantibus. Nisi pñam habueritis, Luc. 12
oēs simul peribitis. Quenam sit ista pñā insinuauit, dicēs.
Ve tibi Corosaim, ue tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sy Matt. 11
done factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis: olim in
cilicio et cinere pñam egißent. Et hoc est qd' ait Aug. scri
bens Casulano presbytero, epist. 86. Ego in euangelicis &
apostolicis literis uideo ieiunium esse præceptum. Quibus
aut diebus oporteat, uel non oporteat, præcepto dñi defini
tum nō inuenio. Itaq; ecclesia ieiunia nō instituit, sed à dño
ordinata ad certos dies, modū uel certum reduxit, quemad
modum est uidere in ieiunijs quatuor tñum, ac certarum ui
giliarum, aut quadragesimali, ut testatur idē Aug. epi. 119.
ad Ianua. Nec in his errauit ecclesia, quæ à spiritu scō gu
bernatur. Ait Petr. Spū scō inspirati, locuti sunt sancti dei 2. Petr. 1
hoies: proculdubio et operati. Absit itaq; ut idem spūs de
fuerit ecclesiæ, cui dominus pollicitus est, dicens. Ecce ego Matth. 18
uobiscum sum usque ad consummationem seculi: ecclesiam
utique gubernans spiritu suo, de quo ait. Cū uenerit spū Ioan. 16
tus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.

De ieiunio quadragesimali quid scripserint eccl esia lu
minaria, nō pigeat audire, si recenseam. Dicit nanq; H iero
cōtra Mōtanum, par. 1. epist. 4. Nos unam quadrage simā

DE DELEC. CIBO. ET IEIIV.

scdm traditionem apostolorū, toto anno, tpe nobis cōgruo
ieiunamus. Illi (.f. Montani) tres in anno faciunt quadre-
simas, quasi tres passi sint saluatores. Nō quò, et per totum
annum, excepto Pētecoste, ieiunare nō liceat, sed qd sit
necessitate, aliud uolūtate munus offerre. Et Ambr. ser. 3.
et in quadrage. ser. 3. sic habet. Non. n. fratres leue peccā-
est fidelibus, indictam quadragesimā à dño nō ieiunare, et
ieiunia cōsecrata, uentris uoracitate dissoluere. Scriptū ē:
Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulare,
et ipse ambulare. Si ergo uis christianus eē, debes qd Chris-
tus. Ille peccatum nō habebat, quadragesimā ieiunauit. Tu
non uis quadragesimā ieiunare, qui peccas? Ille pro mō-
ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud cōscientiam tuā chri-
stianus es, cū Christo pro te esuriēte, tu prandes: cū salu-
tore pro te ieiunante, tu reficeris? Nō est ergo leue peccā-
indictam uiolare quadragesimam. Idē rursus ser. 3. 4. Sicut
reliquo anno ieiunare, prēmīū est: ita in quadragesima non
ieiunare, peccatum est. Illa. n. uolūtaria sunt ieiunia, ista ne-
cessaria. Illa de arbitrio ueniunt, ista de lege. Ad illa inui-
mur, ad ista cōpellimur. Aug. uerò ser. 1. feri. 4. post dñe-
cam secundam quadragesimæ, de eadem sic loquitur. Sancti
quadragesimam abstinendo ipse dñs consecrauit. Totum
observare, sacrilegium est. Ex parte aut uiolare, peccatum.
Idem ad Ianua. epist. 119. ca. 15. Quadragesima ieiuniorum
habet auctoritatem, et in ueteribus libris ex ieiunio Moys-
et Helie et ex euangelio, quia totidē diebus dñs ieiunauit,
demonstrans euangelium nō dissentire à lege, et prophetis.
Greg. quoq; de eadem quadragesima loquens ho. 16. sic ha-
bet. Dum per. 300. dies et. 65. annus ducitur: nos aut per
triginta et sex dies affligimur, quasi anni Deo decimas da-

mus, ut qui nobismetipsis per acceptū annū uiuimus, autho-
re nostro nos in eius decimis per abstinentiā mortificemur.
Et Iona. epi. 4. Quadragesimam nolite pro nihilo habere:
imitationem. n. cōtinet Dei conuersationis. Absit aut̃ quod
tam priscum est, quod tanta authoritate constitutum, tanto
ardore complexum: deniq; quod propheticum, quod apo-
stolicum, quod diuinū est, ad unius Epicuræi suāsum abolea-
tur. Vide de hoc ti. 9. ar. 5. & 6. & 6. Arti. 10.

Is dicēdus est magis ieiunare, qui semp̃ esurien- R H E T.
tē sustinet uentrē: ēt iteratis uicibus in die come-
dēs, quam qui unica refectione sic uentrē cibo di-
stendit, q̃ crepitus eructet, & sero non esuriat.

Multum interest inter ieiunium, & abstinentiā. Absti- THEO.
nencia. n. dicit uictus parcitatem, uel in quantitate, dum ci-
tra saturitatem quis manducat: uel in qualitate, dum à carni-
bus, ouis, seu lacticijs se cōtinet: Licet sepius eadē die ci-
bum sumat. Ieiunium uerò unicā in die, uel nullam denotat
refectionem. Hanc differentiam habes ex Aug. in ser. in die
calen. Ianua. ubi ait. Inebriantur illi. (s. gentiles) uos ieiuna-
te. Si hodie nō potestis ieiunare: saltē cum sobrietate pran-
dete. Et num. 30. Si mulier uouerit, et iuramento se cōstrin-
xerit ut per ieiunium uel ceterarum rerū abstinentiā affli-
gat animā suam. Quodq; ieiuniū unicā solū admittat diei
refectionem, uel in illo auscultat, q̃ tpe ieiuniorum refectione
in coenam usq; differebatur. Dicit. n. Aug. lib. 1. de mori. ec-
cle. c. 33. Romæ ieiunia ēt prorsus incredibilia, multos exer-
cere didici, nō quotidie semel sub noctē reficiendo corpus,
qd' est usquequaq; usitatisimum: sed cōtinuum triduum uel
amplius, sepius sine cibo, ac potu ducere. Neq; hoc in ui-
ris tantum, sed ēt in fœminis. Et in epi. 86. ad Casulanum.

DE DELEC. CIBO. ET IEIUN.

Aliud est, inquit, grauare corda in crapula et ebrietate, quae semper est malum. Et aliud est modestia, et temperantia custodita relaxare ieiunium. Hiero. et ad Eustochium de castitate uirginitatis sic habet: ieiunium totius anni aequale monachis: excepta quadragesima, in qua sola conceditur carnaliter uiuere. A Pentecoste coenae mutantur in prandia, quae et traditioni ecclesiae satisfiat. Praeterea Chryso. in Math. ho. 56. Monachi, inquit, post coenam (prandium, n. prandium) ignorat, quia certiores sunt luctus et ieiunij praesens (hoc esse) quosdam gratiarum actionis hymnos ad Deum. Iud. 20. Iudaei quoque a uespera in uesperam sabbata sua, et ieiunabant. E. Esdr. 9. lebrarunt. Dicitur quoque in scholijs super Hiero. contra Iulianum. ca. 34. Iudaei cibum in diebus ieiuniorum non capiebant, nisi hesperum uideant. Quia uero humana natura iam per se melior coeperit, coenae in prandia sunt commutatae. In quadagesima, ac alijs quibusdam ieiuniorum diebus uesperae celebrantur. Vides itaque quomodo ieiunium plures in die non admittat perfectiones. Confirmat hoc ipsum Basil. magnus ser. 1. de ieiunio. Dicitur quoque in hist. tripar. lib. 1. ca. 11. de monachis, quod non gustant cibum ante solis occasum: alij per tres dies, et amplius abstinent. Et de Anto. ibidem subfertur. erat eius esca solis occasus, et sal. potus aqua, praedijque tempus solis occasus.

RHET.

Quare pluries in die relecti et citra satietatem sentiant pertransgredi legem ieiunij, et non illi qui sic in praedib. uentre cibo onerant, aut potu, ut in coena non esuriat.

THEO.

Nihil tam sancte, tam solite, tam pie institutum est, quod non corrumpatur, aut non adulteretur. Hi etsi legis non cessant ecclesia praeuaticatores, quia contraueniunt fini legis, perinde referunt fructus. De quibus ait et Hiero. contra Iulianum. lib. 1.

epist. 6. ca. 39. Etiam in uilissimis cibis uitanda est satietas. Nihil. n. ita obruit aſum, ut plenus uenter, et exaſtuas, & huc illucq; diuertens, et in ructus uel crepitus uentorū effla-
tione reſpirans. Quale illud ieiunium eſt, aut qualis illa re-
ſectio, poſt ieiunium cū pridianis epulis diſtendimur, et gut-
tur noſtrum, mediatoriū efficitur latrinarum. Dumq; uolu-
mus prolixioris inedia fame carere, tantū uoramus, quan-
tum uix alterius diei nox digerat. Itaq; nō tam ieiuniū ap-
pellandum eſt, quā crapula, ac ſcētens et moleſta digeſtio.
Quamobrem idem in regula monachorum, ca. 14. par. 3.
ait. Sic comedas, ut ſtatim poſt cibum poſſis legere, orare,
pſallere. Ideo ſint tibi caſta, ſimplicia, moderata, et nō ſup-
ſtitioſa ieiunia. Quid prodeſt oleo non ueſci, & moleſtias
quaſdam, difficultatesq; ciborum quaerere? caricas, piper,
nuges, palmarum fructus, ſimilam & mel, & tota hortorū
cultura uexatur, ut cibario pane nō ueſcamur, & dum deli-
cias ſectamur, à regno cœlorum retrahimur. Arti. 12.

Ieiunium tam multipliciter cōmendatum, tam R H E T.
piè inſtitutum, tam ut religioſè obſeruatum, tan-
ta utilitate reſertum, ut habitum eſt, non impro-
bo: ſed ciborum delectum ſuperſtitioſum iudico.
Nam ſcripturæ teſtimonio non comprobatur.

Memineris quō Nabuzardā Archimargirus (qui prin THEO.
ceps coquorū interpretatur) portas & muros Hieruſalem 4. Reg. 25
deſtruxit. Si ieiunium recipis, & delectum ciborū recipias
neceſſe eſt. Ait. n. Hiero. de ieiunio Dan. Hoc docemur exē-
plo, tēpibus ieiunij à cibis delicatioribus abſtinēdum, qđ eſt
carnes nō comedere, uinum nō bibere. Huic adſtipulatur,
& illud Grego. papæ ad Augu. Anglorū epiſcopum. Par
eſt ut nos qui his diebus (ſ. quadrageſimæ) à carnibus aīa-

DE DELEC. CIBN. ET IEIV.

lium abstinemus, ab oībus quoq; quæ sementinā trahunt
 guem carnis, ieiunemus, à lacte uidelicet, caseo, et oīe
 post pauca: Ceterum piscium esus ita christiano recipi
 tur: ut hoc ei infirmitatis solatium, nō luxuriæ parame
 diū dist. 4. deniq; Scribitur quoq; in hist. tripar. li. 9. c. 1.
 Romani tres ante Pascha septimanas præter sabbatum
 dñicam, sub cōtinuatione ieiunant. Illyrici uerò et tota Ha
 las, Alexandria quoq; ante sex septimanas ieiunāt, eas iei
 nia quadragesimalia uocant. Alij uerò ante septē Pasche
 ptimanas ieiuniorū facere noscuntur initia, sed et ceteros
 abstinentiā nō similē hñt. Nam alij oīno ab aīante se
 uant. Alij aīantiū pisces solūmodò comedunt: quidā
 scibus uescuntur et uolatilibus, dicentes hæc secundū
 sem ex aqua habere substantiam. Alij uerò etiam à carnib;
 et ouis abstinere noscuntur. Quidam sicco tantummodo
 pane uescuntur. Alij neq; hoc. Alij usque ad nonam ieiuna
 tes horam, sine discretione ciborum reficiuntur. Et in
 re consuetudines apud diuersos inueniuntur.

Inter hæc, quid facere debeat meticulosus, audiat Aug.
 ad Casulanum, quēadmodum recitatur dist. 11. ca. in his
 his rebus de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, nisi
 populi Dei, et instituta maiorum pro lege tenenda sunt.
 sicut præuaricatores diuinarum legum, ita cōtemptores ec
 clesiasticarum cōsuetudinum coercendi sunt. Cōsuetudo
 uniuersalis ecclesiæ habet: ut ieiuniorum tēpibus à carnib;
 et quibusdam alijs sit abstinentia obseruanda. Nam dicit
 Aug. epi. 119. c. 1. ad Ianua. Illa q̄ nō scripta et tradita
 dimus, quæ quidē toto orbe terrarū obseruantur, datur
 telligi, uel ab ipsis apostolis, uel plenarijs cōcilijs (quorum
 est in ecclesia saluberrima authoritas,) cōmendata atq; sta

tuta retineri. Dicit nanq; Theleſphorus papa, qui Ioanne Diſt. 5. ca. euange. adhuc ſuperſtite pōtificatum tenuit, qui ſextæ heb. ſtatui-
 domadæ quadrageſimæ ſeptimā clericis addere conatus eſt.
 Statuimus ut ſeptē hebdomadas plenas ante ſanctū Paſcha,
 oēs clerici à carne et delitijs ieiunent. Dicitur et in concilio
 Gerunden. ca. 3. In letania celebranda in Nouēbri, à carni-
 bus et uino decreuimus abſtinendū. In cōcilio quoq; 4. To-
 leta. ca. 10. ſic ſtatutum eſt. In calen. Ianua. et per quadra-
 ſimā à carnibus abſtinetur, et à quibuſdā à uino: piſces aut
 et olus comedere licet. In octaua quoq; Synodo Tolet. c. 9.
 ſic habetur: Quiſquis ſine ineuitabili neceſſitate, et euidenti
 languore, in quadrageſima carnes comederit, cōmunionem
 priuetur: et ipſius anni tpe à carnibus ad poenā abſtineat.
 Infirmi aut eis ueſcātur, q̄ ſacerdos pmittit. Iudæi præterea
 in diebus ieiuniorū, et in alijs ſe afflixe-
 runt. Dicitur. n. Septē
 diebus comedes abſq; ſermēto afflictiois panē quoniā in pa Deut. 16
 uore egreſſus es de Aegypto. Et iterum: Oīs aīa q̄ afflicta Leui. 23
 nō fuerit die hac, peribit de populo. Daniel quoq; de ſe ait. Dan. 10
 Lugebam trium hebdomadarū diebus, panē deſyderabilem
 non comedi: et caro et uinū nō introierunt in os meum. Li-
 quet ſatis ex his, tēporibus ieiuniorum à carnibus, uel alijs
 abſtinendum eſſe, ſecundum ritum eccleſiæ.

Itaq; catholici edocti dñicis et apoſtolicis præceptis, co-
 gnoſcunt nihil ſuapte natura prauum aut imundum: et oīa
 ad hoīum uſum creata. Ex libertate quoq; chriſtiana licere
 oībus uti pro tpe, et loco, cum gratiarū actiōe, pari q; rōne
 ab illis abſtinere. Quapp multa ſibi interdunt ad propi-
 tiandum Deum, quē peccatis ſuis offēſum ſibi reddiderūt,
 et ut carnē ſuam affligentes ſpiritui ſubijciant, necnō et de
 carne ſua dño holocauſtum faciāt. Hæc ſi ſuperſtitioſa, aut

1. Timot. 5

futilia essent, arguendus ueniret præcursor dñi Ioannis Baptistæ locustis, et melle syluestri corpus sustentans. Iustus frater dñi qui à carnibus et uino semp abstiniuit. Ipse quoque abstemius Timotheus, quæ Paulus admonet, adhuc quæ bibat: sed modico uino utatur pp stomachum. Superius fuissent innumeri sancti patres, qui incredibiles sibi præcipserunt afflictiones carnis, et abstinentias. Nō quidem (quod solum cōmendas) ut rebellem sibi subiugarēt carnē: sed ut dño de corpore suo holocaustum exhiberent. Ab his hi tam rebellē senserint cōcupiscentiam, q̄ nō nisi tēdijs ualeret reprimi. Quamobrem hi magis imitarentur quos sic Apostolus cōmendatos habet, ut eis mundanus gnus sit, quā Epicuræi Lutherani, qui nō nisi libertatē nis, et delicias prædicant sectandas, cōtra tam euidentia Christi, et sanctorum exempla, et doctrinas. Art. 1.

RH ET.

Seruantur apud nos multæ traditiones ad hoc, ut res ordine gerantur in ecclesia. Sed interim admodum non homines, quod talis cultus non iustificet cor. Deinde omnes et mores non oportet ubique esse similes.

THEO.

Observatis et repudiatis quæ libent: non autem sine præiudicio scripturæ fūco, libertatē dico christianam. Fateor quod non omnium eosdē esse mores. Græci. n. sacerdotes matrimonia utuntur cōtracto, non Latini. Britanni dicuntur nuptias acceptasse abstinentiā lacticiniorum in quadragesima: quod modum clerici non acceptarunt statutum Telesphori papæ: ut à dñica quinquagesimæ inchoarent ieiunium quadragesimale: quod monachi acceptarunt. Quæ uerò iam ab ecclesia uniuersaliter recepta sunt, et cōsuetudine roborata, nescio ea præterire. Nam consuetudines uim legis hñt ex publico cōsensu, quā receptæ sunt, et moribus utentium roboratæ.

ait Aug. ad Casula. et suprâ citatum est art. 12. Accedit q̄ ta-
lis cōsuetudo infringi nō pōt absq; multorum offendiculo,
cui Paulus solícite obuiandum docet. Hæc, inquit, iudicate, **Rom. 14.**
ne ponatis offendiculum fratri, uel scādalum. Et infrâ. Oīa
quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendi-
culum manducat. Bonum est nō manducare carnē, et nō bi-
bere uinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scādali-
zatur, aut infirmatur. Quamobrē ait alibi: si esca scandali-
zat fratrem meum, nō manducabo carnem in æternum. **1. cor. 18**
Reprobandi igitur sunt qui in quadragesima, aut ferijs sextis,
publicē præter necessitatem carnes comedunt, prætenden-
tes fucum & dicentes. Comedimus quod ex libertate chri-
stiana nobis concessum est, &c. **Artic. 14.**

Admonentur interim homines q̄ talis cultus **RHET.**
quem seruamus, non iustificet coram Deo.

Frequentius docuimus nos q̄ iustificent opera nostra **THEO.**
apud Deū sed uirtute passionis Christi. Tu uerō prædicas
ea nō iustificare, quo fine? ut segnes reddantur hoīes & di-
cant: Affligam, uel nō affligam corpus: Ieiunem uel nō ieiu-
nem, par est, nihil horum acceptum est Deo. Nō copiosio-
rē reportabit mercedem corpus suum inedia affligens, quā
nō affligens. Error iste fuit Iouiniani, et satis eliminatus est
per Hiero. Neq; usq; ad deceptionē peruenit sacerdotū, ut
ait Aug. in lib. de hæresi. Cōfido ēt q̄ tua suasio, piorū cor-
da nō permouebit: sed priscorum patrum exēpla, (de quib-
us habes tit. 8.) ad sui imitationē pertrahēt. Quid ēt dice-
mus de Paulo illo Anachorita, cui palma uictū pariter &
uestimentū præbuit, aliorumq; patrum abstinentissima ui-
ta, q̄ admiranda magis quā imitāda inuenitur? Dicit. n. Hie-
ro. in regula monachorum ca. 13. In parte eremi q̄ iuxta Sy-

DE DELEC. CIBO. ET IEIIV.

riam Saracenis cōiungitur, monachū uidi qui p. 30. annis
inclusus, hordeaceo pane et lutulēta aqua uiuebat. Alii in
cisterna ueteri per dies singulos quinque caricis sufficere.
Vnde si mihi dominus optionem daret, multo magis
rem tunicam Pauli cum eius meritis, quā regnum por-
ras cum suis regnis: Hec Hieronymus. Art. 15.

RHET.

Ex p̄suasione ieiunij multa incōmoda in ec-
clia sunt secuta. Nā obscuratur doctrina de gē-
iustitia fidei, quę credit p̄ctm̄ dimitti p̄p̄ Xpm̄
p̄p̄ nostrum ieiunium: deprimuntur p̄cepta,
quibus præferuntur traditiones humanæ.

THEO.

Hæc frequenter iam uētilata sunt. Et uana sunt q̄
ex ieiunio sequi incōmoda. Quō. n. obscurat ieiunium

2. cor. 3

tiā Dei, cū ieiunans nouerit se nō proprijs uiribus, sel-

tia dei peragere ieiunium? qui nouit q̄ nō sumus suffici-

ex nobis cogitare aliquid, (minus aut̄ operari) sed oīs s̄p-

cientia nostra ex Deo est. Ne itaq; gratiā Dei in uanum a-

ciat, et sine fructu ieiunat, et affligit se quantū ualeat, u-

tiā fidei nō detrahit. sciēs quia sancti per fidem uicerunt

gna: operati sunt iustitiam, circuierunt in melotis, egeni,

angustiati, afflicti, &c. Fide quidē nouerunt pij christi-

dari remissionē p̄ctōrum per Christū: sed nō sine ratiōis

operatione. Fide nouerunt opera nostra accepta deo et me-

ritoria uitæ æternæ: sed per Christū, dicēte Apost. Si cōp-

Roma. 6

timur, et cōglorificamur. Gratia quoq; Dei est, qui statuit
opera nostra esse meritoria: licet debita sint prioribus ac-
ptis beneficijs. Nec deprimūt præcepta Dei h. e. traditiōis
hoīum: Nā ex fonte diuinorū præceptorū demanauerunt

Matt. 16

Ait. n. ueritas ipsa. Si quis uult post me uenire, abneget semet-

Matt. 10

ipsum: tollat crucē suā et sequatur me. Et iterū. Qui nō

capit crucē suā, et sequitur me: nō est me dignus. Art. 16.

Totus christianismus putatur in obseruatione R H E T.
feriarum, ieiuniorum, rituum, &c.

Absit ut corpora sua pp Deum, affligentes, putent chri THE O.
tianismus nostrū esse in obseruatione ieiuniorum. Nā di-
lectionē dei et proximi, finē diximus esse legis. Finis. n. præ 1. Ti. 1
cepti est charitas. Ista aut opera externa testes sunt internæ
charitatis, dicēte Greg. ho. 30. Probatio dilectionis, exhibi
tio est operis. Et Ioan. ait. Qui dicit se nosse Deum: factis Ioan. 2
aut negat, mendax est. Sic et dilectionē proximi ex subleua
tione suæ indigentiae arguit Ioan. 1. Ioan. 3. Art. 17.

Hæ traditiones multa afferunt pericula cōsciē R H E T.
tijs pior: quia impossibile est oēs seruare, & arbi
tratur hoīes has traditiones necessarios eē cultus.

Nihil afferunt periculi cōscientijs piorū hoīum hæ tra. THE O.
ditiones. Nam oīs humana lex rōne cōstat, ad limites rōnis
obligat: anima. n. legis, est ratio. Itaq; ubi potior ratio sup-
uenit legē humanam prætergrediendi: nō erit criminofum.
legē priorē præterire. Verū attēdatur ne sit carnalis sensus,
et nō ratio, qui legē censet prætereūdā, ne amor sui obnu-
nubilet, aut abducatur rōne: sed epicheia rectum iudiciū pro-
ferat. Vbi aut ratio nō est euidentis prætereundæ legis, supe Deut. 17
rior cōsultatur, quēadmodum dñs statuit in ambiguis sacer-
dotē cōsultēdum. Hoc ēt definiuit Synodus Toleta. ut suprā
hoc in ar. 12. Siquis itaq; ex ieiunio, aut inedia grauē incur-
rit egritudinē, cerebri debilitatē, aut stomachi, nō ieiuniū,
aut abstinentia in causa est, sed indiscretio: quamobrē ait. Hie
ro. in reg. monacho. ca. 14. par. 3. Tantū tibi ieiuniorū as-
sume, quantum ferre potes. Diuersus est. n. hominum stoma-
chus. Quæso quare nō eam lanceam in delitias et uolupta-

DE INCARNA. CHRISTI.

tes hominū uibras, sicut in ieiunium et abstinentiam. Namq; adueniunt sarcinato corpori, et obeso incommoda, quā abstinenti, aut ieiunanti. Abstinentia. n. mater est sanitatis. De ieiunio quoq; canit ecclesia, q. animis, corporib; curandis salubriter institutum est. De epulis uero clamat ecclesiasticus. In multis escis erit infirmitas: et auaritia appropinquabit usq; ad cholera. Propter crapula multi perierunt qui aut abstinens est, adiciet uitā. Exploratissimum quoq; est, qui nūquā aut raro lautioribus utuntur dapibus, multum abstinēt, nō breuioris esse uitæ, his qui opipare indulgentes uiuunt. Nā Paulus Anachorita ad. 13. superuenit annū. Et magnus ille Antonius. 100. transiit annum. Exēpla sunt innumera omnīū gentium cuiusq; ordinis, uel sexus, cōprobantia tenuem uictum, ieiunium derata, alimoniæq; delicatioris abstinentiam, ad firmiterā bitudinē, sanitatemq; seruandam, & uitā lōgius protendendā, plurimū cōferre. Satiētē prætēā opimorumq; ciborum plus obesse mortalibus, quā ieiunia.

DE INCARNATIONE CHRISTI TITVLVS XXXVI. ARTICVLVS I.

RHET. Noua iam apud nos de Christi incarnatione quæ latuerat, elucescit ueritas.

THEO. Veterē magis credo repululasse hærēsim. Fuere namq; (si Tertul. in li. de hærēsi. aut alijs credimus) multi primæ ui hærētici circa Christi natiuitatē errantes. Nam Saturninus Menandri discipulus, Christū in substantia corporis nō fuisse, et fantasmate tantū quasi passum dogmatizauit. Cui subscripserunt Basilides, Cerdon et Marcion, quē Marcion

nem quinq; libris impugnat Tertul. Carpocrates uerò asse-
rere conatus est, Christum nō ex uirgine natū, sed ex semi-
ne Ioseph hominē tantūmodò genitū, apud Iudæos quidem
passum: solam aut animā in cœlo receptam. Quem imitati
sunt Cherintus et Hebyon. Heluidius et uirginitati Mariæ
detrahens affirmare uoluit eam ex Ioseph post Christi na-
tuitatē cōcepisse Iacobū & Ioannē. Cōtra quē scribit Pie-
ro. epi. 9. Valentinus Christū in substantia corporis nostri
nō fuisse, sed spūale corpus è cœlo euexisse, & ueluti aqua
per fistulam, sic per Mariam uirginē transmeasse cōtendit,
nihil ex ea mutuante, uel acceptante. Apelles neque christū
in santasmate uenisse sicut Marcion, neque in substātia cor-
poris nostri, sicut euangelium docet, sed qd' descēdens syde-
reā sibi carnē assumpsit, et cōtexuit, quam in ascēsiōne red-
didit. spūmq; solū cœlo intulit, dogmatizauit. Theodotus
Christum tantūmodò hominē asseruit, Deum negans: natū
quidē ex uirgine, sed hominē solū. Nestorius quoq; assere-
bat beatam Mariam uirginē, non Dei, sed hoīs tantūmodò
genitricē: ut aliam psonam carnis: aliam faceret deitatis. Di-
cebatq; uerbum in natura humana duntaxat, sicut in tēplo,
habitare, nō per unionē. Quē synodus Ephesina. 300. pa-
trum damnauit, decernens in una Christi persona duas na-
turas, diuinam pariter et humanam. Mariam quoq; appel-
landā Theotocō, hoc est dei genitricē. Paulianistæ seu Cha-
thaphrygi asserebāt christū nō semp fuisse, sed à beata Ma-
ria exordiū sumpsisse, ut habet Isid. 8. ethim. ca. 5. Art. 2.

Asserūt qdā nostrum Christū qdem ex Maria R H E T.
uirgine natum, sed quasi per fistulam trāfmeasse,
nihilq; de Mariæ substantia assumpsisse.

In hoc Valētino subscribunt, cōtra quē Irenæus episcō THE O.

H h

DE INCARNATIO. CHRISTI

RHET.

pus Lugdu. B. Polycarpi discipulus uolumē digessit. Att. 3.

Ioan.

Scripturæ consonum arbitratur, quod auctor,
dicente apostolo Ioanne. Verbum caro factum est.
Non autem carnem assumpsit.

THEO.

Hæc caro in incarnatione, uel de nouo creata est, uel
rit nemo, uel uerbum in carnem mutatum est, cui assensum
uel per assumptionem est, cui orthodoxi consensum uniuersi. Att. 4.

RHET.

Fundamenta tuæ assertionis expostulo.

THEO.

Si nihil Christus de Maria uirgine assumpsit, neque
Christus Mariæ filius, neque Maria mater Christi dici ualeat. In-
natio sic probante Christi cum patre consubstantialium in
lib. de decretis Nicænæ synodi. Filius est, quod ex illius
patris) natura profectum est. Scripturaque Mariam Christum

Matth. 2

træ, Christumque Mariæ filium asserit. Dicit. n. Matth. Ca-
esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Et rursum Luca

Luc. 2

ait. Dicit mater eius (.s. Iesu) ad illum. Fili quid fecisti nobis

Ioan. 2

sic? Et Ioan. inquit. Erat mater Iesu ibi (.s. in nuptijs) Et dicit

Ioan. 19

bi. Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius

Lucæ. 2

De filio quoque dicitur. Impleti sunt dies ut pareret (.s. Ma-

Ibidem.

ria) et peperit filium suum primogenitum. Et rursum: Qui

cisti nobis sic? Et c. Hoc Elencho Athana. Arrium propo-

uit. Si Christus est dei filius, de eius sit substantia necesse est

et non ex non extantibus creatus. Et pari schemate

Si Christus est Mariæ filius, de eius substantia est. scilicet

manam naturam loquor. Dicit. n. Theoph. super illo Psal-

Roma. 1

Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Liquido

hoc loco duplicem filij ortum designat. Cum. n. filius Dei de-

ditur, supernam creationem ostendit. Cum uero qui factus est

ei ex semine Dauid adijcit, inferioris carnis originem expo-

Roma. 9

nit, Confirmatur hoc per illud apostoli. Ex quibus (.s. Is-

Illis) est Christus scdm carnem, qui est super oia Deus benedictus in secula. Præterea si nihil Christus ex Maria uirgine assumpsit, quō dicitur factus ex semine Abraham uel David? Dicit. n. Apost. Qui (s. filius Dei) factus est ei ex Roma. 1 semine David, scdm euang. nostrū. Et rursus. Nō dicit in se. 2. Tim. 2. minibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qui Gala. 3 est Christus. Et iterum. Nusquam. n. angelos apprehendit, Hebr. 2 sed semen Abraham apprehendit. s. per generationem. Quā obrem Matth. ait. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.

Articulus 5.

Ex semine David dicit Christus: quia Maria ex Dauid semine pgenita est; nō quia humanam naturam ex Maria sumpsit Christus.

Si Christus nō ex semine David, nihil ad eū series generationis per Matth. et Lucam deducta. Pactū itaq; nobiscū audi sūas: Ait. n. Theo. sup illo. Nusquā angelos apprehendit, etc. Nequaquā ille angelorū naturam arripuit, sed qd angelicæ naturæ nō est elargitus, cōtulit homini, ut ab hoc carnē assumeret. Et glo. ordi. super illo. Factus est primus homo in aīam uiuentē: Nouissimus Adam in spīritum uiuificantem. Christus dicitur Adam, quia de Adam materia. Athana. quoq; in suo symbolo sic cecinit de Christo. Deus est ex substantia patris ante secula genitus. Homo est ex substantia matris in seculo natus. Idem rursus de decretis Nicæne synodi circa medium, sic ait. Christus Dei filius nostrā mortem abolere cupiens assumpsit sibi corpus ex uirgine Maria, ut eo in sacrificium oblatio patri pro omnibus, liberaret omnes.

Articulus 6.

Dicit Paulus. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.

DE INCARNA. CHRISTI

THEO.

Audi Theoph. hoc tibi interpretantē. Neq; propterea
hæc ait, q; homo, siue ipsa humanitatis assumptio, cœlo
esset, quæadmodum demens ille Apollinaris delirabat, sed
q; una sit persona unius Christi. Et homo de cœlo esse dicitur,
pp unitatem. Et Deus fuisse eadē ob causam crucis
asseritur. Vbi & glo. ord. Primus homo de terra terrenus,
id est aīalis, et passibilis ex natura: secundus homo de cœlo
cœlestis, Quia diuina natura fuit humanæ unita. Anselm
rō sic eundē interpretatur locū. Primus homo de terra (se-
ctus) terrenus audiuit: Terra es, et in terram ibis. Secundus
homo de cœlo cœlestis. Quia filius dei uenit ad carnem
suscepta et homo exterius fieret, et deus interius perme-
ret. Nō itaque uoluit Pau. q; Christus ē cœlo corpus su-
sumpserit cœleste: sed q; ipse cœlestis ex Maria uirgine in
pus mortale unierit, ut nos cœlestes faceret affectu. Aris.

RHET.

Si Christus corpus ex uirgine sumpsit, nō fuit
ab æterno, quod asserere nefas est.

THEO.

Christus ab æterno fuit scdm diuinā naturam. Dicitur.

Hebr. 13

Pau. Iesus Christus heri, & hodie, & in secula. Scdm uero
humanam naturam factus est homo in tpe, scdm illud Apo-

Galat. 4

stoli. At ubi uenit plenitudo tēpis, misit Deus filium suū fa-
ctum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant
redimeret. Qd' declarat Chrys. ho. 4. in Matt. sic inquit.

Matth. 1

ille qui dixit: Quod. n. in ea natum est, de spiritu sancto et.

Galat. 4

Et beatus Pau. Factum, inquit, ex muliere, factū sub legē
os quodāmodo obstruens impiorū, qui autumant quasi per
quandam fistulam, ita alterius naturæ Christum trāsisse per
Mariam. Si. n. ita res s; haberet, quid ei opus fuisset utero
uirginis? Si ita est, nihil ei nobisq; cōmune est. Alia igitur

caro est, nō ex nostrae cōmunionē naturae. Quēadmodum
 ergo de radice Iesse processit? Quēadmodum uirga, quem-
 admodum nos, quēadmodum filius hoīs, quēadmodum ma-
 ter est Maria, quēadmodū ex David factus est semine, quē-
 admodum formam serui dñs accepit, quēadmodum uerbum
 caro factum est? Quēadmodum ad Roma. Apo. ait: Ex qui Roma. 9
 bus Christus scđm carnem, qui est super oīa Deus? Quo-
 niam igitur ex nobis. i. ex nostra sit oīno natura, et ex ute-
 ro uirginali, et per ista quae diximus et per alia plura mon-
 stratur. Noli igitur tu qcquā ulterius inquirere: Sed suscipe
 qd' relatum est: et noli indagare qd' tacitum. haec Chryso.

DE RESVRRECTIONE MOR-
 TVORVM TITV. XXXVII.
 ARTICVLVS I.

Dicitur eccle. 30. Vnus est interitus hoīs, & iu RHET.
 mentor: & æqua utriusq; conditio. Sicut moriē
 homo, sic et illa moriuntur. Similiter spirant oīa:
 & nihil habet homo amplius iumento.

Quorsum haec? Nunquid de futura corporum ambigis THEO.
 resurrectione?

Legis sapiā. 2. cap. Exiguū & cū tædio est tem RHET.
 pus uitæ nostræ, & nō est refrigerium in fine ho-
 minis: & nō est qui agnitus sit reuersus ab inferis.

Hereticorum more sacræ scripturæ uerba mutilas. Qd' THEO.
 præit, quodue sequitur subtrahit. Sic sese habet series textus.
 Dixerunt impij cogitantes apud se nō rectē: Exiguū et cū
 tedio est tempus uitæ nostræ: et non est refrigerium in fine
 hoīs: Et nō est, qui agnitus sit reuersus ab inferis, ac tādē
 cōcludit. Haec cogitauerunt, et errauerunt, excæcauit. n. il-

DE RESURRE. MORTVO.

los malitia eorum. Hæc uerba tuæ nō patrocinantur si resurrectionem inficiaris mortuorū: Quia errantia uerba dicit esse ipse actor libri.

De ueritate resurrectionis mortuorū locuturus, nolo eorū recēdere aut refellere opiniones: qui aiunt aīas pro ueritate meritorū post mortem migrare de corpore in corpus. Neq; in mediū adducere cupio, qd pleriq; paganorū de uita post mortē futura sentiāt. Quia cū fidelibus mihi sermo.

2. Tim. 2

Fuerunt nanq; apud Iudæos Hymenæus et Philetus, qui teste Apost. à ueritate exciderunt, dicētes resurrectionem factā. Iudæi quoq; de secta Saducæorū, negabant carnem resurrectionē: ut habet Matt. Ex illis autē qui Christū per baptismū iduerūt, primus qui corporū negauit resurrectio fuit Simon magus: ut ei impingit Aug. Tertul. uerō apud Basilidē in hūc errorē dilapsus. Valēti. Apelles, et Carpocratitæ: carnis negāt resurrectionē: si Aug. credimus. Mentioni et Ophitis hoc idē tribuit Tertul. Arti. 3.

RHET.

THEO.

1. cor. 15

Ab sit à me, ut cū illis carnis inficiar resurrectionem. Catholicē ergo nobiscū fateris, carnis futurā resurrectionē, qui eā à cunabulis, et cum ipso penē materno lacte, in Apostolico symbolo hausimus: Ait et ipse Pau. Ecce nūquid uobis dico. Oēs quidē resurgemus, sed nō oēs immutabimur: in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba (ca. in. tuba) mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. Eū quoq; ibidē format Elenchū. Si Christus prædicatur q; resurrexit à mortuis: quō quidā dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum nō est? Si autē resurrectio mortuorum nō est, neque Christus resurrexit. Si autē Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est et fides uestra. Uenimur autē et falsi testes Dei, quoniam testimoniū diximus.

aduersus Deum: q̄ suscitauerit Christum, quem nō suscitauit, si mortui nō resurgunt. Nā si mortui nō resurgūt, neq; Christus resurrexit. Quōd si Christus nō resurrexit, uana est fides uestra adhuc. n. estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierūt, in Christo perierūt. Si in hac uita tantū sperātes in christo sumus, miserabiliores sumus oībus hoībus. Nunc autē Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quoniā quidem per hoīem mors, et per hoīem resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam oēs moriuntur, ita et in Christo oēs uiuificabuntur. Cōtra Saducæos autē, qui negāt futuram carnis resurrectionem, sic argumentatur sapientia ipsa diuina. De resurrectione mortuorū nō legistis qđ dictū est à deo dicēte uobis. Ego sum Deus Abrahā, Deus Isaac, Matt. 22 & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed uiuentium. Exod. 3

Si quoque nō resurgeret homo mortuus, ad finē ultimū beatitudinis, ad quē assequendū creatus est, nō perueniret: uanū foret totū incarnationis ac passionis christi mysteriū. Liquet itaque ex his carnis futurā resurrectionē. Art. 4.

Non inficior mortuorū aut carnis resurrectio R H E T. nē. Sed eā profiteor, qualē docet Pau. Seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptione. 1. cor. 15 Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus aīale, surget corpus spirituale. Ecce docet Apo. corpus, qđ uniētur aīæ in resurrectione, futurū incorruptibile, gloriosum, cœleste, & spūale: qđ pcul est ab hoc nostro, qđ circumferimus corpore: utpotē multis calamitatibus subiecto.

Si aīa aliud assumeret in resurrectione corpus, quā q̄ THE O. in hac caduca et mortali uita possederat, ac reliquerat: non

DE RESURRE. MORTVO.

resurrectio dicenda foret illa unio, sed assumptio, quidam
dum filius Dei naturam humanam in unitate supposita
sumpsit incarnatus. Qd' n. resurgit, in eodē statu, in quo ei
qñ fuit reparatur, ut qd' aliquñ interierat, ac denuò
idem numero cēseatur, teste Aug. lib. 8. de trini. ac dicitur
Resurgere nihil aliud est quā reuiuiscere. Nō autem reuiuiscit,
nisi idē numero. Huic et subscribit Damasc. li. 4. Resurre
ctio, inqt, est eius qui cecidit secunda surrectio. Et uisum
est, cadere et resurgere. Cecidit hoc corpus per mortem,
quod in nouissimo die de terra resurget.

- Talia quoque nostra futura est resurrectio, quā
ipsius christi. Christus nanque hoc ipsum corpus qd' in
crucis pro nobis redimendis mortuū fuerat, in ipsa
Luc. 24. surrectione reassumpsit, aīe q; reuiuuit. Quamobrē
pulis suis post resurrectionē ait. Videte manus meas et
pedes meos, qā ego ipse sum. Palpate et uidete, quia spūs car
nē et ossa nō habet, sicut me uidetis habere. Thomae quoq;
dicenti: Nisi uidero in manibus eius fixurā clauorū, et mitta
tam digitū meū in locum clauorū, et mittam manū meā in
latus eius, nō credam. s. eum resurrexisse. Ecce idem requi
rit corpus post resurrectionē, quod nouerat perforatū in
ara crucis et mortuū. Post octo uerò à resurrectione dñs,
Ioan. 20. ait ipse Christus Thomae: Inser digitum tuum huc, et uide
manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum,
et noli esse incredulus, sed fidelis. Idē probans corpus prius
cruci affixum, et iam in gloria resurrexisse. Quē admodum
itaq; Christus in eadē carne resurrexit, et nos resurgemus.
Iob. 14. Hoc et docuit gentilis ille Iob, inquiens: Scio q. redemptor
meus uiuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum, et
rursum circūdabor pelle mea: et in carne mea uidebo Deū.

saluatorē meū. Ait, nō circūdabor dūtaxat, sed rursum circūdabor: ut eiusdē carnis insinuet reasumptionem. Et in carne, inquit, mea. Vbi glo. interli. nō aereo uel alio corpore: sed in eadem carne uidebo Deū saluatorē meum: Quem uisurus sum ego ipse: ubi glo. ordi. Caro nostra post resurrectionē eadē erit, & diuersa. Eadē per naturam, diuersa per gloriā. Et super illo uerbo: Ego ipse: Dicit eadē glos. ordi. Expresse indicat ueritatem resurrectionis. Nō. n. alius moritur, et alius resurgit (ut qui dicunt inuisibile & impalpabile corpus futurum, sicut Eutycius dixit) sed idē ipse. Quā obrem subiungit Iob: Et oculi mei cōspecturi sunt: glos. interli. Nō tantū cordis, sed et corporis: et nō alius. Art. 5.

Idem dicitur resurgere & conspiciere saluatorē: R H E T.
rem: non propter identitatem corporis, sed animā, in alio sibi unito corpore.

Nō multum dissentis ab illis cōtra quos sic scribit Hieronimus: THEO.
ro. in apologia cōtra Orig. epist. 32. Credimus (inquiūt qui-
dam) resurrectionē futurā corporum. Hoc si bene dicatur,
pura cōfessio est. Sed quia corpora sunt coelestia & terre-
stria: & aer iste & aura tenuis, iuxta naturam suā corpora
nōiuntur: corpus ponūt nō carnem, ut orthodoxus corpus
audiens carnē putet: hereticus spiritum recognoscat, dicēs.
Credimus resurrectionē carnis. Hoc uerò cū dixerint, uul-
gus indoctum putat sibi sufficere: maximē quia idipsum et
in Symbolo creditur. Interrogas ultra, circuli, strepitus cō-
mouetur, fautores clamitant. Audiisti resurrectionē carnis:
Quid queris amplius? Et in peruersum studijs cōmutatis,
nos sycophantæ, illi simplices appellantur. Quòd si obdu-
raueris frontem, & urgere cœperis: carnē digitis tenens,
an ipsam dicant resurrectionem, quæ cernitur, quæ tãgitur.

DE RESVRRE. MORTVO,

quæ incedit, & loquitur? Primò rident. Deinde annuntiant
centibusq; nobis, utrū capillos & dentes, pectus & uen-
trem, manus & pedes, cæterosq; artus ex integro resurre-
ctio exhibeat. Tunc uerò risu se tenere nō possunt, carni-
noq; ora soluētes, tōsores nobis necessarios, placētes &
medicos ac sutores ingerunt. Vltroq; interrogant, utrū re-
damus & genitalia utriusq; sexus resurgere, nostras gen-
hertas, scēminarum lenes fore: et habitudinem pro maris et
scēminæ distinctione diuersam. Qd' si dederimus, statim ex-
petunt uuluam & coitum, & cætera quæ in uentre
sub uentre singula membra negant: & corpus quod
ex mēbris dicūt nō resurgere. Solent. n. muliercula cum
māmas tenere, uentri applaudere, lumbos & femora,
putres attrēctare axillas, & dicere. Quid nobis prodest
surrectio, si fragile corpus resurget? Et futuræ angelorū
miles habebimus et naturā. Dedignātur uidelicet cū carne
et ossibus resurgere cū qbus resurrexit et christus. *Art.*

RHET.

1. cor. 15

Matt. 22

Non multū ab his dissentio & ego ut credam
nos in hoc corpore non resurrecturos, sed pares
angelis futuros. Nam sanctus Paulus ait: Semina-
tur hoc corpus aīale, surget spūale. Et dñs inquit.
In resurrectione mortuorū erunt sicut angeli Dei
in cœlo. Cibis etiam ac potibus alijsq; necessarijs
tibus cum hoc egeat corpus, non uideo quomo-
do hoc ipsum resurget.

THEO.

Non uoluit Paulus aut dñs in citatis uerbis, ut in natura
ram angelicā resurgentes transformemur, aut substantiam
aliquā angelicā simillimā assumamus: sed quēadmodū ange-
li cibis nō indigēt carnalibus, ita nec nobis necessarij erūt.
Si. n. lignum uitæ Adæ potuit præstare, ut non moreretur.

Si angeli presentia et collocutio Moysem quadraginta diebus abstemium fecit sine cibo aut potu persistere: Si Christi corpus in eucharistia sumptum, quosdam per certa tempora sine alimento in uita conseruauit: Si Magdalena solo angelorum fota contubernio, triginta annis in humanis substitit: Quid faciet perfruitio illa gloriæ cœlestis in corpore beatifico? Et erit itaque corpus post resurrectionem spirituale, imitatione, non natura quia cibis istis non sustentabitur ut animale.

Sic. n. citatum Pauli locum interpretatur Ambr. Animale corpus est, dum cibis sustentatur ut uiuat. Spiritale autem, cum horum nihil indigebit, conuersum in uitam. Et Hiero. Animale corpus dicit, quod conditum terræ corrumpitur: spirituale uero, quod incorruptum resurgit, ut possit aera penetrare festinans ad cœlos. Et Anselmus ibidem. Seminatur corpus animale, quod cibis sustentatur, et ad ultimum ab anima dissoluitur, ut corpora cæterorum animalium. Surget corpus spirituale. i. nullis alimentis indigens: ab anima separari iam non ualens. Oportet inquit Apost. corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem: ut quod prius incorruptibile fuit et mortale: iam incorruptibile fiat et immortale. Et Aug. de fide ad Petrum, ca. 29. Seminatur inquit, corpus animale, surget corpus spiritale. Quod propterea spiritale dixit, non quia ipsum corpus spiritus erit: sed quia uiuificante spiritu immortale atque incorruptibile permanebit. Sic autem tunc dicitur spiritale corpus, cum non spiritus sit, sed permaneat corpus: sicut nunc animale dicitur, cum in inueniatur non anima esse, sed corpus. Huic consonat gloss. ordi. super illo Iob: quæ uisurus sum ego ipse. Erit, inquit, caro nostra post resurrectionem eadem per naturam: diuersa per gloriam. Eritque spiritualis, quia incorruptibilis: et palpa-

1. cor. 15

Iob. 19

DE RESVRREC. MORTVO.

RHET.

bilis, q̄a non amittet essentiam ueritatis naturæ. *Aug. 7.*
Si idem futurū sit corpus post resurrectionē,
& in hac uita ærumnosa: quidam resurgēt man-
culi, quidam claudi: quidam alio uitio deforma-
ti. Quid etiā de illis sentis, qui humanis enutriti
carnibus? In cuius corpore resurgēt carnes sicut
ptæ: edentis aut comestis?

THEO.

Hoc tibi persuasum habeas, scdm Magistrum & cōm
doctorum sn̄iam, in. 4. dist. 44. & secundum Aug. in
chirid. ca. 85. & infrā, q̄ omnes resurgent hoīes cū
lis, unguibus, humoribus, ac oībus mēbris, quæ sunt
sektionē humane naturæ in indiuiduo. Ait. n. Aug. in
chirid. ca. 87. Sic resurgent oīa, ut singule aīe singula
corpora obtineant: quibus humani corporis completur
tegritas. Vt uidelicet in beatis refecetur quod superabun-
duit, dum agerent in humanis: potentia quoq; diuina repa-
ret, qd' defuit in membro truncatis aut uitio deformatis. Dicit
præterea idem Aug. ibidem ca. 91. Resurgent sanctorū cor-
pora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla cor-
ruptione, onere, difficultate. In quibus tanta erit facilitas
surgendi, quanta felicitas. Propter quod & spiritalia debent
sunt, cūm proculdubio corpora sint futura, nō spiritus cre-
abit artificis prouidentia, nequid indecens fiat: ita mō-
cabitur illa in unoquoq; materies, ut nec aliquid exspe-
reat, et qd' alicui defuerit, ille suppleat, qui etiam de nihilo
potuit quod uoluit opari. Indecorū quippe ibi non erit: sed
quicquid futurum est, hoc decebit. Quia nec futurum est
non decebit. Et ut ait Apo. in mensurā ætatis plenitudinis
Christi oēs ei occurrēt: in simili. s. ætate et quātitate, quæ
habuerunt uel habituri fuerant circa trigesimum annum.

Ephe. 4

De reprobis uerò, utrū resurgent cū deformitatibus & uitijs hīc in corpore habitis, in ambiguo relinquit August. ideoq; nec nos differemus. Dicit. n. sic in Enchirid. cap. 92. Vtrum sanè ipsi damnati cum uitijs et deformitatibus suorum corporum resurgant, quicunq; in eis uitiosa & deformia membra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Neq; n. fatigare nos debet incerta eorum habitudo, uel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio.


Siqui uerò fuerint humana duntaxat carne enutriti: qđ de eis sentiat Aug. in Enchirid. ca. 88. audire nō pigeat. Nō perit, inquit, Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro, sed in quemlibet puluerem cinerē uel soluitur, in quācunq; aliorum corporum substantiam, uel in ipsa elementa uertatur, in quorūcunq; animalium, etiam hominum cibum cedat, carnemq; mutetur: illi animæ humanæ puncto temporis cedit, quæ illam primitus ut homo fieret, cresceret, uiueret, animauit.


Neq; ea propter hic alius dicendus est homo: Nā idem numero est homo, puer natus, ab lactatus, adolescēs, ac in uirile robur crescens, senioq; deficient. Cū tñ plurima in substantiam et augmentum aliti adueniant, aut transeant: senio quoq; aut infirmitate superueniente decrescant.

Itaq; sic uitam hanc caducā in sanctitate et iustitia peragamus, ut ad resurrectionē illam gloriosam pertingamus. Quam nobis concedere dignetur, qui est super oīa Deus benedictus in secula, Amen.

FINIS.







109
BYNDE
RICHT
1750

Th

1871